

Series II. — « АНАЛЕКТА OSBM » — Sectio III.  
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

---

**EPISTOLAE**  
**JASONIS JUNOSZA SMOGORZEVSKYJ**  
**METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI**  
**(1780-1788)**

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1965

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

---

SUMPTIBUS PP. BASILIANORUM DOMUS DETROITENSIS  
ANDREAE SZEPTYCKYJ - PRIMO A NATIVITATE  
SAECULO EXPLETO

**ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI**

**SECTIO III**

*Sectio III:*

DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE  
IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE  
CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

---

EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM  
ET EPISCOPORUM

---

Vol. VIII.

EPISTOLAE JASONIS JUNOSZA SMOGORZEVSKYJ  
METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI  
(1780-1788)

**Collegerunt: P. Athanasius G. Welykyj - Exc. D. Ceslaus Sipovič**

IN MEMORIAM ANDREAE SZEPTYCKYJ - METROPOLITAE HALICIENSIS  
PRIMO A NATIVITATE SAECULO EXPLETO  
SUMPTIBUS PP. BASILIANORUM DOMUS DETROITENSIS

R O M A E

Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.  
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

---

**EPISTOLAE**  
**JASONIS JUNOSZA SMOGORZEWSKYJ**  
METROPOLITAE KIOVIENSIS CATHOLICI  
(1780-1788)

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIVS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1965

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

---

SUMPTIBUS PP. BASILIANORUM DOMUS DETROITENSIS  
ANDREAE SZEPTYCKYJ - PRIMO A NATIVITATE  
SAECULO EXPLETO



IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S. Josaphat, die 18-10-1965

P. PULUS P. MYSKIW, OSBM  
*Vicarius Generalis*

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 20-12-1965

✠ ALOYSIUS CARD. VICARIUS





**ANDREAS SZEPTYCKYJ**  
(\* 1865 - 1888 - 1892 - 1899 - 1900 - † 1944)

SERVO . DEI  
ANDREAE . ROMANO . E . COMITIBUS . SZEPTYCKYJ  
ORDINIS . BASILIANI . ALUMNO  
ARCHIEPISCOPO . LEOPOLITANO . METROPOLITAE  
HALICIENSI . EPISCOPO . CAMENECENSI  
PATRI . PATRIAE . ECCLESIAE . PASTORI . UNIONIS . PROMOTORI  
PRIMO . A . NATIVITATE . SAECULO . EXPLETO  
IN . MEMORIAM . PERENNEM  
DICAT

*ORDO BASILANORUM S. JOSAPHAT*



## PRAEFATIO

*Virorum plurimorum ac multarum virium opus Lectori hisce praesentamus. Polocensis Archiepiscopus in Bielarusja, qui et Metropolitanus Kioviensis in Ucraina suas Lectori attento offert epistolas, lacrymis sanguineque fere conscriptas, de statu et negotiis maioribus suarum Ecclesiarum. Ordo Basilianorum S. Josaphat, Archipraesulis olim Polocensis, volumen offert. Communitas Basiliiana Detroitensis in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis sumptus subministrat. Praesul alboruthenus, exsul patria, quae olim etiam eiusdem magni Jasonis fuit, - Excel. mus Dominus Ceslaus Sipovič, Episcopus tit. Mariammitanus, iuvenes olim conatus in favorem patriae longinuae susceptos in lucem producit. Basilii Magni Alumnus, inter sessiones Concilii Oecumenici Vaticani Secundi peractos labores ad finem feliciter perductos gaudet.*

*Tota haec virorum et virium congeries opus hoc in memoriam Servi Dei - Andreae Szeptyckyj, Archiepiscopi Leopolitani et Metropolitae Haliciensis dicare statuit, ut sit monumentum aere perennius, quo eius memoria semper viva et operans habeatur. Decies denus enim hodie recolitur dies ex quo Patriae, Ordini, Ecclesiae a Deo datus fuit Vir ille, cuius nomen, teste Summo Pontifice Pio PP. XII, « erit semper in benedictione totius Ecclesiae Dei » (14. XI. 1952).*

*Die 29 iulii 1865 anno natus, iam anno 1888, die 28 maii, familiae Basiliianae nomen dedit, cui tandem die 14 augusti 1892 plene et publice adhaesit. Sacerdos mox in Ecclesia Dei ordinatus (22 augusti 1892), paucis post annis ex claustris ad regendum Populum Dei in Eparchia Stanislaopolitana evocatus fuit (3. II. 1899). Tandem sedem Metropolitanam ascensus (31. X. 1900), in regenda Eparchia et tota Provincia Ecclesiastica dirigenda usque ad diem 1 novembris 1944 constanter permansit, laboribus, doloribus, gaudiis ac etiam lacrymis ubertim profusis. Patriae exstitit verus Pater, Ecclesiae exemplar exhibuit boni Pastoris, Unioni omnium christianorum verum ardentemque se praebeuit Propugnatorem, Ordini attulit gloriam, Coelo obtulit perennia merita.*

*Multum sane conveniebat, ut praesens volumen Epistolarum Metropolitanarum Kioviensium Catholicorum Ei dicaretur: tum quia et Ipse talium documentorum editioni verbo et opere nec non opibus olim adlaborabat, tum quia praesentium documentorum tenor contentumque multum prodesse videntur, ut etiam eius vita melius cognoscatur et profundius intelligatur. Similibus fere in conditionibus Patriae et Ecclesiae unus et alter vivebant et agebant; similibus premebantur angustiis, similia deflebant damna, consimilemque considerabant appropinquare eorum Ecclesiae sortem, et ruinam, quam similibus conatibus laboribusque avertere conati sunt. Iustum proinde dignumque fuit ut simul similiterque commemorentur. Et haec dicere - sufficit. Cetera attentum manent Lectorem.*

Quoad ipsam editionem quod spectat, notare iuvat eam viribus unitis in lucem prodire, opera et studio duorum rerum historicarum studiosorum, ex quibus unus - *Excel.mus Ceclaus Sipovič* - libenter suam olim inchoatam obtulit epistolarum *Metropolitae Smogorzevskij* collectionem, quam demum, recentiore tempore, *P. Athanasius G. Welykij* perfecit, ordinavit, illustravit et edendam curavit, plurimis adiectis documentis, quae in prima defuerunt collectione; in plurimis documentis ambo convenerunt, in quibusdam ex personali industria contulerunt propria, in omnibus eodem ducebantur intentu et notantur conatu: ut omnia habenda habeantur. Prima vice in nostra *Collectione Documentorum Romanorum Ecclesiae Catholicae in Terris Ucrainae et Bielarusjae* ex utraque natione et terra processa est utilis et efficax collaboratio, ut historia *Ecclesiae Unitae* melius investigaretur et ex fontibus deduceretur. Utinam sit feliciter prima, non tamen ultima, sibi *Letorique* ominamur.

Et tandem pauca tantummodo quoad « posse », quod nostrum « velle » coronavit. *Domus enim Detroitensis Basilianorum* eiusque laboriosa communitas praesenti volumini suum dedit posse, libenter et liberaliter sumptus suppeditando et exhibendo. Grates proinde dicere oportet *R.R. PP. Innocentio I. Lotockij et Volodimiro B. Gavlich*, qui propria industria et cura, fidelium vero benefactorumque munificentia in hoc opere edendo liberaliter nobis adsteterunt.

Deo proinde sit laus et gloria, hominibus vero meritum et promeritum: omnibus - pax et bonum/

Romae, die 8 decembris 1965

In exitu Concilii Oecumenici Vaticani II

« ANALECTORUM OSBM » REDACTIO



JASON JUNOSZA SMOGORZEVSKYJ  
(\* 1714 - 1740 - 1758 - 1762 - 1780 - † 1788)





## INTRODUCTIO

Suetum est iam nobis unicuique volumini saltem quaedam praemittere. Praesenti volumini vero multa sane praemitti possunt. Ex quibus pauca tantummodo notare iuvat.

Imprimis notandum venit collectionem nostram Epistolarum Jasonis Junosza Smogorzewskyj eas tantummodo compraehedere epistolas, quae Romae asservantur, nisi paucissimas excipias, quae sub finem sunt adiucta, ut testimonium perhiberetur de eius vita et regimine, quae usque ad annum 1788 perdurarunt, et non ad annum 1786, prout quibusdam auctoribus visum est.

Prout iam ex aliis voluminibus Collectionis patet, nos etiam has litteras adduxisse, quae ante susceptum munus Metropolitanani scriptae sunt. Et hoc eo fine factum est, ut melius ipsa persona Metropolitanani illustraretur. Hac in parte periodus praecedens seu Polocensis vel alboruthena longior evasit prae illa periodo metropolitana seu Kioviensi vel ucraina; dum enim periodus metropolitana octo tantummodo annis absolvitur, periodus archiepiscopalis plus quam viginti perdurat annos (1758-1780).

Ex hac periodo per octo integros annos (1773-1780) Smogorzewskyj in litteris dandis et recipiendis maximas passus est difficultates, nam sub continua inveniebatur vigilantia Guberii Rossiaci, quod Gubernium eius regimini, prout etiam universae rei catholicae in propria ditione et dominio adversum se exhibuit. Viis proinde sat oblongis epistolae et mittebantur et accipiebantur; nil mirum, si quaedam sunt dispersae vel in manus abierunt Gubernii. Hoc tamen non obstante, fere plenam praesentamus Lectori collectionem ex hac periodo. Nuntiorum enim Varsaviensium praevidenti opera documenta haec hodie in Archivo Secreto Vaticano asservantur.

Epistolae conscriptae sunt lingua vel latina, vel italica, qua Praesul optime potiebatur, cum longius per tempus Romae commorabatur, tum studiorum tum negotiorum ecclesiasticorum causa. Quaedam prostant in translatione latina, etsi lingua polonica vel russica scripta sunt, quod - ut plurimum - in ipsis documentis notatur.

Paucis exceptis, documenta originalia optime sunt conservata; scriptura Metropolitanae nitida et legibilis; transumpta vero magna cum cura sunt confecta. Ex hac proinde parte collector nihil plus desiderare potest.

Epistolis vero, quae ab ipso Archiepiscopo datae vel conscriptae sunt, quasdam alias adiecimus, quae ab aliis sunt conscriptae; et hoc fit, ut melius intelligantur epistolae ipsius Metropolitanae; non in omnibus hoc factum est, sed in quibusdam casibus, in quibus et ipse auctor talia documenta alligare opportunum censuit. Item quaedam alia adiecimus, quae coram fiebant Me-

tropolitano, et proinde ut eius opus considerari possunt, ut ex. gr. duo processus de vita et idoneitate candidatorum ad Sedes episcopales; haec adiecimus etiam ea ratione ducti, ut habeantur exempla administrationis ecclesiasticae Metropolitanarum; talia autem studiosis rerum Ecclesiae Unitae non fore ingratum putamus.

Tandem quaedam de ipso tenore litterarum observare non abs re quidem esse putamus, et quidem de illis difficillimis circumstantiis eius vitae et ecclesiastici regiminis.

Difficillimis sane temporibus opus pastorale Praesulis Polocensis et Metropolitae Kioviensis evolvebatur. Inter alia sequentes enumerare licet circumstantias tum internas tum externas.

1) Tempus luctarum et contentionum de praedominio in ipsa Metropolia Kioviensi, post obitum Metropolitae Floriani Hrebnyckyj (1762), inter novum Metropolitanum Felicianum Wolodkovecz eiusque Coadiutores: Leonem Szepetyckyj et Antoninum Mlodovskyj;

2) Actio « orthodoxorum » contra Ecclesiam Unitam, potentia politica Imperii Rossiaci suffulta;

3) Motus populares anticatholici in Ucraina, annuente et connivente Imperio Rossiacio;

4) Prima exdivisio Regni Poloniae (1772) et avulsio territorii, etiam ecclesiastici, ad domina heterodoxa: Archieparchia Polocensis fere tota cessit dominio Moscoviae;

5) Lenta dissolutio societatis politicae polonae, quae ad totalem decadentiam Regni perduxit (1772, 1793, 1795);

6) Motus culturales, perturbationes nationales et tendentiae rationalisticae, quae s.d. revolutionem rerum gallicam praecesserunt (1789);

7) Josephinismi ecclesiastici et gallicanismi efflorescentia; exinde graves ingerentiae auctoritatis politicae in res Ecclesiae, etiam Unitae, sive in Polonia, sive in Imperio Austriae.

Hisce in circumstantiis generalioribus, et in difficultatibus peculiaribus Ecclesiae Unitae stat totum commercium epistolare Jasonis Smogorzewskyj, quo hae circumstantiae illustrantur et probantur. Unde et momentum praesentis voluminis pro historia universa Ecclesiae in genere et pro historia Ecclesiae Ucrainae et Bielarussiae in specie facile patet.

Et haec notare sufficit. Cetera supplebit attenta lectio. Notare demum iuvat: suis epistolis Metropolitanam Kiviensem sibi posuisse monumentum aere perennius: suae humanitatis, ecclesiasticae probitatis et catholicae fidelitatis.

P. ATHANASIVS G. WELYKYJ, OSBM

## JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKYJ

### I. Brevis biographia

Vitam et gesta quod spectat Metropolitanae Jasonis Smogorzewskyj, Lectorem ad opus remittimus Excel.mi D. Ceslai Sipovič, Episcopi tit. Mariammitani. Ut tamen quaedam saltem etiam nostro volumini praemittamus, brevissimas notas hic colligere satagemus.

Natus est Jason Smogorzewskyj parentibus nobilibus in districtu Volkovyscensi in Alba Russia, tunc Magno Ducatu Lithuaniae, anno 1714, patre Carolo et matre Rosalia de domo Tyškevyč. Debita instructione habita, quae tunc temporis filiis nobilium sueta erat, iuvenis 16-18 annorum Ordinem Basilianorum Congregationis SS. Trinitatis ingressus est, et novitiatus religiosi curriculo, Bytenii ut videtur, feliciter peracto, Romam ad studia superiora in Collegio Graecorum de Urbe designatus, die 15 novembris an. 1734 Collegium ingressus est et studia Logicae inchoavit.

Studiis philosophicis romanis peractis et tribus annis curriculi studiorum theologicorum absolutis, die 3 iulii 1740 anno Ordinem Sacri Presbyteratus est adeptus e manibus Archiepiscopi Milensis, Dionysii Rodinò, in ecclesia Graecorum S. Athanasii, et postridie sacrae ordinationis e Collegio discessit, patriam reversurus, ob adversam valetudinem.

In Proviciam reversus, solita iuniorum sacerdotum Ordinis obibat officia, sed iam anno 1747 amplior ei reserata est provincia laboris in Vinea Domini: Iussu Administratoris Metropoliae Kioviensis, Floriani Hrebnyckyj, qui administrationi Archieparchiae Polocensis implicatus fuit, munus Vicarii Generalis Metropoliae suscepit, in quo etiam a futuro Metropolita, eodem Floriano, fuit confirmatus, in Curia Metropolitana residens. Cum tamen dictus Archiepiscopus iam inde ab an. 1743 pro Coadiutore sibi dando in Archiepiscopatu Polocensi instetisset, anno 1750 Nuntio Apostolico Varsaviensi mentem suam de persona Jasonis in Coadiutorem designanda patefecit, et tandem Regi Poloniae an. 1752 praesentavit pro obtinendo s.d. privilegio seu nominatione, quae die 7 iulii an. 1752 emanavit.

Eodem tamen anno 1752 Jason a Metropolita Hrebnyckyj Romam ablegatus fuit in negotiis Metropoliae et Archiepiscopatus, praesertim vero bonorum mensae Polocensis, quae in Curia Romana sub lite erant. Romae Smogorzewskyj usque ad an. 1758 permansit, et in plurimis negotiis Ecclesiae Unitae validus erat Sedi Apostolicae Consultor, et simul negotiorum suae Ecclesiae optimus promotor, perfectus linguae latinae et italicae nec non styli Curiae peritus. Pluries plurimisque vicibus instabat aetate fractus Metropolita,

ut tandem opus Coadiutoriae ad effectum deduceretur; imo, die 25 maii 1758, processum canonicum, candidato absente, Polociae confecit Romamque transmisit, iniungens Jasoni ut quamprimum consecraretur in Episcopum Vitebscensem et in patriam rediret.

Re proinde in Audientia die 5 septembris 1758 proposita, ut a quodam Episcopo graeco in Urbe consecraretur cum adsistentia alicuius Episcopi latini, assumpto alio Episcopo Graeco Romae commorante, Summus Pontifex benigne annuit. Tandem eodem, ut videtur, anno, Romae consecratus est episcopus per manus Archiep. Dyrachien. ritus graeci, Josephi Schirò, ex Ordine Basiliano, adsistente Innocentio Klein, episcopo olim Fogarasiensi, tunc Romae commoranti.

In patriam redux, mox in Archieparchia Polocensi, ann. 1762, die 18 iulii, Coadiuto, successionis iure, successit, vir tantummodo 48 annum aetatis agens. Ardore pastorali pressus, totus se dedit ecclesiis visitandis, iuribus vindicandis, bonis mensae recuperandis, clero educando, et unioni cum Romana Sede defendendae adversus machinationes hominum ecclesiasticorum et politicorum. Multa quidem effecit, plurima perfecit. Ecclesiam cathedralem exornavit, domum archiepiscopalem aedificavit, redditus procuravit et in bonum Ecclesiae distribuit. In litibus Metropolitanam et Coadiutores inter sapientem prudentemque se exhibuit mediatorem.

Tandem, mediis in conatibus feliciter susceptis, gravissimum ei obvenit infortunium: Tota fere eius Archieparchia, post Poloniam exidivisam (1772), in dominium venit Moscoviae heterodoxae. Fidelitatem proinde novae dominantis Potestati iurare fuit adstrictus, et relationes cum Sede Apostolica ut interrumpat constrictus. Inde ab ipsis principiis novi regiminis plurima impedimenta eius pastoratui fuerunt obiecta: praepotentia politica, invadentia ecclesiastica heterodoxorum, calumniae amicorum, abusus catholicorum alterius ritus. Ut saltem quedam damna praeveniret Petropolitanam Urbem sub finem mensis Octobris 1772 petiit, ut causam Ecclesiae suae, Unionis Sanctae et cleri penes Thronum Imperialem peroraret. Tandem in eparchiam reversus, totus fuit: in periculis undequaque imminentibus vitandis, in clero educando, in «statu quo» conservando, in paroeciis dispersis aliarum eparchiarum gubernandis, semper et continuo pro Coadiutore imo Suffraganeo pro districtu Mseislaviensi sibi dando instando. Plurimas angustias passus est, plurima damna est perpessus. Nunquam tamen animum deposuit, nunquam prudentiae defuit, nunquam sui iuramenti oblitus est, nunquam suae erga Sedem Apostolicam fidelitatis immemor; viis difficillimis et obliquis Sedem Apostolicam de statu rerum edocere semper est conatus. Plurima apud Regem Poloniae, multa apud Imperatricem Austriae, quaedam apud Aulam Petropolitanam egit et obtinuit.

Tandem anno 1779, post obitum praematurum novi Metropolitanae Kioviensis, Leonis Szeptyckij, Administrator Metropoliae factus, in Poloniam se contulit, ut electionem novi Metropolitanae perficeret; die 26 februarii 1780, in oppido Siedlee apud Varsaviam, in Metropolitanam Kioviensem voto fere unanimi electus est. Hanc ob causam eidem redditus in Archieparchiam Po-



locensem inhibitus fuit a Gubernio Rossiaco, quod Archieparchiam hanc vacantem declaravit, et usque ad annum 1784 viduatam relinquit, reclamante Smogorzewskyj propria iura.

Electione Romae relata, et litteris commendatiis Regis Poloniae visis, tandem die 25 iunii 1781 emanavit Bulla provisionis in Metropoliā Kioviensem, iure absolutionis a vinculo Polocensis Ecclesiae et translationis ad novam Sedem.

Nova amplioremque potestate obtenta, Smogorzewskyj totus se dedit rebus ecclesiasticis difficillimis hisce temporibus ordinandis. Imprimis Sedem Leopoliā, Metropolitanus electus, novo commisit pastori - Petro Bielskyj, e clero saeculari ab Aula Viennensi electo, quae sese in res ecclesiasticas graviter immiscere cepit; Capitulo Generali Basilianorum (1780) Torokanensi praesidens, quaestionem exdivisionis Ordinis in quatuor provincias promovit et de Codice constitutionum recte condendo suam auctoritatem impendit; iam sub finem anni 1781 Gedeoni Horbackyj Coadiutoriam in Metropoliā procuravit, eique partes septentrionales Metropoliā curandas commisit, ipse vero in Ucrainam se contulit et in oppido Radomyśl Sedem Metropolitanam fixit, Varsaviae valido collaboratore, Stephano Levynskyj relicto, cui dein an. 1784 titulum episcopi Thegeani procuravit et Suffraganeum instituit pro partibus septentrionalibus Metropoliā per Lithuaniam, post obitum Coadiutoris - Gedeonis Horbackyj. Anno 1785 propria auctoritate Maximilianum Ryllo e Sede Chelmensi ad Peremysliensem in ditione Austriae transtulit, quam translationem Sedes Apostolica, primum reclamans, dein probavit, postquam ipse Metropoliā amplissimam defensionem iurium metropolitiorum eidem proposuit (15. 5. 1785). Sedi Chelmensi vacanti novum procuravit Pastorem in persona Theodosii Rostockyj, quam dein sibi in Coadiutorem Metropolitanam cum futura successione a Sede Apostolica obtinuit (18. IV. 1785), qui ei tandem anno 1788 successit.

Interea totus se dedit statui ecclesiastico ameliorando: Seminarium Metropolitanum erigere contendebat, subsidia et media colligendo; Capitula cathedralia restaurare procurabat (Leopoli, Volodimiriae, Luceoriae); clero benemerito distinctoria quaedam honorifica a Sede Apostolica obtinuit; fidelibus, in Ucraina ad unionem ecclesiasticam reducendis adlaboravit, suasionibus, inhibitionibus, cum potestate saeculari contentionibus, nec non pastoralis prudentia et paterna benevolentia, et plura efficere valuit; rem oeconomicam Metropoliā in meliorem formam redigere procuravit; cathedram Radomyśliensem e fundamentis erexit; ecclesiam et monasterium Basilianorum Varsaviae in commodum totius Ecclesiae Unitae erexit et dotavit; iura metropolitana, suaviter quidem, in Episcopos suae Provinciae exercuit, innumeris difficultatibus ordinis civilis remotis (Capitula cathedralia, confinia eparchiarum, coadiutoriae, regimen eparchiale etc.).

His peractis et obtentis, aetate laboribusque nec non aerumnis fractus, passu veloci morti appropinquabatur; instante proinde Capitulo Generali Basilianorum Zydyčynensi, sedem Capituli petere non iam valuit, et, ut videtur, tempore celebrationis Capituli in Residentia sua Metropolitana Radomyśliae

supremum obiit diem, ante diem 27 septembris an. 1788; ibi etiam sepultus iacet in ecclesia a se exstructa et exornata, mercedem aeternam exspectans.

Erat vir eximio praeditus ingenio dotibusque mentis et cordis; morum probitate enituit, in agendis et cum hominibus tractandis prudentia et patientia praeditus, in vita sociali affabilis, in rebus politicis sagax et versatus; ut Pastor Ecclesiae eminuit prudentia, iustitia, humilitate, patientia; Sedi Apostolicae - fidelis, Patriae - deditus, Ecclesiae suae - verus pastor, Clero - pater: omnibus omnia factus, ut omnes Deo et Ecclesiae acquireret. Revera, eius epistolis perlectis, repetere possumus ea, quae Apostolus de se ipso professus est in tota humilitate: « Ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant » (1 Cor. 10, 33).

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

## II. Documenta biographica selecta

Brevibus notis biographicis, a nobis adductis, quaedam documenta strictè biographica alligare utile fore duximus, quae eius curriculum studiorum, munus episcopale et tandem metropoliticum bene introducunt. Alia quam plurima ex ipsis epistolis eius colligere possumus.

### 1.

*Romae, 1740*

*Notitiae biographicae ex Archivo Collegii Graecorum de Urbe desumptae.*

ARCH. COLLEGII GRAECORUM, *Catalodo degl'Alunni conforme vengono e partono dal Collegio, dallo anno 1732 fno all'anno 1803*, vol. 13, fol. 2v-3.

Pr. JASON SMOGORZEWSKI (1734) - monachus Basilianus Ruthenus - Ex Lithuania districtus Wolkovyscensis - Carolus Smogorzewski, Rozalia de Tyszkeviczowa - Ingressus 15 novembris 1734 - Natus ..... Studia: Logica (Gradus .....) - Ordinatus in minoribus et Diaconus - Die 3 Iulii 1740 suscepit Presbyteratum - Discessit die 5 Iulii 1740, sub finem 3-tii anni Theologiae, ob adversam valetudinem. - Archiepiscopus Polocensis et totius Russiae Metropolitae.

### 2.

*Polocia, 28. V. 1758.*

*Processus super vita et moribus Jasonis Smogorzewskyj, promovendi in Coadiutorem Ecclesiae Polocensis.*

APF, *Udienze di Nostro Sig.re, dall'anno 1755 a tutto il 1759*, vol. 8, fol. 4-5.

COPIA PROCESSUS SUPER COADIUTORIA POLOCENSI IN CURIA METROPOLITANA  
RUSSIAE, 1758, DIE 25 MAII.

PROCESSUS super vita, moribus, doctrina, idoneitate, ceterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi in Christo Patris Jasonis Junosza Smogorzewski, Ordinis D. Basilli M. Congregationis Ruthenorum SS. Trinitatis Provinciae Lithuanae Professi Presbyteri, a Serenissimo Poloniarum Rege Augusto III pro Coadiutoria Archiepiscopatus Polocensis cum futura successione nominati, coram Ill.mo Excel.mo et Rev.mo D. Floriano Hrebnicki, Metropolitae totius Russiae, Archiepiscopo Polocensi, Episcopo Vitebscensi etc. formatus et expeditus.



In nomine Domini, Amen. - Anno a Nativitate Domini N. Jesu Christi Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, Indictione Romana VI, die vero Lunae vigesima quinta maii, v.s., Polociae coram Ill.mo Excel.mo et Rev.mo Domino Floriano Hrebnicki, Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Metropolitae Kyioviensi, Haliciensi et totius Russiae, Archiepiscopo Polocensi, Episcopo Vitebscensi, Mscislaviensi, Orsensi et Mohiloviensi, Abbate Kyovo-Peczarensi, Solii Pontificii Assistente: - Comparens personaliter Ill.ris Rev.dus D. Joannes Wieckiewicz, Notarius Apostolicus, Illustrissimi Rev.mi Patris Jasonis Junosza Smogorzewski, Ordinis S. Basilii Magni Provinciae Lithuaniae Congregationis Ruthenorum SS. Trinitatis professi Presbyteri, ad actum infra specificatum Plenipotens, et specialis mandatarius, privilegium Serenissimi Regis Poloniarum Augusti III, sub die VII Junii Anno Domini MDCCLII, pro Coadjutoria cum futura successione Archi-Episcopatus Polocensis in personam Ill.mi sui principalis Ushoviae emanatum produxit, insuper testimonium Ordinum ab Ill.mo et Rev.mo Domino Dionysio Rodino, Archi-Episcopo Milensi anno 1740, die 3 Iulii, Romae datum, tum authentico Extractu metrices, probante quod suus Ill.mus principalis anno Domini 1715, die vero 25 Decembris (f. 411v) sit baptisatus, exposito, optavit sibi quatenus Ill.mus et R.mus Dominus Jason Smogorzewski principalis suus, ad sonantiam praedictorum documentorum et signanter Regii privilegii de benignitate Suae Celsitudinis in Coadjutorem Archi-Episcopum Polocensem cum futura successione promoveatur, omni qua par est reverentia institit et humiliter supplicavit.

Et Ill.mus Excellentissimus et Rev.mus Dominus Metropolitae totius Russiae, Archi-Episcopus Polocensis, in publica pro eo tunc Causarum audientia pro tribunali sedens, petitionem iustam attendens, visis quoque ac legi sibi factis praelaudatis authenticis documentis, a R.do Mandatario productis, praedicta omnia admisit, et ante omnia processum de vita, moribus, et idoneitate Rev.mi Patris promovendi confici, iuramenta et depositiones testium ex officio vocandorum et super Interrogatoriis solitis examinandorum recipi mandavit, se quoque omnia ad praemissa necessaria et opportuna praestitutum gratiose obtulit.

Interrogatoriorum vero vitam, mores, et idoneitatem Ill.mi et Rev.mi Domini promovendi concernentium tenor sequitur talis:

- 1mo: An noscat R. mum Smogorzewski, et a quo tempore?
- 2do: An sciat ex quibus sit natus parentibus? et quot sit annorum?
- 3tio: An sciat R. mum promovendum in Sacris constitutum Ordinibus?
- 4to: An sciat illum in Ecclesiasticis functionibus versatum?
- 5to: An sciat eum scientiis ac doctrina insignitum?
- 6to: An sciat utrum R. mus promovendus sit Vir in rebus agendis prudens, et gravis? et quae horum causa scientiae?

Jam vero Interrogatoria statum Ecclesiae Archi-Episcopalis Polocensis atque annexarum et nominatim ecclesiae Vitebscensis concernentia hujus sunt tenoris:

- 1mo: In qua Regni provincia Archi-Episcopatus extat Polocensis?
- 2do: A quo ecclesia Cathedralis Polocensis sit fundata? (f. 412)

3tio: Sub qua invocatione sit erecta?

4to: Per quos Sacerdotes in ecclesia Cathedrali Polocensi Divina peragantur officia? et a quo tempore?

5to: An in Civitate Polock et Vitebsko extant aliae aliquae ecclesiae Ruthenorum?

6to: An sint aliqua bona ad Episcopatum Vitebscensem spectantia?

7mo: An sciat testis quis numerus Parochiarum curatarum per integram Archidioecesim Polocensem, et nominatim Vitebscensem? et quae sit horum causa scientiae?

Primus Testis Perillustris Rev.mus Dominus Antonius Mlodovski, Ordinis S. Basilii M., Abbas Polocensis, Vicarius in spiritualibus et Officialis generalis metropolitanus per Lithuaniam, annorum 35, tacto pectore ad Sancta Dei Evangelia, ad praedicta Interrogatoria his formalibus deposuit.

Ad 1mum: Se nosse Rev.mum promovendum ab anno 1740, eique in Urbe, dum studiis daret operam, per solidum annum convixisse.

Ad 2dum: Natum esse R.mum promovendum ex parentibus Catholicis nobilitate praestantibus in districtu M. Ducatus Lithuaniae Volkvoyscensi, fratrem ejus germanum virum gravem, insigni dignitate in Republica conspicuum se noscere, et aliquot parochiales in gentiliis ejusdem feudis, pro munere Vicarii Generalis, se visitasse ecclesias, et ex personali eorum locorum personarumque ea incolentium notitia, causam scientiae adduxit.

Ad 3um: Scire, eo quippe praesente, sacro presbiteratus Ordine R.mus promovendus in ecclesia Graecorum Romae ab Ill.mo Dionysio Rodeno Archiepiscopo Milensi insignitus fuit.

Ad 4tum: - R.mum promovendum variis in Religione Basiliana muneribus, tum anno 1747 Vicariatu Generali (f. 412v) Metropoliiae totius Russiae per aliquot annos integerrime diligentissimeque functum fuisse.

Ad 5um: - R.mum promovendum Philosophicis et Theologicis studiis in Collegio Graecorum operam septennio dedisse, et insignem sapientiam et doctrinae opinionem apud omnes comparasse, idque sibi constare cum ex publica existimatione, tum ex conversatione cum eodem frequenti, dum ambo simul in Curia Excellentissimi Metropolitanus anno 1750 commorarentur.

Ad 6um: - R.mum promovendum gravitate, prudentia, rerum usu, dexterritate in agendo, zelo Orthodoxae fidei et Disciplinae Ecclesiasticae, bonique publici amore praestantem, abunde mereri, ut ob publicam utilitatem Hierarchiae Ruthenae ad gradum Episcopalem evehatur.

Ad Interrogatoria autem de statu Ecclesiarum ita deposuit:

Ad 1mum: Archiepiscopatum Polocensem situm esse in Lithuania eique ab antiquo annexos Episcopatus Vitebscensem, Mscislaviensem, Orsensensem, et Mohiloviensem per palatinatus et districtus Albae Russiae protentos.

Ad 2dum: Archiepiscopatum Polocensem et Episcopatum Vitebscensem ab antiquis principibus Russiae ante annum 1200 fundatos et erectos fuisse; causa scientiae ex historicis, praesertim Strijkovio, erui poterit.

Ad 3um: Ecclesia Archiepiscopalis Polocensis novissime ex latere cocto ab Ill.mo Excellentissimo Metropolitano, suoque ad praesens Pastore erecta

et exornata sub antiqua divinae sapientiae invocatione existit. Ecclesia autem Episcopalis Vitebscensis, ex cocto lapide pariter aedificari caepta, ecclesiaeque lignae Cathedrali memoriae Divi Martyris Josaphat Sacrae succedet.

Ad 4tum: Tam in Vitebscensi quam in Polocensi Cathedralibus ecclesiis Basiliani Divina Officia peragunt, ad utramque autem sub regimine Cypriani Zochowski, Archi-Episcopi Polocensis et Metropolitanae Russiae introducti. (f. 413)

Ad 5um: Tam Archiepiscopatum Polocensem quam Vitebscensem bonis respectivis et fundis dotatum esse, reditus porro eorumdem ignorat.

Ad 6um: Polociae tres, Vitebsi autem septem, vel octo praeter Cathedrali Ruthenas Parochiales ecclesias reperiri.

Ad 7um: Numerum Parochiarum in integro Archi-Episcopatu Polocensi quingentas excedere; quot autem ecclesiae Parochiales in Vitebscensi Episcopatu inveniantur, se ignorare respondit.

Et tantum etc. pro veritate deposui. - A. Mlodowski, Ab. Ordinis S.B.M. Polocensis, Vic. in spiritualibus et Officialis generalis Metropol. tot. Russiae per Lithuan. (mp)

Testis 2dus: Per illis R. mus Dominus Antonius Lubecki Kniazewicz, Ordinis S.M.B. Abbas Trocensis, Generalis Officialis Archi-Episcopatus Polocensis, annorum quinquaginta sex, tacto ad Sancta Dei Evangelia pectore, sequentibus deposuit verbis, idque ad Interrogatoria Personam Ill. mi promovendi concernentia.

Ad 1mum: R. mum Jasonem Smogorzewski ab initio ingressus ejusdem in Sanctam Religionem apprime nosse respondit.

Ad 2dum: Parentes Rev. mi Promovendi constare sibi dignitate ac fide Catholica eminentes, ex literis metrices, per R. ndum Plenipotentem ad praesens productis, dixit.

Ad 3um: Similiter ex testimonio typis impresso Romae, a prae laudato D. Mandatario exposito, quod sit Rev. mus promovendus canonicè Sacris munitus Ordinibus evidenter constat.

Ad 4tum: Quod fuerit in functione Vicariatus generalis in Archidiaecesi Kyoviensi Metropolitana constitutus audire se deposuit.

Ad 5tum: Sat superque integrae nostrae Religioni Basilianae est manifestum R. mum promovendum omni scientia et talentibus doctrinae clarissimum, id etiam mihi ipsi cum eo aliquoties versanti compertum est.

(f. 413v) Ad 6tum: Vere profiteor R. mum promovendum in omnibus suis versationibus, consummatae prudentiae et moribus honestis esse constantem.

Ad Interrogatoria autem Status Ecclesiarum Polocensis ac Vitebscen. deposuit his sequentibus verbis:

Ad 1mum: R. Archi-Episcopatum Polocensem cum annexis Episcopatibus in M. Ducatu Lithuaniae situs et per varios ejusdem Ducatus Palatinatus protensos esse.

Ad 2dum: Ecclesiam Polocensem Cathedrali a Principibus Russiae, qui, prout narrant historici, his in Oris suas habebant Sedes, ab annis circiter quingentis fundatam adduxit.

Ad 3tium: Polocensem sub titulo Sanctae Sophiae, Vitebscensem vero a

Regina Bona sub titulo Assumptionis in Coelum Beatissimae Virginis Mariae erectam esse affirmavit.

Ad 4tum: In his desuper expressis Cathedralibus ecclesiis, Polocensi nimirum et Vitebscensi, a nostris Patribus Basilianis omnia divina peraguntur Officia, ab antiquo earum habentibus possessionem.

Ad 5tum: In Civitate Polocko quatuor Parochiales ecclesias, non exclusa Cathedrali extare; in Vitebsco vero, ut patet ex meis visitationibus, praeter Capellas affiliatas inveniuntur parochiales ecclesiae quatuordecim.

Ad 6tum: De bonis nominatim, ac redditibus praecipue Ecclesiae Vitebscensis positive ignorat, quod vero utraque Ecclesia, Polocensis et Vitebscensis, sufficienti gaudeat dotatione, certum se scire exposuit.

Ad 7mum: Ex certa noticia Officii Vicariatus sui, quo per integram Archidioecesim Polocensem fungitur, deposuit, ecclesias parochiales quingentas reperiri, quis vero numerus speciatim ecclesiarum in Vitebscensi dioecesi inveniatur, ignorare se dixit. Et tantum etc.

Ita pro rei veritate deposui ego Antonius Lubecki Kniazewicz, Ordinis S.B.M. Abbas Trocensis, Vicarius in spiritualibus, Officialis Polocensis (mppa).

(f. 414) Testis 3tius: Admodum R.ndus Dominus Josephus Tarnawski, Suae Celsitudinis Praefectus musices, annorum circiter 60, celebravit Missam die praeterita, tacto ad Sancta Dei Evangelia pectore, quod ad personam Ill.mi promovendi his formalibus respondit, idque:

Ad 1mum: Nosco Ill.mum Dominum Smogorzewski ab annis circiter 20, in monasterio Zyroviensi, et praeterea cum ad Curiam Ill.mi Archipastoris nostri manserat nobiscum.

Ad 2dum: Audivi a nonnullis natum esse in terra Volkovyscensi ex parentibus fide catholica ac dignitate in Republica Polona fulgentibus.

Ad 3tium: Quando et ubi sit initiatus Ordinibus Sacris ignoro; multoties tamen eundem variis in locis sacris divina peragentem officia videram.

Ad 4tum: Ad Curiam Excellentissimi Pastoris nostri commorans Rev.mus promovendus multis fuerat insignitus functionibus, praecipue autem Officium Vicariatus generalis in Archidiaecesi Metropolitana laudabiliter gessit.

Ad 5tum: Ex functionibus ecclesiasticis, et aliis ejus qualitatibus suppono R.mum Promovendum omni scientia praeclarum.

Ad 6tum: In omnibus rebus agendis advertebam R.mum Promovendum omni gravitate ac prudentia plenum.

Jam vero ad interrogatoria de Ecclesiis Polocensi et Vitebscensi ita deposuit:

Ad 1mum: Archi-Episcopatum Polocensem et omnes alios annexos Episcopatus, uti Vitebscensis, Miscislaviensis, Orsanensis, et Mohyloviensis, per Ducatum Lithuaniae extensos omnibus est notum.

Ad 2dum: Omnes Ecclesias praedictas suppono a principibus Russorum esse fundatas.

Ad 3tium: Ecclesiam Cathedralem Polocen. sub titulo Sanctae Sophiae erectam, Vitebscensem autem sub titulo Assumptionis B.V.M. respondit esse.

(f. 414v) Ad 4tum: A multis tam laicis hominibus quam etiam Praesbi-



teris nostris vulgatum esse, utramque ecclesiam Cathedralem antiquitus iuxta Jura erectionis per saeculares sacerdotes, Kryloszany dictos, rectas, ad praesens vero praevalentibus Regularibus S. Basilii M. ab ipsis sunt cum omnibus mobilibus ecclesiasticis occupata.

Ad 5tum: In Polocko duas ecclesias, unam nimirum Cathedralem, alteram vero SS. Cosmae et Damiani, trans fluvium demum Dzvina nuncupatum, similiter duas inveniri asserebat, in Vitebsko autem praeter Cathedralem et varias Capellas et Monialium duodecim reperiri affirmavit, causa scientiae, quia in praedicta civitate Vitebsko educatus fuit.

Ad 6tum: Utramque et bonis et redditibus sufficientissimis esse dotatam, affirmavit.

Ad 7mum: Nescit.

Et tantum etc. cui silentium est impositum. Ita pro rei veritate deposui ego Iosephus Tarnavski, Regens Capellae Illustrissimi Domini Metropolitanus (mp.).

Anno mense et die quibus supra praesentes depositiones supra expressorum testium admisimus et in horum fidem actum praesentem manu nostra subscripsimus.

Florianus, Metropolita totius Russiae ac Archiepiscopus Polocensis (mp.).

Et quia ego infra scriptus circa expeditionem hujus processus, et depositiones testium praesens interfui, et haec omnia manu propria connotavi, ideo in horum omnium fidem subscripsi, nomine quoque cognomine et sigillo quibus in publicis Instrumentis utor communivi. - Locus Sigilli. - Michael L. Sledkiewicz publicus sacra autoritate Apostolica Notarius mppa.

(f. 415) Ex Actis Curiae Metropolitanae extractum et sigillo Ill.mi et Excellentissimi ac Rd.mi Domini Floriani Hrebnicki Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Metropolitae Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae, Archi-Episcopi Polocensis, Episcopi Vitebscensis Mscislaviensis, Orsensis et Mohyloviensis, Abbatis Kijovepezaren., Solii Pontificii Assistentis communitum.

Michael L. Sledkiewicz, publicus Sacra Auctoritate Apostolica Notarius, Aetorum Curiae Metropolitanae totius Russiae, et Archiepiscopalis Polocensis Cancellarius.

\* \* \*

APF, *Udienze di N.ro Signore dell'anno 1755 a tutto l'anno 1759*, vol. 8, fol. 40rrv, 402v.

Em.mi e Rev.mi Domini.

Jason Smogorzewski, Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum, et quidem Provinciae Lithuanae monachus expresse professus, ac humillimus EE. VV. Orator, quo par est obsequio exponit, R.P.D. Florianum Hrebnicki, Archiepiscopum Polocensem totiusque Russiae Metropolitanam a sacro hoc Tribunali, approbante sa.me. Benedicto PP. XIV, anno 1744 et 1750, facultatem obtinuisse deputandi sibi Coadiutorem cum futura successione pro Ecclesia Polocensi. Accedente itaque Serenissimi Poloniarum Regis consensu seu no-

minatione, praefatus Archiep.pus Oratoris personam, quamvis immerentem, in eiusmodi selegit Coadiutorem, deindeque consuetum super Promovendi qualitatibus Processum confecit, Litteras Institutionis ad eandem Coadiutoriam tradidit, fructus Ecclesiae Vitebsensis, quae Polocensi est unita, pro congrua Oratoris sustentatione, more in Coadiutoriis Polocen. hucusque servato, libere assignavit, ac denique facultatem ubicumque suscipiendi consecrationem largitus est.

Cum autem Orator Romae sit praesens pro vindicandis asserendisque Ecclesiae et Cleri Polocensis iuribus, crebrisque praedicti (f. 401v) Archiep.pi adigatur stimulis ad consecrationem suscipiendam, hinc EE. VV. clementiam humillime exorat, ut sibi licentiam et facultatem a S.mo D.no N.ro impetrare dignentur pro consecratione suscipienda ab aliquo Antistite Graeci Ritus, quorum duo Romae reperiuntur, Archiep.pus nempe Dyrrachiensis et Ep.pus Fogaratsiensis, cum assistentia alterius Ep.pi latini, in defectum duorum Ep.porum Graeci Ritus, iuxta privilegium a sa.me Paulo PP. V Ruthenis Ep.pis anno 1615 die 10 X-bris concessum.

Quod ex gratia etc. quam Deus, etc.

(f. 402v) Ruteni. 5 sett. 1758. Sacrae Congregationi de Propaganda Fide.

In Cong.ne generali die 21 augusti 1758: Ad Dominum Secretarium cum SS.mo.

Ex Audientia SS.mi die 5 Septembris 1758: Sanctitatis Sua remisit instantiam arbitrio Em.mi Praefecti S. Congr. de Propaganda Fide cum facultatibus necessariis et opportunis.

H. Antonellus eiusdem Congr.nis Secr.

Pro Jasone Smogorzewski, Monacho Rutheno.

### 3.

*Varsavia, 30. X. 1780.*

*Processus canonicus de vitae integritate et moribus electi Metropolitae, nec non de Ecclesia Kioviensi, Varsaviae a Nuntio Apostolico confectus.*

ASV, *Processus Consist.*, vol. 181, fol. 262-279.

#### PROCESSUS

Super vita, moribus, doctrina, idoneitate caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi D. Jasonis Smogorzewski, Archiepiscopi Polocen Ritus Graeci Uniti, Transferendi (Si SS.mo D.no N.ro placuerit), ad supplicationem Ser.mi Regis Poloniae ad Ecclesiam Metropolitanam Cathedralem Kiiovien et Halicien, vacantem per mortem Rev.mi Leonis Szeptycki, ultimi et immediati dictae Ecclesiae Metropolitanae Possessoris; nec non super statu eiusdem Ecclesiae Metropolitanae coram Ill.mo et Rev.mo Domino D. Joanne Andrea ex Marchionibus Formigariae Archetti, Archiepiscopo Chalcedonensi et Nuntio Apostolico in Regno Poloniae formatus.

## IN NOMINE DOMINI AMEN.

Anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo octuagesimo, indictione Romana XIII, Pontificatus SS.mi in Christo Patris et Domini Nostri Pii Divina Providentia eiusdem nominis VI. Varsaviae.

Coram Ill.mo et Rev.mo D. D. Joanne Andrea ex Marchionibus Formigariae Archetti, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Chalcedonensi, SS.mi D.ni N.ri Pii Divina Providentia Papae eius nominis VI, Praelato Domestico et Pontificio Solio Assistente eiusque et S. Sedis Apostolicae apud Ser.mum Stanislaum Augustum Poloniae Regem Potentissimum totumque Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, cum facultatibus Legati de latere, Nuntio Apostolico, comparens personaliter Ill.mus et Rev.mus D. Jason Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis Ritus Graeci Uniti, exposuit, qualiter Ser.mus Rex Poloniae decreverit supplicare, et supplicaverit SS.mo D.no N.ro Papae pro translatione sui Comparentis ad Ecclesiam Metropolitanam Kiioviensem et Haliciensem, vacantem per obitum Rev.mi D. Leonis Szeptycki, ipsius Ecclesiae Metropolitanae Kiiovien ultimi et immediati Possessoris; ideo ea qua decet reverentia instetit apud Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam, ut Processum Inquisitionis super vita, moribus, doctrina, aliisque requisitis sui Comparentis, et super statu Ecclesiae Metropolitanae formare dignaretur, juxta S. Concil. Tridentini Decreta et Constitutionem fe.re. Gregorii XIV, ad hoc, ut Sanctitas Sua de omnibus et singulis bene informata possit et valeat pro sua pietate et zelo circa optimum dictae Ecclesiae statum, totiusque Cleri et populi commodum et utilitatem consultius et utilius prospicere et providere. Omni etc.

Quocirca Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus altememoratus, praedicta admisit, si et inquantum etc. et petitionem huiusmodi justam et rationabilem attendens, dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium, per Dominationem suam Ill.mam et Rev.mam ex officio vocandorum, examinandorum recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri et per me, Notarium et Cancellarium infrascriptum rogari, ac omnia et singula in publicam formam, et in publicum Instrumentum seu Documentum redigi, ad effectum de quo supra, jussit et mandavit, ut ita redacta, suis loco et tempore, ad praefatum SS.mum D.num N.rum Papam transmitti valeant.

Sequuntur Interrogatoria Testibus ex officio vocandis secreto, et examinandis facienda.

- 1-o. An testis cognoscat Ill.mum et Rev.mum Dominum Jasonem Smogorzewski, Archiepiscopum Polocensem, Transferendum, quomodo a quanto tempore circa, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus, aut odiosus?
- 2-o. An sciat ipsum munus consecrationis suscepisse et quae sit causa scientiae?
- 3-o. An sciat per quot annos fuerit Archiepiscopus Polocen, et quae sit causa scientiae?

- 4-o. An sciat eum in sua Dioecesi Polocensi assidue residere, et quae sit causa scientiae?
- 5-o. An sciat eum diligenter et saepe dictam suam Polocensem Ecclesiam et Dioecesim visitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse, et providisse, eius Decreta et mandata debitae executioni demandari curasse, et quae sit causa scientiae?
- 6-o. An sciat eum saepe solemniter celebrasse, Ordinationes iuxta necessitatis exigentiam habuisse, Confirmationis Sacramentum ministrasse, caeteraque Pontificalia exercuisse, et quae s.c. sc.?
- 7-o. An sciat eum pietatis, charitatis, et prudentiae in gubernando specimen dedisse et verbo ac exemplo profecisse, et quae s.c. sc.?
- 8-o. An sciat eum prudenter ubilibet, et diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, protegendis jurisdictionibus, spirituali et temporali, Juribus et bonis omnibus suarum Ecclesiarum, et quae sit causa scientiae?
- 9-o. An sciat vere ea doctrina ipsum ad praesens pollere, quae in Episcopo requiritur, ad hoc ut possit alios docere, et q.s.c. sc.?
- 10-o. An sciat quod idem Ill.mus Transferendus adimpleverit omnia Decreta quae in Bullis suae Provisionis fuerunt iniuncta, et an sacrarium sacra suppellectili sufficienter instruxerit, vel Ecclesiae Cathedralis vel Domus Episcopalis reparationibus pro viribus incubuerit, aut Praebendam Theologalem seu Poenitentiarum vel Seminarium instituerit, Montemque Pietatis erigi curaverit, et quae sit causa scientiae?
- 11-o. An sciat, quod eo tempore, quo Ecclesiae, a qua est Transferendus, praefuit, toties quoties debuit visitaverit Limina SS. Apostolorum Petri et Pauli de Urbe ad formam Constitutionis rec. mem. Sixti Papae V, anno 1585, XV Cal. Januarii, Pontificatus sui anno primo editae, et quae sit causa scientiae?
- 12-o. An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam Metropolitanam et an censeat ejus translationem ipsi Metropolitanae Ecclesiae utilem et proficuum fore et quare ita censeat ac existimet?

INTERROGATORIA SUPER STATU ECCLESIAE METROPOLITANAE.

- 1-o. An Testis sciat in qua Provincia sita est civitas Kiihoven. et Halicien., cuius qualitatis et magnitudinis sit, quot conflatur domibus, et a quot Christifidelibus inhabitatur, cuius dominio in temporalibus subjaceat, et quae sit causa scientiae?
- 2-o. An sciat in illa civitate esse Ecclesiam Metropolitanam, sub qua invocatione, cuius structurae et qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?
- 3-o. An sciat quot Episcopos Suffraganeos habeat, et quae sit c. sc.?
- 4-o. An sciat quot et quales sint in dicta Ecclesia Dignitates, Canonicatus et alia Beneficia ecclesiastica, quis sit numerus Presbyterorum et Cleri-



corum ibi in divinis inservientium, quae sit dignitas major post Pontificalem, qualis sit redditus Dignitatum, Canonicatum et aliorum Beneficiorum, et an adsit Praebenda Theologalis et Poenitentiarum, et quae sit c. sc.?

- 5-o. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an sit in ea fons baptismalis, et quae sit causa scientiae?
- 6-o. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum, et etiam Pontificalia exercenda necessariis, Chorum, Organum, Campanile cum campanis, caemeterium, et quae sit causa scientiae?
- 7-o. An sint in ea corpora, vel aliquae insignes Reliquiae Sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae?
- 8-o. An habeat Domum pro Archiepiscopi seu Metropolitae habitatione, ubi, et qualem, quantum distat ab Ecclesia, et an reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?
- 9-o. An sciat verum valorem reddituum Mensae Archiepiscopalis seu Metropolitanae, ad quam summam annuatim ascendant, in quibus consistunt, an sint aliqua pensione onerati, ad cuius vel quarum favorem dicta pensio est reservata et quae sit causa sc.?
- 10-o. Quot existant in dicta civitate Ecclesiae Parochiales, et an unaquaeque habeat fontem baptismalem, quot item existant in illa Collegiatae, quot monasteria virorum et mulierum, quot Confraternitates et Hospitalia, et an ibi sit Mons Pietatis, et quae sit causa scientiae?
- 11-o. Quantum sit ampla Dioecesis Kiiovien. et Halicien., quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae?
- 12-o. An in ea erectum sit Seminarium, quot in eo aluntur pueri, et quae sit causa scientiae?
- 13-o. An ipsa Ecclesia Metropolitana Kiiovien. et Halicien. vacet, quomodo, et a quo tempore, et quae sit causa scientiae?

DIE TRIGESIMA MENSIS OCTOBRIIS 1780.

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum in Camera solitae Residentiae Dominationis Suae Ill.mae et Rev.mae, etc. Adm. Rev.dus ac Religiosus Pater Theodosius ROSTOCKI, Provinciae Lithuanae Ordinis S. Basili Magni Provincialis, aetatis suae annorum 53, prout asseruit et ex aspectu eius apparebat, testis ex officio vocatus, et secreto examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout tactis etc. juravit etc. et ad opportunas interrogationes super vita, moribus, doctrina caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi D. Jasonis Smogorzewski, Archiepiscopi Polocensis Transferendi (si SS.mo D.no N.ro placuerit) ad Ecclesiam Metropolitanam Kiioviensem, dixit et deposuit, prout infra, videlicet:

Ad 1-um Rt: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D. Jasonem Smogorzewski, Ar-

chiepiscopum Polocensem, ab annis triginta circiter, dum adhuc fuit Officialis Archidioecesis Metropolitanae et intra hoc temporis spatium, ad usque, saepius sum conversatus cum ipso. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus, aut odiosus.

Ad 2-um Rt: Scio ipsum munus consecrationis in Urbe suscepisse ab Ill.mo et Rev.mo D. Schirò Episcopo Dirrachien, ut audivi a meis Correligiosis, qui huic consecrationi assistebant.

Ad 3-um Rt: Ipse erat Archiepiscopus Polocensis ab annis viginti circiter, nam ego fui praesens, quando eius Coadiutus mortuus est.

Ad 4-um Rt: Continuo fere ipse residebat in sua Dioecesi Polocensi, nisi aliquando pro aliquibus negotiis se absentare debuerit, et id mihi constat partim ex auditu, partim ex eo, quod dum accessi ad dictam Dioecesim, semper ipsum inveni.

Ad 5-um Rt: Non mihi constat quod ipsemet visitaverit suam Dioecesim Polocensem; sed per suos Vicarios et Officiales visitabat, ut mihi ex particulari scientia et ex visu constat; et credo quod opportune omnibus necessitatibus suae Dioecesis occurrerit, et providerit, suaque Decreta et mandata debitae executioni demandari curaverit; nam mihi constat de eius perspecta prudentia et cura pastoralis.

Ad 6-um Rt: Quoties mihi contigit ad dictam Dioecesim Polocensem accessisse, vidi ipsum saepius solemniter celebrasse, ordinationes habuisse, caeteraque Pontificalia exercuisse; et id etiam ab aliis audivi.

Ad 7-um Rt: Scio eum charitatis et prudentiae in gubernando specimen dedisse, verbo et exemplo profecisse, et nihil in contrarium audivi.

Ad 8-um Rt: Audivi a nostris Religiosis, ubilibet ipsum prudenter et diligenter se gessisse in defendendis, conservis, et protegendis jurisdictionibus, spirituali et temporali, et bonis omnibus suae Ecclesiae, et lites etiam aliquando sustinuisse.

Ad 9-um Rt: Assero ipsum vere ea doctrina ad praesens pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc, ut alios docere posset, et haec assero ex conversatione cum ipso habita, et saepius negotia gravia cum ipso tractavi.

Ad 10-um Rt: Attenta eius diligentia in adimplendis suis muneribus, credo quod per Procuratorem suum non omiserit visitare limina SS. Apostolorum Petri et Pauli de Urbe.

Ad 11-um Rt: Scio ipsum propriis impensis tectum Ecclesiae Cathedralis Polocensis lamina ferreo cooperuisse, Domum episcopalem in Bonis Strunie, prope Polociam, aedificasse satis amplam, Seminarium instituisse, et haec omnia ex certis notitiis audivi et Ecclesiam tectam et Domum episcopalem propriis oculis vidi.

Ad 12-um Rt: Dignum, immo dignissimum ipsum existimo, ut ad Ecclesiam Metropolitanam transferatur, et censeo eius translationem dictae Ecclesiae et Dioecesi Metropolitanae utilem et proficuum fore. Hoc ideo existimo quia ipsius personam et qualitates optime cognosco.

Deinde ventum fuit ad interrogatoria super statu Ecclesiae Metropolitanae.

Super 1-o Rt: Civitas Kiioviensis sita est in ditione et Imperio Moschovitico,

in qua civitate, ut audivi, est Ecclesia Cathedralis quae possidetur a Schismaticis, sed quia, ut dixi, non fui in dicta civitate, ideo nihil de his dicere possum.

Super 2-o Rt: Audivi quod in dicta civitate sit, ut supra dixi, Ecclesia Cathedralis Metropolitana; verum ad praesens Metropolitanus Russiae, retento titulo Metropolitanus Kiioviensis, Ecclesiam Cathedralem habent Vilnae. Scio quod Ill. mus Hrebnicki Metropolitanus eandem Ecclesiam non parvo sumptu reparavit, et etiam defunctus Wolodkiewicz, pariter Metropolitanus, aliqua de reparatione addidit. An ad praesens indigeat aliqua reparatione, ignoro; sed credo quod interius indiget reparatione.

Super 3-o Rt: Archiepiscopus Metropolitanus habet Suffraganeos Archiepiscopos Polocensem, et Smolenscensem, Episcopos vero Vlodimiriensem, Luceoriensem, Helmensem, Pinscensem, Leopoliensem et Praemyliensem, quos omnes novi.

Super 4-o Rt: Nullae sunt in dicta Ecclesia Dignitates, aut Canonicatus. Sunt vero aliqui Presbyteri, qui cum adiutorio Alumnorum ex Collegio Pontificio, eidem Ecclesiae in Divinis inserviunt. Nam cum fuerim Vilnae, audivi a Religioso Patre Regente dicti Collegii Pontificii, et a Religiosis nostri Ordinis.

Super 5-o Rt: Audivi quod exerceatur cura animarum in dicta Ecclesia.

Super 6-o Rt: De Sacratio dietae Ecclesiae mihi non constat. Quoad apparamenta et suppellectilem pro exercendis Pontificalibus, hanc, dum Metropolitanus accedunt, ad eandem Ecclesiam portant secum, quia haec paramenta semper penes Metropolitanos manent, et unus post alium accipit illa sub registro; et hanc suppellectilem egomet vidi.

Super 7-o Rt: Non mihi constat.

Super 8-o Rt: Non mihi constat.

Super 9-o Rt: Audivi quod redditus mensae Archiepiscopalis Metropolitanae ascendunt annuatim ad quindecim millia circiter scutorum Romanorum, et consistunt in bonis stabilibus, et in pensione Cathedratici a clero saeculari. Nulla sunt pensione onerata.

Super 10-o Rt: Mihi videtur quod in dicta civitate Vilnensi sunt tres Ecclesiae Parochiales ritus nostri Rutheni, in quibus cura animarum per Parochos saeculares exercetur, et unaquaeque habet fontem baptismalem. - Monasterium in dicta civitate est unum nostri Ordinis et mulierum pariter eiusdem Ordinis est unicum. Collegium quoque Pontificium pro clero Rutheno adest sub directione nostrorum Religiosorum, in quibus locis ego fui. De confraternitatibus et hospitalibus ignoro.

Super 11-o Rt: Dioecesis Metropolitana est satis ampla; extenditur per Poloniam et Lithuaniam; in Polonia continet Palatinatus Kiioviensem et Braclaviensem, in Lithuania vero continet Palatinatus Vilnensem, Trocensem, Minscensem, et Novogrodensem et aliquae Ecclesiae in Ducatu Samogitiensi spectant ad dietam Dioecesim; haec scio ex peritia Hierarchiae nostrae Ruthenae.

Super 12-o Rt: Praeter Collegium Pontificium Vilnae existens, ut supra dixi,

est etiam Seminarium in Swirzno per Principem Radzivilium erectum, sub directione nostrorum Religiosorum Basilianorum. Audivi quod modo in Palatinatu Kiioviensi erectum est Seminarium a Praesbytero saeculari Prymowicz nuncupato.

Super 13-o Rt: Vacat ad praesens Ecclesia Metropolitana Kiioviensis per mortem Ill.mi et Rev.mi Domini Leonis Szeptycki, demortuo anno praeterito in mense maii, ut constat ex publica fama.

Et tunc, finito examine, supranominatus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit ac dimisit, iniuncto ipsi, ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit, ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego Theodosius Rostocki, Provinciae Lithuanae Provincialis Ordinis S. Basilii Magni (mp).

DIE EADEM.

Examinatus fuit per eundem III.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Rev.dus ac Religiosus Benedictus Tyszkiewicz, Ordinis S. Basilii Magni, aetatis suae annorum 28, prout asseruit, et ex aspectu eius apparebat. Testis ex officio vocatus, et secreto examinatus, qui delato sibi iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. juravit etc., et ad opportunas interrogationes super vita, moribus, doctrina et caeteris requisitis Ill.mi et Rev.mi D. Jasonis Smogorzewski Archiepiscopi Polocensis, Transfereudi (si SS.mo D.no N.ro placuerit) ad Ecclesiam Metropolitanam Kiioviensem et deposuit prout infra, videlicet:

- Ad 1-um Rt: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D. Jasonem Smogorzewski, Archiepiscopum Polocensem, a quinque annis circiter, adhuc in statu saeculari existens fui in cancellaria in Dioecesi eius Notarius, et sic habui occasionem cognoscendi eum et aliquando conversandi cum ipso. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, non nimium familiaris, nec inimicus, aemulus, nec odiosus.
- Ad 2-um Rt: Assero ipsum consecratum esse in Archiepiscopum, nam vidi eum munera Episcopalia palam et publice exercentem.
- Ad 3-um Rt: A quo tempore ipsum novi, iam vidi ipsum esse Archiepiscopum.
- Ad 4-um Rt: Ipsum scio ut plurimum in sua Dioecesi Polocensi resedissee, excepto aliquo tempore, quo debuit pro negotiis extra Dioecesim recedere.
- Ad 5-um Rt: Ipse per suos Officiales saepe visitabat suam Ecclesiam et Dioecesim Polocensem; et nedum vidi, sed etiam scripsi actus Visitationis et Decreta ac Ordinationes ipsius, et scio ipsius Decreta et Ordinationes executioni demandata fuisse.
- Ad 6-um Rt: Vidi ipsemet saepe eum solemniter celebrasse, ordinationes iuxta necessitatis exigentiam habuisse, et caetera Pontificalia exercuisse.
- Ad 7-um Rt: Scio ipsum pietatis, charitatis et prudentiae specimen in gubernando dedisse, verbo ac exemplo profecisse, et nihil in contrarium audivi.



Ad 8-um Rt: Scio eum prudenter ubilibet et diligenter se gessisse in defendendis, protegendis et conservandis jurisdictionibus, spirituali et temporali, juribus et bonis suae Ecclesiae, et audiivi quod aliquas etiam lites pro conservandis juribus sustinuerit.

Ad 9-um Rt: Scio ipsum ea doctrina pollere, quae in episcopo requiritur ad hoc ut alios docere possit, idque cognovi ex eius conversatione.

Ad 10-um Rt: Mihi de his non constat.

Ad 11-um Rt: Nihil aliud mihi constat, quam quod Domum Episcopalem satis amplam propriis sumptibus extruxerit, quam Domum egomet vidi. Audiivi etiam quod Seminarium instituerit.

Ad 12-um Rt: Eum dignum existimo ut ad Ecclesiam Metropolitanam Kiioviensem transferatur, eiusque translationem dictae Ecclesiae et Dioecesi utilem et proficuum futuram censeo, et ideo sic iudico, ex quo ipsius prudentiam, pietatem satis nosco.

Et tunc, finito examine, supranominatus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius Apostolicus testem licentiavit et dimisit, iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet quod et fecit, ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego Benedictus Tyszkiewicz, Ordinis S. Basilii Magni (mp.).

DIE TRIGESIMA PRIMA OCTOBRIS 1780.

Examinatus fuit per eundem Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Perillustris Rev.mus D. Joannes Jachymowicz, Prothonotarius Apostolicus, iudex subrogatus Consistorii Minscensis, aetatis suae annorum 34, prout asseruit et ex aspectu eius apparebat, Testis ex officio vocatus, et secreto examinatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout tactis etc. juravit etc. et ad opportunas interrogationes super statu Ecclesiae Metropolitanae dixit et deposuit, prout infra, videlicet:

Super 1-o Rt: Civitas Kiioviensis est sub imperio Moschovitico, et Ecclesia Cathedralis ibi existens a Schismaticis possidetur. Solus dumtaxat titulus remansit penes Metropolitanos, ut est publicum. In dicta civitate et ecclesia non fui, adeoque de illis nihil dicere possum.

Super 2-o Rt: Audiivi Kiioviae Ecclesiam Cathedralem esse pulcherrimam, sed haec, ut dixi, possidetur a Schismaticis. Metropolitanus ad praesens pro titulo habent Ecclesiam Cathedralem Vilnae, quae est sub invocatione SS. Salvatoris, et Obdormitionis Beatissimae Virginis Mariae, est ex muro, magna, quae ab extra per Metropolitanum Wolodkowicz reparata fuit, ab intra vero desolata est, et notabili indiget reparatione, et haec scio, quia dictam ecclesiam olim vidi et fui per sexennium Procurator Metropolitanus apud eundem Ill.mum olim Wolodkowicz, Archiepiscopum Metropolitanum.

Super 3-o Rt: Metropolitanus habet Suffraganeos Episcopos octo, videlicet: Archiepiscopos Polocensem, Smolenscensem; Episcopos Luceoriensem, Vla-

- dimiriensem, Pinscensem, Leopoliensem, Premysliensem et Helmensem, et haec scio quia, ut dixi, Procurator Metropolitanus fui.
- Super 4-o Rt: Circa dictam Ecclesiam Vilsensem dumtaxat unus manet Vicarius, quem nosco, parvam pensionem habens a Metropolitano, ut a multis audivi.
- Super 5-o Rt: Cura animarum in dicta Ecclesia per eundem Vicarium exercetur. An in ea sit fons baptismalis, non recordor.
- Super 6-o Rt: Audivi quod in dicta Ecclesia non sunt, nisi duo apparamenta pro sacrificio Missae, campanile cum campana, et caemeterium est. Deest sacra suppellectilis pro exercendis Pontificalibus, quia Metropolitanus penes eandem Ecclesiam non resident, sed sacram suppellectilem, quando ad dictam Ecclesiam accedunt, secum portant; hanc unus post alium obtinet successive, in registro connotatam, prout vidi, dum agebam primo Cappellanum apud eundem Ill.mum D. Wolodkowiez, olim Archiepiscopum Metropolitanum.
- Super 7-o Rt: Nec corpora nec insignes Reliquiae Sanctorum in dicta ecclesia reperiuntur.
- Super 8-o Rt: Habet domum muratam pro Archiepiscopi habitatione, non longe distantem a dicta Ecclesia Cathedrali; haec Domus indiget ad praesens notabili reparatione, prout vidi.
- Super 9-o Rt: Audivi ab oeconomis bonorum Mensae Archiepiscopalis Metropolitanae, quod redditus Mensae Archiepiscopalis ascendunt annuatim ad quindecim millia circiter scutorum Romanorum, ultra pensionem bis mille scutorum, quae annuatim exigi solet a Clero sub titulo Cathedralitici. Dicti autem redditus Mensae Archiepiscopalis consistunt in Bonis, in Censibus et fructibus terrae; nulla sunt pensione onerati.
- Super 10-o Rt: Nulla est Ecclesia Collegiata nostri Ritus in dicta civitate. Parochiales Ecclesiae nostri Ritus sunt, ni fallor, duae. Monasterium Religiosorum Ordinis S. Basilii Magni est unum, et Monialium pariter eiusdem Ordinis unum. Est Collegium Pontificium, et parvum Hospitale pro pauperibus; haec vidi.
- Super 11-o Rt: Dioecesis Metropolitana partim sita est in Polonia, partim in Lithuania; extenditur in longum et quoque in latum ad quinquaginta leucas; in Lithuania complectitur Palatinatum Vilsensem, Minscensem, Novogrodensem, in Polonia Palatinatum Braclaviensem, Kiioviensem; causa scientiae, ut supra.
- Super 12-o Rt: Seminarium in Dioecesi Vilsensi est fundatum a principe Radziwill, in Swirzno, pro decem clericis saecularibus Ritus Rutheni Uniti, quod existit sub regimine Religiosorum Ordinis S. Basilii Magni, ut mihi constat ex publica fama.
- Super 13-o Rt: Ecclesia Metropolitana Kiioviensis vacat per mortem Ill.mi et Rev.mi olim Leonis Szeptycki, qui mortuus est anno praeterito, in mense maii; id scio quia assistebam funeri eius Radomysliae celebrato. Et tunc, finito examine, altememoratus Ill.mus et Rev.mus D. Nuntius

Apostolicus testem licentiavit et dimisit, iniuncto ipsi ut se prius suae depositioni subscriberet, quod fecit, ut sequitur:

Ita deposui pro veritate ego Joannes Jachymowicz, Prothonotarius Apostolicus, Judex surrogatus Minscensis (mp.).

Supranominatis testibus plenam fidem esse adhibendam, et de Transferendo bene iudico.

J. A. Archiepiscopus Chalcedonensis, N. Ap. (mp).

\* \* \*

Deinde coram praelibato Ill.mo et Rev.mo D. Nuntio Apostolico nomine et pro parte Nominati Ill.mi et Rev.mi D. Jasonis Smogorzewski Archiepiscopi Polocensis exhibitum fuit infrascriptum Documentum, tenoris sequentis, videlicet:

Actum in Siedlee, oppido Palatinatus Lublinensis, Dioecesis Vlodimiriensis, die vigesima sexta mensis Februarii, j. v., anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo.

Nos infrascripti Ecclesiae Rutheno-Catholicae Episcopi, et Congregationis Ruthenorum Ordinis S. Basilii Magni Proto Archimandrita, ad consultandum de novo eligendo inque locum proxime demortui Ill.mi. Excel.mi et Rev.mi D. Leonis Szeptycki subrogando Metropolita, vocati Literis ab Ill.mo, Excel.mo et Rev.mo D. Jasone Junosza Smogorzewski, Archiepiscopo Polocensi, vacantis vero in Russia Metropoliae Administratoris, nec non expresso S. Sedis mandato morem gerente, Nobis legitime intimatis, et in hanc sententiam editis: Jason Junosza Smogorzewski, Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Polocensis Archiepiscopus, Vitepscensis vero, Mscislaviensis, Orszensis, et Mohyloviensis Episcopus, Sedis autem Metropolitanae totius Russiae Administrator. — Ill.mis et Rev.mis Dominis Simeoni Mlceki Vladimiriensi, Cypriano Stecki Luceoriensi, Maximiliano Rylo Chelmensi, Gedeoni Horbacki Pinscensi, Episcopis, Perillustribus et Rev.mis Dominis Petro Bielanski, Nominato et Administratori Leopoliensi, Andreae Jacubinski, Administratori Praemysliensi et Rev.mo Patri Don Porphyrio Wazynski, Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Protoarchimandritae salutem et obsequiorum nostrorum commendationem. Ut Sanctissimo D.no Pio Papae eiusdem nominis VI, nedum placuit tenuitati nostrae munus administrandae vacantis Metropoliae totius Russiae, etsi alias Provincialis Zamoscensis Synodi lege nobis competens, ulterius concedere ac confirmare, verum etiam quatenus ad debitam Ser.mo Regi D.no N.ro Clementissimo futuri Metropolitanis recommendationem, via canonica, privilegiatae et antiquissimae Electionis quam primum procedamus, supremam suam voluntatem intimare dignatus fuit, veluti sequentia: Joannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio Assistens, SS.mi D.ni N.ri Pii Divina Providentia Papae VI, eiusdemque et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, cum facultatibus Legati de latere Nuntius. — Dilecto nobis in Christo Ill.mo et Rev.mo D. Jasoni Smc-

gorzewski, Archiepiscopo Polocensi Ritus Rutheni Catholici, salutem in Domino sempiternam. Noverit Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra, cum delata a nobis ad S. Sedem notitia de obitu olim Ill.mi et Rev.mi D. Lecnis Szeptycki totius Russiae Metropolitanani, ut juxta Synodi Zamocyscianaee sanctionem vacantis Metropoliae Administrator ab ipsa S. Sede constitueretur, donec ad novi Archiepiscopi inaugurationem devenit fuerit, eadem S. Sedes nobis commisit, mediante Decreto die vigesima quinta Junii currentis anni in Actis Cancellariae Nostrae originaliter asservato, ut illum ex Ruthenis Catholicis Episcopis in praefatae Metropoliae Administratorem constitueremus, quem caeteris fide, autoritate et religionis zelo multo maxime idoneum in Domino cognoverimus, ne interea salus animarum, jura ipsius Ecclesiae, aut ecclesiasticae disciplinae rationes aliquid detrimenti caperent. Nos igitur, quibus summo opere perspecta sunt Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae merita, quae singularis eius religionis, fidei et prudentiae plura habuimus documenta, utendo specialibus facultatibus nobis uti supra tributis, eiusdem S. Sedis nomine Ill.mam ac Rev.mam Dominationem Vestram in Administratorem vacantis Ecclesiae Metropolitanae totius Russiae constituimus et deputamus; ita ut donec eadem Ecclesia de legitimo Pastore rite provideatur, eandem Ecclesiam tum in spiritualibus tum in temporalibus moderetur, et regat, et tanquam vigilans Pastor caveat, ne eadem Sedes Metropolitana, salus animarum, ac ipsius jura quaecumque aliquid detrimenti patiantur. Ad hunc autem effectum praecedentem Administrationem per modum Provisionis et usque dum a S. Sede aliter consultum fuerit, a nobis collatam in Ill.mum et Rev.mum Gedeonem Horbacki, Episcopum Pincensem, praesentium tenore declaramus expiraturam fore statim, ac praesens nostra dispositio rite fuerit publicata, et quemadmodum vetusta consuetudine dudum in Ritu Rutheno invecitum est, ut quoties vacantem Metropoliam de pastore provideri contingit, toties ab eiusdem Ritus Episcopis novi Metropolitae electio fiat, quam quidem electionem puram sinceramque esse propositionem Ser.mo Regi faciendam, de eo, quem Rutheni Antistites digniorem reputant, declaravit sa.me Benedictus XIV in suis Literis in forma Brevis, datis die quarta aprilis millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, ita ut licitum sit eidem Ser.mo Regi supplicationem Romano Pontifici porrigere pro alio quem digniorem judicaverit; idcirco Ill.mam et Rev.mam Dominationem Vestram in Praesidentem Conventus ad hunc effectum habendi delegandam esse duximus, prout tenore praesentium deputamus et delegamus, committentes propterea eidem Ill.mae et Rev.mae D.ni Vestrae, ut in aliqua Poloniae aut Lithuaniae civitate, prout ipsi magis expedire visum fuerit, per Literas suas edictales quam primum convocari faciat Ill.mos et Rev.mos Episcopos Ruthenos Unitos, quoscumque Jus certum ac indubium ad huiusmodi conventum habentes, ac praeterea Rev.mum Patrem Proto-Archimandritam Ordinis Divi Basilii Magni, cui ex speciali Sanctae Sedis concessione mediante altero Decreto, die vigesima quinta Junii currentis anni etiam pro hac vice attributum fuit jus suffragii, praeservatis Consultorio ac caeteris quibuscumque eiusdem Ordinis rationibus quomodo ipsis competentibus, qui omnes simul uniti, implorato Divino prae-



sidio, ad propositionem sive commendationem novi Metropolitanum in Domino rite devenient, atque cum votis et suffragiis suis canonice ferendis in eo collimabunt, qui tanto muneri idoneus atque toti Ruthenorum Unitorum Hierarchiae decorus et proficuus esse possit. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae, die septima mensis augusti, Anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo nono. I. A. Archiepiscopus Chalcedonensis, Nuntius Apostolicus. (Loco sigilli): Josephus Dzieszowski Vicecancellarius; — illico certe non utique praetermissimus, ut par erat, super eo requirere Ill.mas, Periles, Rev.mas Dominationes Vestras, eisdemque communicare praeinsertas Literas, nisi distantia loci, singularis Ecclesiae Polocensis vigilantia, ac diuturnus periculosusque ille quo tenebamur morbus nobis impedimento fuissent, denique cum Divina misericordia, et feliciori statu valetudinis frui, ac in hac Regia Urbe reperiri nobis concesserit, tum imprimis et ante omnia praesentes censuimus dirigendas esse ad Ill.mas Perillustres Rev.mas Dominationes Vestras, prout re ipsa et in effectu dirigimus, maxime praemonentes ac rogantes, quatenus et pro ea qua erga Sanctam Sedem Apostolicam profitentur devotione, et pro debito antiquissimorum Ecclesiae Ruthenae jurium zelo, in Siedlce commodo haereditarioque Celsissimae Domus Czartoryscianae oppido, duodecem inter Wolczyn, et Varsaviam Milliaribus posito, die vigesima sexta currentis j.v. ad eiusmodi laudabile opus paucis horis complendum non graventur comparere. Neque mirum erit Ill.mis Perillustribus Rev.mis Dominationibus Vestris nos et locum huiusmodi designasse et terminum strictiorem fortassis, quam ratio commoditatis exigeret, praefixisse, si considerare voluerint vel unicam eamque gravissimam inter plurimas alias circumstantiam, quae Nos ad Archidioecesim Nostram Polocensem omnino et absque mora revocat, reditumque accelerare iubet, nimirum proximi Polociam adventus Ser.mae Russiarum Imperatricis, Magnae Catharinae, cuius Imperia ac Dignitatem Nos utique, qua Polocensis Archiepiscopus, tot Suae Majestatis Imperatoriae gratiis cumulatus omnino revereri tenemur. Quare pro ea, qua fungimur, imo verius Apostolica Autoritate, Illustrissimis Perillustribus Reverendissimis Dominationibus Vestris omnia praemissa intimando, pro majori eorumdem fide ac robore praesentes Literas Nostras manu propria subscriptas sigillo nostro communiri iussimus. Dabantur Varsaviae, 13/24 februarii, Anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo. — Jason, Archiepiscopus Polocensis, vacantis in Russia Metropoliae Administrator — (l. sigilli) — Joannes Lewicki, Cancellarius. — Postquam ergo ad locum diemque sic praestitutum convenimus, hac ratione opus nostrum aggressi sumus. Praeprimus ut ad praescripta Sacrorum Canonum ac in sequelam normae ab Ill.mo Excel.mo Rev.mo D. Nuntio Apostolico nobis praefinitae electionem nostram dirigere-mus, contulimus nos ad Parochialem huiusce loci ecclesiam, ibique Sacra peregrimus, quibus Spiritum Divinissimum exoravimus, obsecravimus imploravimusque ferventer, ut talem moderandae Ecclesiae nostrae Ducem ac Pastorem praeficeret, qui res eius afflictas et labentes, consilio sublevare, opera reficere, sapientia sartas tectasque tueri, Divinae ac Regiae Majestati placere valeret. Tandem in locum sessioni nostrae destinatum nos recepimus, ubi in-

stauratis praecibus, auxilium Spiritus Sancti rursus imploravimus, nostro officio recte fungi ut possemus. Mox fundata per praelaudatum Ill.mum Excel.mum et Rev.mum Dominum Administratorem jurisdictione, Notarium concordibus votis assumpsimus D. Joannem Lewicki, Actorum Curiae Metropolitanae Administratorialis Cancellarium, qui praesentis nostrae electionis Actum legaliter connotaret, Literisque ad posteritatem transmitteret. Quibus praemissis, cum in ipso operis nostri limine animadversum fuisset bene, multos jure suffragii gaudentes, et legitime vocatos ad huius functionem muneris non venisse, quaestio orta fuit, utrum scilicet paucio numero nobis congregatis liceret in propositae electionis opus ingredi? Ill.mus etenim Luceoriensis Episcopus, Cyprianus Stecki, quod adesse non possit, excusavit Literis suis, vias ex repentina solutione nivium solutione corruptissimas, breve aliquomodo sibi ad comparandum tempus praefinitum, et alia quae ipsum circumstant incommoda; Ill.mus autem Pinscensis Episcopus, Gedeon Horbacki, scripsit se, tametsi ex animo vellet venire, non posse, quod difficili molestoque Rheumatismi morbo implicitus detineretur curandaeque valetudinis suae necessariam daret operam; Ill.mus vero Chelmensis Episcopus, Maximilianus Ryllo, nullam de se notitiam dedit, quod, ut hic accepimus, eo ipso tempore quo ad electionis actum vocatus fuit, Viennam se conferre debuerit, ibique etiamnum Aulae Caesareo-Regiae Apostolicae mandata praestoletur. Perillustris praeterea Administrator Episcopatus Leopoliensis, et Nominatus eiusdem Sedis, Petrus Bielski, literis suis significavit, sibi, absque Excelsi Gubernii Leopoliensis Permissione, extra fines Ditionum Sacrae Caesareo-Regiae Majestatis egredi non licere, potestatem vero egrediendi ab eodem Amplissimo Leopolitano Magistratu tam cito fieri sibi non posse, inconsulta Augustissima Viennensi Aula; ob quam denique eiusdem Excelsi Gubernii difficultatem verosimillime comparare non valuit etiam Perillustris Administrator vacantis Sedis Premysliensis, Andreas Jakubinski, sicut et ob hodierna viarum incommoda, quae praeter spem nostram secuta sunt. Re tamen mutuo perpensa, omnibusque tam personarum quam temporum et locorum consideratis circumstantiis, eorumque ad examen vocatis rationibus, Ill.mum et Rev.mum Episcopum Luceorien. et Pinscen., nec non Perillustrem Administratorem vacantis Cathedrae Leopoliensis, tametsi absentes, pro praesentibus judicandos commoditer et jure merito in Domino censuimus. Atque quo ad Ill.mum Episcopum Luceoriensem, propterea quod literis in quibus absentiae suae affert causas, adjunxerit seorsim suum electivum scriptum suffragium. Ill.mum vero Pinscensem, quod ipse nedum sigillo munitum pariter secretum ad nos transmiserit votum, sed etiam Rev.mum Pinsco-Leszczensem Archimandritam Joachimum Horbacki, germanum fratrem suum delegaverit, qui in nostro Conventu eius locum presto teneret, si ita opus esset. Administratoris autem Dioeceseos Leopolitanae rationem ex eo habendam duximus, quod et justa absentiae suae motiva allegaverit, et suffragium suum electivum in litteris missivis explicavit. Reliquorum vero duorum, Ill.mi nimirum Episcopi Chelmensis, et Perillustris Administratoris Premysliensis absentiam, quemadmodum vitio ipsis verti ob expositas superius rationes censuimus non debere, ita nec aliquod ex ea praesenti

actui posse inferri praejudicium judicavimus, cum et paucissimorum absentia ea sit, et nullomodo in fraudem suscepta dici queat. Qua dirempta, praecipua quae occurrerat controversia, ad electionem peragendam illico procedendum esse duximus, eamque via scrutinii absolvendam decrevimus, electo in scrutatorem plenis nostrum votis Ill.mo et Rev.mo D. supradicto Episcopo Vladimiriensi, qui iuxta Ecclesiae nostrae consuetudinem, praemisso juramento super gerendo singulari religione et fide officio suo, postquam praesentium suffragia recepisset, et Absentium vota Literis mandata diligenter perscrutatus esset, rogatus subinde ut eadem publicaret, clara voce pronuntiavit haberi praesto ad effectum vota electionis sex, atque ex iis unum esse directum in se praesentis Collegii servum, et Scrutatorem, reliqua vero quinque una consentienteque voce convenisse in Ill.mum Excel.mum Rev.mum D. supralaudatum Archiepiscopum Polocensem, duo scilicet praesentium, tria vero absentium Electorum, unum nempe Ill.mi Luceoriensis scriptum tenore sequenti: Infrascriptus ex persona mei confero votum electionis in Metropolitanum totius Russiae pro Ill.mo et Rev.mo D. Jasone Smogorzewski, Archiepiscopo Polocensi, Administratore pro nunc totius Russiae, ita mihi in Domino visum est. Cyprianus Stecki, Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis. Alterum Ill.mi Episcopi Pincensis ita exaratum: Ill.mus Excel.mus et Rev.mus D. Jason Smogorzewski Archiepiscopus Polocensis in Metropolitanum ex voto Episcopi Pincensis. Tertium denique Perillustris Rev.mi Administratoris et Nominati Leopoliensis hac ratione expositum: Meum votum ita est cordi impressum, ut Dominis Electoribus sit consonum et cadat in Personam Ill.mi Excel.mi ac Rev.mi D. Archiepiscopi Polocensis, quem utpote Pastoratu antiquiorem magnis virtutibus et meritis in Hierarchia nostra clarum veneror, et pro capite Ecclesiae Ruthenae agnosco. Petrus Bielanski, Nominatus Episcopus et Administrator Leopoliensis. — Qua votorum publicatione peracta mox etiam ad promulgandum electionis Decretum idem Ill.mus et Rev.mus Scrutator accessit, atque sequentibus verbis publicavit: Ego Simeon Mlocki, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis, nomine meo et Eligentium mihi que consentientium, omnium scilicet tam Praesentium quam Absentium, invocata Spiritus Sancti gratia, eligo in Archiepiscopum Metropolitanum totius Russiae et electum coram Vobis pronuntio Illustrissimum Excellentissimum et Reverendissimum Dominum Jasonem Junosza Smogorzewski, Archiepiscopum Polocensem, in nomine Patris, Filii, et Spiritus Sancti. Amen. — Quo Decreto taliter publicato, et electione per ipsum Ill.mum Excel.mum et Rev.mum D. Archiepiscopum Polocensem acceptata, reliquis plaudentibus, ecclesiam suprafactam accessimus, et debitas gratias solemniter Deo persolvimus. Porro eiusmodi electionem nostram, cum non ignoremus purae sinceraeque commendationis Sacrae Regiae Majestatis de eo, quem muneri tanto parem existimamus submittendae vim habere, idcirco uno eodemque huiusce actus nostri contextu Regium Ser.mi Stanislai Augusti, Patris Patriae, Religionis Orthodoxae Vindicis, Patroni maximi, nec non Domini nostri clementissimi solium summa veneratione, uti fideles subditi, adeuntes, suppliciter exoramus, quatenus prae laudatum Ill.mum Excell.mum et Rev.mum D. Archiepiscopum Polocensem

(quem ob morum integritatem, doctrinae praestantiam, tuendae Religionis studium, et longum rerum maximarum usum, Dignitatis Metropolitanae in Catholica Ruthena Ecclesia nostra gradu, et fastigio dignissimum concordibus suffragiis et optima conscientia declaravimus) velit pro supremo Regii Patronatus sui jure acceptum habere, et hanc nostram commendatitiam, electionem, non tam humanis suffragiis, quam potius Dei immortalis voluntate susceptam perfectamque censere idque ad eiusdem Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiae utilitatem, Patriae obsequium, Regiae vero Justitiae distributivae immortalem laudem et memoriam. Quam humilem supplicationem nostram, Electionemque praesentem, majoris roboris et fidei causa, manibus propriis subscriptam, sigillis nostris communivimus. Datum in Siedlee, anno, mense, et die ut supra. — Simeon Mlocki Episcopus Vladimiriensis et Brestensis, Protothronius totius Russiae, et praesentis Electionis Scrutator (mp). (Loco + sigilli super cera rubra hispanica). — Joachimus Daszkowicz Horbacki Pinsco-Leszczensis Archimandrita, locum Ill.mi et Rev.mi Episcopi Pinscensis et Turoviensis in praesenti actu tenens (mp). (Loco + sigilli super cera rubra hispanica). — Porphyrius Skarbek Wazynski, Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Protoarchimandrita (mp). (Loco + sigilli super cera rubra hispanica). — Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis etc. vacantis autem in Russia Metropoliae Administrator, praesentem Actionem, vim purae sinceraeque Commendationis habentem, favore mei hic factam et promulgatam sub Regiae Majestatis beneplacitum subque Apostolica Sanctae Romanae Sedis confirmatione accepto (mp). (Loco + sigilli supra cera rubra hispanica). — Joannes Lewicki, Curiae Metropolitanae Administratoris, et praesentis Actus Notarius (mp).

\* \* \*

Quibus omnibus et singulis, ut supra, gestis ex parte Ill.mi et Rev.mi D. Jasonis Junosza Smogorzewski, Archiepiscopi Polocensis, petitum fuit, ut suprascriptus Processus seu illius Copia in forma authentica extraderetur et sigillo munita consignaretur ad effectum eandem ad Almam Urbem transmittendi. Omni etc. — Quocirca altememoratus Ill.mus et Rev.mus D. Joannes Andreas ex Marchionibus Formigariae Archetti, Archiepiscopus Chalcedonensis et Nuntius Apostolicus, Processum clausum et sigillatum seu verius copiam illius in publica et authentica forma concedendam et extradendam esse duxit, decernendo predictis omnibus et singulis, tamquam rite et legitime gestis, ubique locorum plenariam et indubitata fidem ab omnibus et singulis in Judicio et extra adhibendam esse. In quorum omnium praemissorum fidem et testimonium praesentes manu propria, et mei infrascripti Notarii et Cancellarii subscriptas, sigillo proprio communiri mandavit. Datum Varsaviae, die sexta mensis Novembris, Anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo.

J. A. Archiepiscopus Chalcedonensis, N. Ap. (mp). (l.s.)



Et quia ego Petrus Jastrzemski, publicus S.a. Autoritate Apostolica Notarius, et altememorati Ill.mi, Excel.mi et Rev.mi D. Joannis Andreae ex Marchionibus Formigariae Archetti, Archiepiscopi Chalcedonensis, Nuntii Apostolici in Regno Poloniae, Cancellarius, memoratae Inquisitioni et testium examini per eundem Ill.mum et Rev.mum D. Nuntium Apostolicum habitae et recepto personaliter interfui, nec non juramenta testium praenominatorum solemniter fieri vidi et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redegere, idcirco hoc examen, et totum hunc Inquisitionis Processum manu propria scripsi et subscripsi. Datum Varsaviae, die sexta mensis Novembris, anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo.

Petrus Jastrzemski, Notarius et Cancellarius, qui supra (mp).

\* \* \*

N. 3 (*sigill. aquila: 60 czer. zlot.*)

N. 254 (sigil: aquila, 500 zlot.).

Sanctissime et Beatissime in Christo Pater. Domine Clementissime.

Post oscula Pedum Sanctitatis Vestrae, Mei Regnique ac Dominiorum meorum humillimam commendationem. — Vacanti ad praesens Archiepiscopatui Metropolitano Kiioviensi totiusque Russiae Ritus Graeco Uniti, una cum Archimandria Kijovo-Pieczarensi, per obitum Admodum Reverendi in Christo Patris Leonis Szeptycki, Metropolitanus totius Russiae, quantum in Me est, parem pietate erga Deum, ac consummata prudentia praestantem Metropolitanum substituere cupiendo, Admodum Reverendum in Christo Patrem Jasonem Junosza Smogorzewski, Archiepiscopum Polocensem, ad dictam Sedem Metropolitanam totius Russiae vacantem, utpote de Ecclesia, de Me, et Republica benemeritum, Sanctitati Vestrae nominandum esse duxi, prout de facto praesentibus pro jure Meo nomino; Supplicans flagrantissime Sacrarum pro eo Bullarum expeditionem. Quod pro modo Paternae erga omnes, praesertim erga Me, Regnumque Meum pietatis a Sanctitate Vestra reverenter expectans, Eidem felix ac diuturnum Orbis Christiani regimen Filiali devotione apprecor. Dabantur Varsaviae, die XXX Mensis Octobris, Anno Domini MDCCLXXX, Regni vero Mei XVII An.

Sanctitatis Vestrae obedientissimus Filius

Stanislaus Augustus, Rex Poloniae.

(*retro*) (*L.S. magni*). Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri Domino Pio Divina Providentia Papae eius Nominis VI. Sacro-Sanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo. Domino Clementissimo.

\* \* \*

Ego Jason Junosza Smogorzewski Archiepiscopus Polocensis etc. firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem Onnipotentem... Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi, Amen. Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem

Ecclesiae observationes, et constitutiones, firmissime admitto, et amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia... illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, et Magistram agnosco; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Caetera item omnia a Sacris Canonibus, oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Sacro Sancta Tridentina Synodo, tradita, definita, et declarata indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, et reiectas, et anathematizatas ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere, et confiteri, atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, et doceri, et praedicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem Jason Junosza Smogorzewski Archiepiscopus Polocensis spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Sei Evangelia.

Ego infrascriptus notum testatumque facio, qualiter vigore Literarum Ill.mi Excel.mi et Rev.mi D. Joannis Andreae Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Archiepiscopi Chalcedonensis, Apostolici per Poloniae Regnum Magnumque Ducatum Lithuaniae, cum facultatibus Legati de Latere Nuntii, die 9 mensis et anni praesentis Varsavia expeditarum, et hodierna die eiusdem mensis, in huius loci Parochiali ecclesia peracta a me Pontificaliter ad majus altare Sacra Lithurgia, per meum Rev.mum Officialem Jacobum Sawicki, coram populo ad Divina congregato, clara et distincta voce lectarum, Ill.mus Excel.mus et Rev.mus D. Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis, vacantis in Russiae Metropoli Administrator, nuper canonice in nostrum Metropolitanum electus, flexis ante idem princeps altare genibus, me Pontificio ritu ad cornu Evangelii sedente, praesentibus omnibus inferius subscriptis Electoribus, et Notario ad actum Electionis assumpto, Fidei Professionem, nec non fidelitatis et obedientiae juramentum, in manibus meis rite emisit, juxta hanc formulam, quam mea, Colectorum meorum, Notarii assumpti, nec non ipsius Ill.mi recens electi et jurati Metropolitanae manibus subscriptam, suprafato Excel.mo D. Nuntio Varsaviam fideliter et humillime transmitto. Dabantur in Siedlce oppido, hac die Dominica 1/12 mensis martii, Anno Domini 1780.

Simeon Mlocki, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis, Protothronius totius Russiae (mp).

Joachimus Daszkowicz Horbacki, Archimandrita Leszczensis, qua locum Ill.mi Rev.mi D. Episcopi Pinscensis et Turoviensis in electione Metropolitana tenens (mp).

Porphyrius Skarbek Wazynski, Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum Protoarchimandrita (mp).

Joannes Lewicki, Publicus S. Auctoritate Apostolica et Curiae Administratorialis Metropolitanae totius Russiae Notarius (mp).

\* \* \*

ASV, *Nuntiatura di Polonia*, vol. 70, fol. 37r-38r. Copia.

Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide, habitae die 29 Januarii 1781.

Cum per obitum R.P.D. Leonis Szeptycki vacet Metropolitana Ecclesia Kiovien. et Halicien. Ritus Graeci, quae invicem perpetuo unitae existunt, ne diutius Ecclesia huiusmodi proprio viduata Pastore remaneat, Sacra Congregatio, Referente R.P.D. Stephano Borgia Secretario, censuit proponendum SS.mo Domino Nostro pro eadem Metropolitana Ecclesia R.P.D. Jasonem Smogorzewski, Archiepiscopum Polocensem, et Mohiloviensem eiusdem ritus Graeci (pro cuius translatione ad praedictam Ecclesiam Metropolitanam supplicavit ipse Rex Poloniae), virum pietate, doctrina, prudentia, orthodoxae doctrinae zelo, caeterisque virtutibus apprime commendatum, ac pridem ab Episcopis eiusdem Ritus S. Romanae Ecclesiae unitis de more in Metropolitanam electum, prout ex instrumento ipsius electionis, ita tamen, ut vigore praedictae translationis vacans illico habeatur praedictus Archiepiscopatus Polocen. et Mohilovien., de alio Pastore, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habente providendus, iniunctoque eidem novo Metropolitanae onus constituendi, aedificandique, saltem intra quinquennium, pro se, suisque Successoribus Cathedralis templum, Metropolitanam aedem, ac Residentiam Radomysliae oppido Ukrainae Poloniae in Palatinatu Kioviensi, aut alio in loco praefatarum Dioecesis Kiovien. et Halicien., qui ipsi, consulto prius R.P.D. Nuntio Apostolico in Poloniae Regno, ipsarum necessitatibus videbitur opportunior, ac demum cum Decreto Concessionis Archimandritatus Kiovo-Peczaren, quo eius Praedecessor gaudebat, quique Metropolitanis pro tempore existentibus passim tribui consuevit.

Quae omnia per eundem R.P.D. S. Congregationis Secretarium SS.mo D.no N.ro Pio PP. VI relata, in Audientia habita die 4 mensis Februarii 1781, Sanctitas Sua benigne approbavit, et ad ulteriora in Concistorio procedi mandavit.

Datum Romae, ex aedibus dictae S. Congregationis, die 10 Februarii 1781.

\* \* \*

ASV, *Arch. Congr. Consist.: Acta Camerarii*, v. 39, fol. 159v-160;  
ASV, *Acta Miscell.*, v. 90, fol. n. n.

An. MDCCLXXXI. Kiovien. et Halicien. Unitorum.  
Romae. — In Palatio Apostolico Vaticano, feria II-a, die XXV junii 1781, fuit Consist. Secretum, in quo SS.mus Dominus Noster...

Sanctitate Sua proponente absolvit R. P. Jasonem Junosza Smogorzewski a vinculo, quo tenebatur Ecclesiarum Polocen. et Mohilovien. invicem uni-

tarum Ritus Graeci Rutheni S.R.E. uniti, et ad supplicationem Ser.mi Regis Poloniae transtulit ad Metropolitanas Ecclesias Kiovien. et Halicien. praefati Ritus, invicem perpetuo canonice unitas, vacantes per obitum bo.me. Leonis Ludovici Szeptycki, ultimi illarum Archiepiscopi, extra Romanam Curiam defuncti, ipsumque Jasonem Archiepiscopum a RR.PP. Archiepiscopis et Episcopis dicti Ritus in Metropolitanam de more electum fidemque professum, omniaque habentem, praedictis Ecclesiis Kiovien. et Halicien. invicem unitis in Archiepiscopum praefecit, et Pastorem, curam etc. committendo, eidemque concedendo in administrationem Archimandritatum Kiovo-Peczarensem, quo immediatus praedecessor, et alii Metropolitanae Antecessores eius gaudebant, et respective obtinere consueverunt cum onere, quod tam dictus Jason Archiepiscopus, quam eius successores Ecclesiam et Aedem Archiepiscopalem ac Residentiam Rothomiriae oppido Ucrainae Poloniae in Palatinatu Kioviensi, aut alio in loco praefatarum Kiovien. et Halicien. Dioecesium, qui ipsis, consulto prius R. P. Apostolico in Regno Poloniae Nuntio, iuxta concurrentes necessitates videbitur opportunior, intra saltem quinquennium constituere et aedificare omnino teneatur, iuxta Decretum Congregationis de Prop. Fide, et insuper cum Decreto, quod iuramentum fidelitatis praestare teneatur, quodque Metropolitanae Ecclesiae ac Domus Archiepiscopalis reparationi pro viribus incumbat, eius conscientiam desuper onerando. Absolvens etc. cum clausulis etc.

Kiovien. et Halicien. Unitorum.

Non tax. fructus m. 15 et ultra scuta monetae Romanae.

\* \* \*

*Bullam provisionis Ecclesiae Metropolitanae Kioviensis in persona Jasonis Junosza Smogorzewskyi* cfr. in Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia, vol. II, pag. 259, nr. 832 (sub dat. Romae, 23. VI. 1781), Romae 1954.





EPISTOLAE JASONIS JUNOSZA SMOGORZEVSKYJ  
METROPOLITAE KIOVIENSIS

1780 - 1788



**EPISTOLAE JASONIS JUNOSZA SMOGORZEVSKYJ, BASILIANI,  
ARCHIEPISCOPI POLOCENSIS, METROPOLITAE KIOVIENSIS  
1780 - 1788**

1.

*Polocia, 13 . 1 . 1757.*

*Relatio Jasonis Smogorzewskij de statu Archieparchiae Polocensis et Archie-  
mandriae Onuphriensis et Pustynensis.*

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, vol. 8, fol: 352-357,

Super Archiepiscopatu Smolenscensi, superque Honuphriensi ac Pustynensi Archimandriis P. Jason Smogorzewski informat Illm. et Rev. mum Dominum Nicolaum Lercari, Archiepiscopum Rhodien., S. Congregationis de Propaganda Fide Secretarium, anno 1757, die 13 Januarij.

Inita, sub felicissimis Clementis VIII auspiciis unione Romanam inter Ruthenamque Ecclesiam, eam scilicet, quae Poloniae, magnique Lithuaniae Ducatus finibus concluditur, (*Anno 1595*), concessoque ab Apostolica Sede Kioviensi Metropolitae Indulto consecrandi, instituendique Episcopos ad vacantes Russiae Ecclesias, nihil antiquius fuit Metropolitae Hipatio Poccei, ac Successoribus, quam commendatas sibi Ecclesias, ac Dioceses pro viribus tueri, atque conservare. Hoc autem ut assequeretur, mirum omnino est ac ferme incredibile, quos labores Rutheni Uniti susceperint, quot subiverint pericula, quot perturbationes, et damna ab irruentibus omni ex parte Cosacis, ac Moschis sint perpassi. Aegre enim ferentes barbarae gentes illae latinaeque Ecclesiae satis infensae, Unionem Sactam propagari, ab ipsis fere illius incunabulis (1610), Urbem Smolenscum, totumque (f. 352v) ejusdem nominis Principatum occuparunt. Sed cum, fugato Shinio<sup>1</sup> Moschorum duce, Urbem illam Sigismundus III, Rex Poloniae recuperasset, Unitis tradidit (1625) in praemium sanguinis paulo ante sparsi a Beato Josaphato, Polocensi Antistite.

Joseph Velaminus Rutski Metropolitae, quem Fidei Columnam, Russiaeque Athanasium Urbanus VIII solebat appellare, Smolenscensi Ecclesiae praefecit Leonem Kreuzam,<sup>2</sup> Abbatem Vilmensem, qui Cobrinensi Sinodo subscripsit (1626). Illo autem laboribus pastoralibus fracto, ac denique vita functo,

---

<sup>1</sup> Verosimiliter agitur de duce Basilio Szujski, qui hisce temporibus ad thronum Moscoviae praetendebat. Dein a Rege Sigismundo victus et in captivitatem ductus fuit.

<sup>2</sup> Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolenscensis, ann. 1625 - 1639.

Andream Sloti Kwasinski,<sup>3</sup> Archiepiscopum Smolenscensem consecravit, qui eo studio, zelo, ac vigilantia rem Catholicam ivi decessoris vestigia sequutus promovit, ut in sexcentis Parochiis, quibus dioecesis illa conflabatur, nec unus quidem reperiretur schismaticus, teste Iacobo Susza, in Relatione quam de rebus Ruthenorum inscripsit S. Congregationi de Propaganda Fide.<sup>4</sup> Meletio quoque Smotrzieki, Hieropolitano Archiepiscopo,<sup>5</sup> qui ex pertinaci Schismaticorum assecla fortissimus Unionis Sanctae evaserat Propugnator, Dermanense (f. 353) commisit Monasterium, ut nempe is haberet, unde, carens Dioecesi, vivere posset.

Exarsit hinc vividior Schismaticorum ira, totque ac tam periculosis bellis Polonam Rempubicam perturbavit, ut urgentibus suas, suique Schismatis res Cosaccis Vladislaus IV, Rex, integras Kioviensem, Premisliensem, Luceoriensem, ac Mohiloviensem Dioeceses Schismaticis adactus sit asserere, quarentibus tamen in faciem Reipublicae Ruthenis Catholicis, ipsoque Sedis Apostolicae Nuntio (1633).

His non contenti rebus Cosacci Moschorum arma adversus Unitos concitarunt, qui occupata, Schinio duce,<sup>6</sup> majori Smolenscensis Principatus parte, Urbem ipsam Smolenscum aggressi sunt. Sed fugati a Polonorum exercitu optimam eidem Regi praebuerunt occasionem agnoscendi vindicem Dei manum ob iniurias Sanctae Unioni illatas. Itaque, abrogatis Privilegiis, quae is summo Unitorum detrimento duos ante annos Schismaticis concesserat, laudatas Ecclesias, caeteraque Bona omnia, et jura Catholicis Ruthenis restituenda decrevit (f. 353v). Secundis tamen rebus parum gavisus sunt Uniti; Velamino enim e vivis erepto (1637), Petrus Mohyla,<sup>7</sup> qui se Metropolitanam Russiae effingebat, Kioviensem Dioecesim iterum occupavit; ac deinde Joannes Casimirus,

<sup>3</sup> Andreas Zloty-Kvasninskyj, Archiep. Smolenscensis (1640 - 1654); nominatus fuit non iam ab Iosepho Velamin Rutskyj (1613 - 1637), sed ab eius successore - Raphaelo Korsak (1637 - 1640).

<sup>4</sup> Relatio haec habuit titulum: « De laboribus Unitorum, promotione, propagatione et protectione Divina Unionis ab initio eius usque ad haec tempora » (scil. an. 1664); cfr. in APF, *Scritture riferite nei Congressi*, vol. I, fol. 86-111, ed. in M. HARASIEWICZ., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 298-349.

<sup>5</sup> Meletius Smotryckyj, anti-Archiepiscopus Polocensis (1620-1631), dein Archiep. tit. Hieropolitanus (ab an. 1631). Famosus polemista anticatholicus et dein etiam catholicus (inde ab anno 1628). Cfr. de eius opere quaedam in S. S. SABOL, OSBM, *De Meletio Smotryckyj - Polemista anticatholico*, Romae 1951. Obiit an. 1633. Cfr. etiam de eius vita et morte opus J. SUSZA, *Paulus et Saulus Ruthenae Unionis sanguine Beati Josaphat transformatus sive Meletius Smoriscius Archiepiscopus Hieropolitanus, Archimandrita Dermanensis Ord. S. Basilii M.*, Romae 1666; alia ed. a J. Martinov, Bruxellis 1884.

<sup>6</sup> Cfr. notam I; forsitan agitur de bello polono-moscovitico ann. 1633 - 1634, quod in pace s. d. Deulinensi finem habuit.

<sup>7</sup> Petrus Mohyla fuit Metropolitanus Kioviensis non unitus inde ab an. 1633; vir famosus, qui etiam sub finem vitae inclinabat ad quamdam concordiam ineundam cum Sede Romana, Cfr. « *Analecta OSBM* », vol. IV, pag. 484-497 (in lingua ucraina); « *Un progetto anonimo di Pietro*

qui Vladislao Regi successerat, Luceoriensi, ac Premisliensi, nec non Pincensi Cathedris Schismaticorum gubernio restitutis (1650), partem quamque Polocensis Dioecesis, Mohiloviam scilicet, una cum Proventuum medietate, novo cuidam ejusdem furfuris tradidit Episcopo, qui eam ad hanc usque diem sibi usurpat. Subinde autem idem Rex, exemplo Praedecessoris, in se reversus, praedictas Ecclesias Unitis restituit, confirmavitque celeberrimum illud Vladislaj IV Diploma, quo Uniti universos Schismaticorum conatus ad haec usque tempora feliciter reprimere solent (1652).

Cum autem Alexius Michalovicz, Moschorum Princeps,<sup>8</sup> a Cosaccis suscitatus, coacto adversus Rempublicam Polonam ingenti exercitu, Smolenscum occupasset, Vilnamque Lithuaniae Metropolitim ferro, igneque devastasset (1655), Casimirus Rex, sedatis Cosaccis, et pace cum illis (f. 354) ad Hadziak inita (1658), non alia conditione, quam ut Catholicorum Ruthenorum Bona universa, ac praesertim Ecclesiae iterum Schismaticis traderentur, animum ad profigandos Alexij Copias intendit (1659). Certatum proinde est summa contentione ad Conotopam;<sup>9</sup> et quamvis, protracto bello ad duos annos, fuerit a Rege Vilna expugnata, non tamen Smolenscum e potestate Moschorum subtrahi valuit, quibus tandem anno 1686 cessit, consentiente publicis tabulis Joanne III, Poloniarum Rege.

Catholici itaque Metropolitae cum id praecipue a Cosaccis, ipsisque Moschis quaeri animadverterint, ut Rutheni Uniti sine Ecclesiis, et sine Pastoribus essent, hoc apprime curarunt, ut iis in dioecesibus, quae a Schismaticis detinebantur, catholicus semper esset Episcopus, ea potissimum ducti ratione ut si qui iis in locis Catholici degebant ab eo regerentur, jure autem ad easdem Dioeceses sibi competente minime destituerentur.

Igitur, praeter Leonem Kreuzam, Abbatem Vilnensem, quem a Josepho Velamino Metropolita Smolenscensi Catedrae (f. 354) praefectum fuisse retulimus, Raphael Corsak, Metropolitae, Procopium Chmielovski,<sup>10</sup> Abbatem Dubnensem, anno 1639 instituit Episcopum Premisliensem. Catholicis quoque Episcopis, qui Luceoriensem Cathedram administrarunt, Zidiczinensem Archimandriam fuisse commendatam quam plurimis documentis comprobatur.

Andreas Zloti, qui expugnata a Moschis Urbe Smolenscensi coactus est anno 1655 cedere, Vilnensi Monasterio gavisus fuit, ac deinde ab Antonio Sielawa, Metropolita, ad Pincensem Infulam translatus extitit.<sup>11</sup>

*Mohyla sull'Unione delle Chiese nell'anno 1645*», in «*Mélanges Eugène Tisserant*», vol. III, in «*Studi e Testi*», Città del Vaticano 1964. Obiit an. 1647, in ianuario.

<sup>8</sup> Alexius Romanov, Czar Moscoviae ann. 1645-1676.

<sup>9</sup> Clades moschorum ad Konotop a cosacis illata, sub duce Joanne Vyhovskyj (1657-1659).

<sup>10</sup> Procopius Chmelovskyj fuit episcopus Peremysliensis ann. 1652-64.

<sup>11</sup> Antonius Sielava, Metropolitae Kioviensis (1640-1655); translatio haec locum habuit an. 1654, cum Kwasninskyj iam an. 1654 notatur ut Episcopus Pincensis. Obiit an. 1664.

Porro Gabriel Colenda, Russiae Metropolita, Michaellem Paszkovski<sup>12</sup> Smolenscensi praefecit Ecclesiae, eique Abbatiam Lauriszoviensem de Regii Patronatus assensu gubernandam demandavit (1671).

Vindicata postmodum e Moschorum potestate Honuphriense et Pustinense Monasteria, Patronatui Regio subjecta, in Smolenscensium Archiepiscoporum cesserunt alimenta.

Eadem itaque Leo Zalenski, Metropolita,<sup>13</sup> tradidit (1697) Josaphato Huroroviez, Archiepiscopo Smolenscensi, quem in Archiepiscopatu, iisdemque Monasteriis excepit Gedeon Szumlanski retenta Abbatia Minscensi (1708); Gedeonem vero Michael Grotuz Tarnauski, auctoritate Georgii Vinnicki, Metropolitae (1711).

Successit Michaeli in Archiepiscopatu, et in Abbatii iisdem Laurentius Sokolinski (1712).

Adversus religiosissimum hunc Antistitem nonnulla tentavit Maximilianus Vietrzinski, Protoarchimandrita,<sup>14</sup> desiderio succensus usurpandi Honuphriense, et Pustinense Monasteria (1718); ille profecto Maximilianus, qui cum a Metropolita Leone Kiszka, ipsis accusantibus Monachis, ac iudicium flagitantibus, enormissimorum criminum fuisset argutus (1019), direptis quam plurium Monasteriorum pecuniis, et Archivis depopulatis, ad Lutheranos, maxima caetus Monastici, ipsiusque Unionis Sanctae ignominia, aufugit, postquam a Sede Apostolica, contra sententiam Metropolitae, obtinisset ad officium Protoarchimandritale restitui (1720).

Restitit audaci conatui Leo Metropolita, qui sua auctoritate Laurentium Archiepiscopum defendit; et ad S. Congregationem de (f. 355v) Propaganda Fide hisce de rebus scribens: « *Monasteria Pustinense et Honuphriense, inquit, sunt antiquissime Archimandritalia, Patronatui Regio omnino subjecta, quem invertere meam omnino excedit potestatem. Monasteria vero haec ab immemorabili tempore tenebant Archiepiscopi Smolenscenses, eo quod Smolenscum teneatur, et teneatur a Moschis* ».

Laurentio Sokolinski successit (1736) in Archiepiscopatu, et Monasteriis Honuphriensi et Pustinensi, Antoninus Tomillowicz, Protoarchimandrita,<sup>15</sup> ab Athanasio Szeptyski, Metropolitano, consecratus, ac institutus. Facto autem sucessioni loco, primum P. Jason Smogorzewski a Regia Maiestate nominatus fuit ad eundem Archiepiscopatum, et Abbatias, qui cum sponte sua recessisset a dicta Regia Nominatione, ad eandem dignitatem, et ad easdem Abbatias nominatus extitit P. Policarpus Mihuniewicz (1749), Protoarchimandrita, cuius autem sub inde sequuto obitu, Caesarius Stebnouski, olim

<sup>12</sup> Michael Paszkovskyj notatur ut Archiep. Smolenscensis inde ab an. 1666 ad annum 1670.

<sup>13</sup> Leo Slubicz-Zalenskyj, Metropolita (1694-1708).

<sup>14</sup> An. 1717-1719, 1723-1724.

<sup>15</sup> Antonius Tomylovycz-Lebeckyj, Protoarchimandrita Basilianorum 1730-1736, dein Archiepiscopus Smolenscensis (1736 - 1745). Obiit die 23 aprilis 1745.

Collegii Urbani Alumnus (1756), deinde Ordinis sui Primus Consultor ac postea Honuphriensis Abbas, ex Regia Nominatione, in Archiepiscopum Smolenscensem a hodierno Metropolita consecratus (f. 356) ac institutus fuit, et Proventibus Monasterii praelaudati sustentatur.

Facile itaque ex his conici potest eam semper fuisse apud Ruthenos Unitos consuetudinem, ut in iis, quae a Schismaticis occupabantur, Dioecibus Catholicis constitueretur Antistes, ad S. Unionis jura conservanda, hujusmodi autem Episcopis pro congrua ipsorum sustentatione aliquas fuisse attributas Abbantias; et hanc consuetudinem, fere a primordiis initae Romanam Ecclesiam inter Ruthenamque Gentem unionis, servatam fuisse in Smolenscensi Episcopatu; et optimo quidem jure, cum Tractatus omnes, quibus Smolenscum Moschis traditum est, nunquam a Polonorum Republica confirmati fuerint; nec fas sit Unitis suo, contra Reipublicae mentem, iuri cedere. Constat etiam Smolenscensi Antistiti hucusque fuisse tributa Honuphriense ac Pustinense Monasteria.

Id vero a Zamosciana etiam Synodo (f. 356v), praesentibus Nuncio Apostolico, Episcopis omnibus, Abbatibus, ipsoque Congregationis Monasticae Protoarchimandrita, synodali Decreto firmatum legimus. Titulo siquidem VI, de Episcopis, qua necessaria, pag. 94, sancitum fuit: « *In solemnitatibus autem festis, ac potissisime majori Hebdomada penes Ecclesiam Cathedralem maneat, ut functiones Ecclesiasticas obeant, praeter Archiepiscopum Smolenscensem, cui, cum non possit apud suam Cathedralem a Schismaticis occupatam, munia Episcopalia explere, liceat id praestare in Monasterio Pustinensi, tamquam ipsi Cathedrali viciniori* ». Atque hic quidem animadvertendum videtur, ea potissimum de causa Pustinense Monasterium Praesuli Smolenscensi simulque Honuphriensi et Pustinensi Abbati ad Pontificalia munia obeunda designari, quod Smolenscum a Schismaticis teneatur, Honuphriense vero Monasterium in agro positum leuca ab Urbe Mscislaviensi distetque ad Polocensem pertinet Antistitem; Pustinensis autem Abbatia in ipsa Mscislaviae Urbe sita, magna Catholici Populi frequentia celebratur (f. 357), Schismaticis ejusdem loci aut irrito frementibus, aut sponte ad veram fidem redeuntibus.

Haec pro temporis angustia, procul a Patria, et ab Archivis, ac libris fere omnibus destitutus, unde clariora profecto eruerentur documenta, solo tamen animo obsequendi mandatis Ill.mi et R.mi Domini S. Congregationis de Propaganda Fide Secretarii, proferre valet P. Jason. Fas tamen ipsi sit hoc unicum efflagitare, ne, infelicissimis hisce temporibus, quibus Rutheni uniti a Schismaticis Ecclesias diripientibus opprimuntur, a latinis autem Ecclesiasticis in sui observantia Ritus perturbantur, ac denique domesticis contentionibus scinduntur, iis priventur iuribus, ac privilegiis, quae propriis laboribus, ipsoque pene sanguine sunt consequuti; easque liceat servare consuetudines, quas a Patribus suis acceptas maximo Unionis Sanctae beneficio tenuerunt.

(f. 357v) È stata consegnata copia di questo scritto al P. Basilio li 20 Genaro per trasmetterlo al P. Proto Archimandrita. 13 Gennajo 1757.



## 2.

Strunie, 23 . VII . 1762.

*Refert de morte Metropolitanae Kioviensis et Archiepiscopi Polocensis - Floriani Hrebnyckyj.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 89, fol. 93.

Eccellenza Reverendissima

Monsig. Hrebnicki, Metropolitanano, munito de SS. Sagramenti, alli 18. cad., verso le 8 ore di sera cangiò questa vita in eterna. In quali circostanze io mi ritrovi a motivo di cotale morte, si compiaccia Vostra Eccellenza di permettermi, che io glele esponga per mezzo di questo Signore Pietro Jastrzemski, a cui oggi ne scrivo diffusamente e la supplico di proteggere la giustitia delle mie brame a buon fine, come anche di persuadersi dell'infinita venerazione con cui irrevocabilmente sono

Di Vostra Eccellenza Rev.ma devotissimo, obbligatissimo ed umilissimo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv. di Polock

Strunie, 23 Luglio 1762.

## 3.

Polocia, 23 . VII . 1762.

*Omnes fructus beneficiorum vacantium aliorumque inscribit Seminario eparchiali Polocensi erigendo.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 305rv.

Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, die vigesima tertia Iulii, in Strunie.

Illustrissimus et Reverendissimus Iason Iunosza Smogorzewski, Dei et Sacrae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Polocensis, Vitebscensis, Mscislaviensis, Orsensis, et Mohyloviensis Episcopus, proprio motu, pensatisque rationibus infra expressis, nec non omni suadente iustitia, sedens pro Tribunali, tale, prout sequitur, tulit Decretum: — Cum nemo de facili sit, qui non vere indoleat miseris harum partium incolis, praecipue eorundem conspiciens inde vel maxime periclitari salutem, quod prorsus careant viris, qui pro necessitate et sufficientia ipsos in rectae fidei morumque dogmatibus instituere sciant; Cumque praeterea universis fiat sole clarius, Fidelium salutem non multum posse juvari ejusmodi sacerdotum cura, qui in divinis humanisque Litteris ipsimet indigent Magistro, hinc est, quod Illustrissimus et Reverendissimus Dominus sub die Veneris decima nona currentis Iulii solemniter decrevit, ut omnes fructus, qui ex consuetis ad Ecclesias vacantes aut Vicario indigentes Installationibus Curiae vel Consistorio suo provenire solent, in erigendo intra hanc Dioecesim Seminarii Beneficium colligerentur, atque converterentur. Ne autem palpabili supra mentionatorum proventuum tenuitate desideratissima Seminarii erectio plus aequo (f.305v) retardetur, Illustrissimus et R. mus D. nus eas

omnes etiam obventiones, quae aut ex semestri vacantium Beneficiorum administratione ad Curiam Consistoriumque suum confluere advertuntur, aut ex paenis criminalibus, quae diversorum locorum piorum commodis cedere consueverunt, praefato Seminario, utinam quam primum hic erigendo, applicanda esse censuit, veluti praesentis Decreti vigore, sicque applicatas manu sui Notarii hocce in libro fideliter adnotari, debita Auditoris pariter sui cura et vigilantia exigi, colligi, et conservari, de Virorum autem ad id a se deputandorum consilio in fructum tuto locari, totiusque Percepti et Expensi rationem coram semetipso singulis annis exhiberi mandat. Super quibus omnibus et singulis praemissis tanquam rite, recte, et legitime factis statutis, ac decretis, Auctoritatem suam interponendam duxit, prout interposuit.

## 4.

*Strunie, 20 . IX . 1762.*

*De negotio eparchiae Mohiloviensis, ne provideatur de Episcopo non Unito in praeiudicium iurium Archiepiscoporum Polocensium. Status facti et iuris.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 141, foll. 53rv-54rv.

Eccellenza Reverendissima.<sup>16</sup>

In questo momento ricevo, secondo l'annessa copia, lettere di Mohilovia, colle quali mi si porge notizia della seguita già partenza non solo di quel scismatico Vescovo per Pietroburgo senza ritorno, ma eziandio del P. Ilnicki, Scismatico, Egumeno di Mscislavia per codesta Regia,<sup>17</sup> ambizioso ed impegnatissimo a farsi dal Clem.o mio Re nominare al Vescovado Mohilow. Mancaria certamente alla fedeltà, che giustamente professo alla S. Sede, anzi tradirìa la Religione Catolica stessa, quell'ora di ambedue riferite circostanze differissi punto d'informare V.E.R. Quindi è, che a buon fine mi faccio ardito di pregarla ardentissimamente che con ogni calore ed efficacia si compiaccia Ella di subito prevenire la Maestà Reggia, e codesto supremo Ministro per conseguire acciò venga trattenuta la spedizione della pretesa Nomina fino a tanto, che io possa coordinare, ed avanti che mi sarà dalla Corte deputato dedurre le prove contro gli scismatici, meri usurpatori della Chiesa Mohiloviense, come quella, che con ogni giusta ragione deve spettare al mio Arcivescovado. Simile passo feci nell'Anno 1754, all'immediato Predecessore di V.E.R. da Roma,<sup>18</sup> ove ottenni ancora, dalla S. M. di Benedetto PP. XIV si fossero spediti, conforme V.E.R. rileverà dall'annesso foglio, urgentissimi Brevi, quantunque dipoi non abbiano essi avuta la sorte d'incontrare (f. 53v) alcun buon

<sup>16</sup> Nuntio Apostolico, Antonio Eugenio Visconti (1760-1766).

<sup>17</sup> Varsaviam.

<sup>18</sup> Nicolaus Serra, Nuntius Varsaviensis (1754-1760). Smogorzewskyj ann. circiter 1752-1758 Romae commorabatur in negotiis Metropoliæ et Archiepiscopatus Polocensis. Ibi etiam consecratus fuit in Episcopum an. 1758, et nominatus Coadiutor Polocensis cum iure successionis.

esito, e ciò sul pretesto della quasi ritardata consegna de' medesimi. La presente con un'espresso sino a Vilna spedisco, per potervi raggiungere quella Posta, e per fare ancora sì, che V.E.R. vagli non solo prevenire l'istanza dell'ambiente Monaco Scismatico, ma altresì chiudere alle similitudini del surriferito mendicato pretesto. Non istimo di potermi dispensare dall'obbligo, che precisamente mi resta per supplicare l'E.V.R. affine si compiaccia Ella di tutto ciò avvertire subito la Santa Sede, alla quale anche io coll'ordinario venturo avvanzerò le mie rispettive premure per la celere spedizione de' Brevi Pontificij sopra la necessità di sospendere la spedizione della Nomina ricercata dai scismatici, e di concedermi il tempo giusto, in cui possa io allestire e dedurre li fondamenti che meritamente assistono al mio Arcivescovado, contro qualunque scismatico usurpatore della Chiesa e della Diocesi Mohiloviense. Per tale quale barlume della giustizia del mio pensare, umiglio a V.E.R. il Decreto del Re Sigismondo III, e debbo avvisarla ancora che il Diploma della mia Coadjutoria nell'anno 1752 siccome non conteneva in se l'enunziativa di *Mohilovien.*, fù da me alla Corte rimandato, e da questa poi, deventosamente aggiustato, conf.e V.E.R. potrà sincerizarsi dall'odierno Monsignor Gran Cancelliere della Corona. Supplico per fine V.E.R. di un benigno compatimento per l'ardire, che nelle presenti circostanze mi sono avanzato di prendere, e con umilissim'ossequio me le rassegnò.

Strunie, 20 Settembre 1762.

Di V. E. R. devot.mo obligat.o ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Archiv.o di Polock

S. E. R. Monsignor Nunzio, Varsavia.

## 5.

*Polocia, 25. IX. 1762.*

*Commendat negotium eparchiae Mohiloviensis, ut posset eam vindicare a non Unitis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 121rv.

Ill.me et Rev.me Domine, Patrone Col.me.

Ardentissimus Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae erga Catholicam Religionem zelus optime me sperare jubet, quod in urgentissimo eiusdem negotio strenuam sit novatura operam. Quare supervacaneum duco, ut illud etiam atque etiam commendem, quod profecto diligentissime praestare curarem, nisi satis explorata in similibus Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae promptitudo me de efficacissima eiusdem cooperatione redderet certiolem. Cognoscet Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra ex iisdem annexis literis, rem nullam pati moram, idcirco pro sua vigilantissima Ecclesiae Catholicae cura efficere studebit, ut possibili celeritate suum sortiatur effectum. Quod dum humiliter exposco (f. 121v) me constantissimo favori suo plurimum commendatum esse cupio, et reverentissimo cultu permaneo

Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae

devotissimus, obligatissimus et humilissimus Servitor  
JASON SMOGORZEWSKI, Archiepiscopus *Polocensis* (*mpr*).

## 6.

Polocia, 25 . IX . 1762.

*De vindicatione eparchiae Mohyloviensis.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, vol. 9, fol. 120rv.

Eminentissime et R.me Domine, Patrone Col.me.

Cum nuper Ill.mus et Rev.mus Florianus Metropolitae totius Russiae et Archiepiscopus Polocensis uberem laborum suorum mercedem relaturus mediis praeterlapsi mensis Julii ad Dominum migraverit, mihi que Ecclesiae huius gubernandae onus reliquerit, opportuna statim sese obtulit occasio Pastoralis exercendae diligentiae in augendo Ecclesiae Catholicae bono; quanquam, pensatis satis modicis viribus meis, conscius tenuitatis meae magnopere doleam, quod non aliis, qui gloriosius eam perficere possent, haec Provincia demandata sit. Rem paucis Eminentiae Vestrae exponam: Mohiloviensis Episcopus schismaticus in Moschoviae ditionem se transtulit ad Mohiloviensem, ut fertur, non rediturus Ecclesiam, quam jura omnia jurisdictioni Archiepiscoporum Polocensium obnoxiam faciunt. Quare mei muneris esse ratus eandem a schismaticis omni possibili conatu vindicare, similes hodie facio passus, quales aliquot ante annos, (f. 120v) in Urbe commorans, conscia et juvante E. V., licet si infructuose feceram apud s. memoriae Benedictum XIV, quos in praesentiarum quoque, ut Eminentiae Vestrae pro singulari sua in me et universam Ecclesiam Ruthenam benevolentia protegere dignetur, supplex exposco. Ut vero E. V. plenius causam hanc, quam enixissime commendo, cognoscere valeat, adjungo praesentibus exemplum Literarum, quibus ad S.mum Dominum Nostrum feliciter regnantem accedo, Meque nunquam non memorem beneficiorum Eminentiae Vestrae, eidem semper devotissimum fore profiteor.

Eminentiae Vestrae devot.mus, obseq.mus et humillimus Servitor

JASON SMOGORZEWSKI, Archiepiscopus Polocensis (mp).

Polociae, 25 Sept. 1762.

## 7.

Polocia, 25 . IX . 1762.

*Nuntio Varsaviensi ut promoveat negotium eparchiae Mohyloviensis.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol 141, f. 55.

(A margine: 1762. Archivescovo di Polock manda un Piego alla Congregazione di Propaganda Fide, concernente l'affare di Mohilow:)

Eccellenza Reverendissima.

In sequela dell'ultima mia, avanzo alla S. Sede le mie suppliche qui compiegate, le quali V.ra Eccellenza si compiaccia, come la prego, d'assicurare nel suo piego, acciò o per malizia di qualcuno non si smarrischino, o per la pigrizia del mio in Roma agente non si diferiscino, cose tutte non impossibili che nuocerebbero di molto l'affare della Chiesa di Mohilovia. Mi perdoni

Ecc.za V.ra il presente ardire mio, che dalla vera necessità unicamente proviene, e si persuada dell'infinita venerazione con cui fermamente sono

Di V.ra Eccl.za devot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock

Polock, 25 Sett.e 1762.

S. E. Monsignor Nunzio, Varsavia.

## 8.

Polocia, 9 . X . 1762.

*De hereditate Hrebnyckiana et de lite cum familiaribus eius.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 141, fol. 57rv.

Eccellenza Reverendissima.

In quest'Ordinario scrivo all'Em. o Signor Conte Mniszecz, Maresciallo della Corte, esprimendogli sinceramente quanto dalli Sig.ri Hrebnicki soffre in oggi e la mia Chiesa a motivo del Deposito, che per la morte del mio Predecessore spetta alla medesima e la mia onestà troppo ferita sul falso pretesto, quasi che non fossi io pronto a restituire a loro spettante parte doppo che sarebbero queste ben divise e coordinate. Imploro dunque la protezione di V.ra Eccl.za R.ma, acciò si degni di avvalorare presso il sud.o Ministro le mie suppliche, per mezzo delle quali desidero, che voglia Egli vivamente raccomandare al Gran Tribunale di codesto Ducato: 1°. Che ne' principij del mio Pastorato e nelle durissime circostanze della mia presente povertà, staggione, e la marcia attuale de' Moscoviti, non sia io forzato per correre a Novogrodek, ove dovrei molti mesi aspettare quel fatale momento, in cui piacerebbe alla Parte contraria di far proporre la causa pretestuosa. 2°. Che sia levato io dalla lista degl'Incarcerati, ne sia forzato sub nexu juramenti ad comportationem documentorum. 3°. Che la parte colunnante si vergogni, giacche fù essa da me assicurata sopra le sue parti. 4°. Finalmente che si lasci al Tribunal Ecclesiastico la Causa sopra il deposito e sopra gli spoglj del (f. 57v) d'un Prelato Regolare. Tanto mi occorre per ora di supplicare l'Eccellenza Vostra, e baciandole riverentemente le mani, resto per sempre con profondissima venerazione.

Di V.ra Eccl.za R.ma divot.mo obligat.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock

Polock 9. Ott.re 1762

## 9.

Strunie, 23 . X . 1762.

*Conqueritur de amissione bonorum mensae archieparchialis in lite cum PP. Societatis Jesu per decennia agitata, difficultatesque insinuat.*

ASV, Nunz. di Varsavia, vol. 141, ff. 56, 54.

Eccellenza Rev.ma.

Debbo ben distintamente rallegrarmi colla Com.a di Gesù, per essergli riuscito, doppo quarantaquattro anni di continuo, sopra la Donazione famosa Battoreana,<sup>19</sup> litigio, di finalmente spuntare l'oracolo Pontificio confermatario della medesima, e ciò ad onta di tutte le più chiare ragioni, che abbondantemente assistono alla mia dilaniata Chiesa, e quindi alla stessa S. Unione. Inquanto a me, prontamente ubbidirò a qualunque ordine di N.o Sig.re compiangendo soltanto e l'estrema infelicità degl'Uniti, e soverchio avvantaggio degli Scismatici, a' quali ormai dalli Tribunali di Roma s'attribuise tutto ciò si leva alli primi, e si chiude quella bella strada, che portavali al grembo della S. Chiesa, conforme in diverse volte fu' dal mio Predecessore<sup>20</sup> validamente rappresentato alla S. Sede. Non tocca più a me di riflettere, quanto danno possa risultare alla Fede Catolica, ed alla dignità Pontificia dall'annesso Manifesto (A.) degli scismatici di Mohilovia. Supplico per altro l'Eccl.za V.ra di benignamente permettermi la lettura di cotale ignotami conferma, e caldamente prego l'Altissimo della singolar misericordia, che gli Scismatici non si confermino maggiormente nelli loro errori, e nel volere di rivendicare li Beni controversi, godendo nella Catolica Republica di quei medesimi diritti de' quali in ora (oh Dio!) si privano gl'Uniti in pena dell'antico scisma de' proprii Antecessori, che peraltro (f. 54) spontaneamente si assoggettarono alla S. Sede, e furono da questa ricevuti con ogni dimostrazione di stima, clemenza, amore, e favore, nè si credevano mai di giungere ad uno stato sì deplorabile, in cui dovesse loro nuocere l'antico scisma, in faccia degl'attuali scismatici, a' quali è lecito in questi Dominij di rivendicare le loro antiche proprietà.

Colla morte del mio Predecessore non più vive in me quell'impegno e quell'obbligo, con cui sempre ho procurato di sostenere la giustizia de' diritti Metropolitici. In oggi però, giacche non tengo più le mani in quella pasta, nè ho veruna cosa di commune con Monsignor Metropolitano vivente, temo d'ingerirmi nella formale difesa de' diritti, che possongli competere sopra l'amministrazione delle Vacanze Rutene. Nulladimeno per ubbidire ai comandi di V.E.R. le umilio l'annessa (B.) Copia del Regio Diploma, confermato anche dal Regnante mio Sovrano, dalla quale, in occasione delle carte qui confuse, potrà porgersi a V.E.R. non piccolo barlume, sopra il gius metropolitico d'amministrare le Vacanze Rutene in questi Dominij, costantemente continuato fino all'Anno 1755, in cui per la prima volta fù egli messo in questione fino ad ora indecisa. Circa poi agli spogli delle Badie, e singolarmente à quelli Ve-

---

<sup>19</sup> Agitur de Stephano Bathory, Rege Poloniae (1575-1586), qui, devictis moschis, bona quaedam dedit in hac regione pro dote Seminarii Vilmensis et Polocensis, quae Seminaria erant in directione PP. Soc Jesu De hisce bonis Florianus Hrebnyckyj litem apud Sedem apostolicam inde fere a temporibus Synodi Zamostianae intentavit (1720), quam tamen usque ad suam mortem (1762) vix terminare valuit.

<sup>20</sup> Florianus Hrebnyckyj (1720-1762).



scovili di Onufrey, voglia Iddio, possano almeno in avvenire preservarsi dalle solite (f. 54v) rapine, colle quali al presente si sciala e si avvanza. Quanto a me, altro non desidero, a riserva, che mi si reistituiscino da Onufrey le Carte e li denari spettanti al mio Predecessore, su di che preventivamente imploro la protezione di V.E.R. a cui bacciando le mani pienamente esibisco tutta la mia ubbidienza, e con infinita venerazione sono

Di V.E.R. divot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (mp)

Strunie, 23 Ottobre 1762.

(A fol. 56v, *marginè*: 1762 Arcivescovo di Polock prega Monsig.re ad'opporci per la nomina di un nuovo Vescovo Scismatico di Mohilow, che si suppone volersi dare dalla Corte)

## 10.

(Polocia) 1762.

*De haereditate Hrebnyckiana et de lite cum haeredibus eius.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, fol. 58.

De successione Metr. Defuncti.

Iason Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis, instituit actionem in Consistorio Generali Vilnensi Ritus Latini cum DD. Hrebnickij defuncti Metropolitanus et Archiepiscopi Polocensis Nepotibus ex fratre, pro restitutione variarum rerum per memoratum Archiepiscopum Polocensem defunctum apud dictos ejus nepotes depositarum. Subinde praedicti DD. Hrebniciej nominatum modernum Archiepiscopum Polocensem in ejus persona evocarunt et citarunt ad Forum Saeculare Tribunalis Supremi Magni Ducatus Lithuaniae pro extraditione et comparatione, sub nexu Juramenti, documentorum, obligationum ac variarum rerum per defunctum Archiepiscopum Hrebnicki derelictarum. Nominem moderni Archiepiscopi Polocensis, superius nominati, reverentur supplicatur Excell.mo D.no Nuntio Ap.lico implorando ejus validam protectionem, ut dignaretur interponere suam Authoritatem apud Excell.mos DD. Ministros Aulae Magnae, ut darentur nomine Regiae Majestatis opportunae litterae ad Iudices Supremi Tribunalis, ne causam personalem contra Archiepiscopum Polocensem ad suum Tribunali pertrahere et introducere permittant, sed eandem ad Forum Spirituale, ubi iam incepta est, remittant.

## 11.

*Polocia-Varsavia, 1762-1763.*

*Informatio de statu negotii eparchiae Mohyloviensis, adlaborante vel cum scitu Smogorzewskij scripta.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 31, foll. 256-263.

Memorie spettanti alle controversie fra Mr. Arciv. di Polosko e il Vescovo Scismatico di Mohilovia.

La massima parte sta già riunita insieme in un volume, che procurai di acquistare per l'Archivio della Nunziatura nel 1773.

(f. 257r.) Gli Arcivescovi Ruteni Cattolici di Polosko hanno posseduto, e governato sino all'anno 1698 il Vescovado di Moilovia in virtù dell'unione, che nè fù fatta alla loro Chiesa sotto li 22 Marzo 1619, con Decreto di Sigismondo III, Rè di Polonia, che a tale effetto ne aveva ottenuto il previo beneplacito della Sede Apostolica.

In detto anno 1698 un certo Serapione, scismatico, <sup>21</sup> ottenne surrettiziamente dal Rè di Polonia, per gli uffizi dello Czar di Moscovia, un privilegio sopra detto Vescovado, di cui assunse, ò per meglio dire occupò il governo, intitolandosi Vescovo di tutta l'Alba Russia.

Non mancò l'Arcivescovo di Polosko di quel tempo di reclamare, e mediante l'interposizione della S. Sede ottenne dal Rè nell'Anno seguente 1699 la rinnovazione (f. 257v), e conferma degli antichi privilegi à favore della sua Chiesa rispetto al Vescovado sudetto, e la cassazione e revoca di quanto era stato surrettiziamente impetrato dallo scismatico Serapione.

Ma insorte le guerre, che durarono sino all'anno 1710, non ebbe verun effetto il nuovo privilegio conseguito dall'Arcivescovo di Polosko, e venuto à morte l'intruso Serapione, gli successe nel Vescovado il Principe Czetwertinski, parimente scismatico, in vigore d'altro Diploma del Rè di Polonia, consimile à quello dello Pseudo Vescovo antecessore.

Morto anche questo secondo, nell'anno 1728, l'Arcivescovo di Polosko, che allora trovavasi a Roma <sup>22</sup> rappresentò tutto il fin qui narrato alla Cong.ne di Propaganda Fide, la quale suggerì alla S. M. di (f. 258r.) Benedetto XIII di fare scrivere, come in fatti venne eseguito, un Breve al Rè di Polonia, con richiederli, che con nuovo suo Diploma volesse restituire all'Arcivescovo di Polosko, ed à di lui successori il Vescovado Moiloviense, e che volesse incombere che nella Dieta, allora prossima, si facesse una qualche Costituzione approvativa, e confermativa dei dritti e privilegi accordati dai Rè antecessori nè potesse nei tempi avvenire, senza il previo consenso della Sede Apostolica, dismembrarsi il Vescovado dall'Arcivescovado, e molto meno concedersi quello sotto verun pretesto ad un Pastore scismatico. Oltre di che furono scritte varie lettere dalla Segreteria di Stato a' diversi Personaggi di Polonia sù questo affare.

In risposta di tali premure il Ministro del (f. 258v) Rè di Polonia in Roma partecipò alla Cong.ne, che la Maestà Sua quando per parte dei Moscoviti

---

<sup>21</sup> Seraphion Polkovskyj, Episcopus Mohiloviensis ann. 1697-1704.

<sup>22</sup> Florianus Hrebnyckyj, qui tunc temporis Romae commorabatur, implicatus lite de bonis Archiepiscopatus Polocensis.

non si apportassero opposizioni insuperabili, volentieri condescendeva alla detta riunione, quale per altro doveva considerarsi seguita ex dispositione Sanctae Sedis; mà che dall'altro canto non poteva capire come fosse stato incorporato il Vescovado di Moilovia all'Arcivescovado Polocense, e che ciò meritava qualche riflesso.

Ma dopo tal promessa, osservandosi dell'irrisolutezza nel Rè di Polonia, la Sagra Cong.ne nel 1729 decretò: — D. Nuncius vigilet, ne admittatur nominatio Aulae Moscoviae pro Episcopatu Mohiloviensi et curet providere spiritualibus necessitatibus Catholicorum in ea Dioecesi existentium per aliquot sacerdotes idoneos. —

Operò il Nunzio Apostolico, e dalle sue (f. 259r.) rappresentanze si mosse il Rè nel 1731 ad ordinare al Governatore di Moilovia di far partire da colà il Monaco scismatico Arsenio Berlo, <sup>23</sup> intrusovi dai Moscoviti, ed al Magistrato di quella Città di non riconoscere in esso veruna sorte di giurisdizione.

Non ostanti però tali ordini il Ministero di Polonia stimò di dover sospendere qualunque passo, affine di attendere il successo de' maneggi, de' quali era stato incaricato il Conte Potocki nella sua spedizione alla Corte di Moscovia, con ispecial commissione datagli dal Senatus Consulto d'insistere presso la Czarina <sup>24</sup> sù questo particolare.

Il risultato però di tali maneggi fù, che la Czarina disse, che il Berlo avrebbe abbandonato Moilovia, à condizione però, che il Rè dovesse concedere il solito privilegio ad altro scismatico di Nazione Pollacco, (f. 259v) quale sarebbe stato eletto dal Clero, e dal Popolo della stessa Città di Moilovia.

Così in effetto seguì, ed il Ministero Pollacco per salvare almeno in apparenza le regia autorità, attesa la pretesa elezione fatta contro i suoi ordini, convenne, che nella formola del privilegio da spedirsi si approvasse semplicemente dal Rè il soggetto, senza fare in esso menzione dell'accennata elezione.

Il Nunzio Apostolico nel dar parte nel 1733 alla Cong.ne di tutto il seguito, narrò, che il Rè di Polonia si era dichiarato di non esser in grado d'inasprir maggiormente i Moscoviti, i quali minacciavano di usar della forza, avendo sulle frontiere 40m. uomini di Truppe regolate, alle quali non poteva certamente farsi fronte con i pochi soldati della Repubblica; Per la qual cosa sperava il Rè, che il Sommo (f. 260r.) Pontefice, informato della situazione degli affari di quella Corona, sarebbesi degnato di scusarlo se non poteva più lungamente resistere alle replicate istanze della Corte di Moscovia, la quale si protestava inoltre di voler espellere i Cattolici da tutti i suoi Domini, quando gli fosse ulteriormente rimandata la conferma dello Pseudo-Vescovo; e che finalm.te la Maestà Sua non veniva ad accordare una cosa nuova ai Moscoviti, ma eseguiva soltanto quanto era stato convenuto nel Trattato con i medesimi sti-

---

<sup>23</sup> Arsenius Berlo (1729-1733), dein translatus in eparchiam Perejaslaviensem, in Ucraina.

<sup>24</sup> Anna Ivanovna Romanov (1730-1740).

pulato l'anno 1693 dal Rè Giovanni,<sup>25</sup> ed esattamente adempito sino all'ultimo Pseudo-Vescovo defunto. Per ultimo soggiunse il Rè che conveniva più tosto procurare di ridurre all'unione il nuovo eletto scismatico, lo che non sembrava difficile, per esser Pollacco, che questo si era ottenuto per (f. 260v) l'addietro in tre altri Vescovadi Ruteni della Russia rossa, soggetti alla Corona di Polonia, ora uniti alla Chiesa Romana, e sopra de' quali benchè in virtù del sopradetto Trattato spettasse alla Corte di Moscovia il diritto di presentare soggetti scismatici per essere approvati dal Rè di Polonia pro tempore, più non s'insisteva dalla medesima, poichè sapeva essersi uniti alla S. Sede di proprio movimento.

Sù questa narrazione del Nunzio, riferita in Gennaro del 1733, la Cong.ne rescrisse: — Scribatur per Secretariam Status. Laudatus Nuntius, et faciat quantum in se est, ut appareat non solum jus, sed faciat protestationem contrariam. —

Questo decreto non fù spedito, perche poco dopo venne la notizia della morte del Re di Polonia (f. 261 r.).

Nel 1740 l'Arcivescovo di Polosko rappresentò alla Cong.ne che essendo imminente la Dieta del Regno, voleva promuovere in tal congiuntura le sue istanze per l'espulsione del falso Vescovo di Moilovia, chiamato Wolczanski, onde fece istanza, che gli s'impetrassero dal Sommo Pontefice alcuni Brevi Commendatizi al Rè, al Cardinal Lipski, et ad altri Prelati, e Magnati, affinchè animati dagli impulsi Pontifici concorressero tutti à fare la giustizia, che meritava l'Arcivescovo oratore; sopra di che la Sag. Cong.ne rescrisse: — Supplicandum SS.mo pro Brevibus ad Regem Poloniae, et ad Em.um Lipski, nec non pro literis Secretariae Status ad Praesules, et Proceres Laycos juxta petita.<sup>26</sup> — Et insuper per Secretariam Status scribatur Nuncio Apostolico.

Nel 1755 vacata la Chiesa di Moilovia (f. 261v) fù intrapreso un lungo carteggio tra la Segreteria di Stato, e Monsignor Nunzio in Polonia. Di più la s. me. di Benedetto XIV scrisse molti Brevi Epistolari<sup>27</sup> al Rè, alla Regina, ed à vari Magnati del Regno per fare, che detta Chiesa non andasse di bel nuovo in potere d'un scismatico. Nel Breve scritto al Rè frall'altre cose si dice: — Nec obstat quod in pactis inter laudatum Regem Parentem tuum et Petrum I, Moscorum Dominum conventis contineri asseritur, nimirum inter Ecclesias Schimaticas concedendas Mohiloviensem Cathedralem Ecclesiam comprehendi, cum in iisdem pactis conventis nulla de Mohiloviensi Ecclesia mentio fiat. —

<sup>25</sup> Joannes III Sobieski (1674-1696). Forsan agitur hic de s. d. Tractatu perenni (an. 1689).

<sup>26</sup> Cfr. *Acta S. Congr. de Propaganda Fide*, vol. IV, Romae 1955, pag. 6, nr. 1138, sub dat. 5. IX. 1740. Revera scripta fuerunt plurima Brevia commendatitia in hac materia. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. II, Romae 1954, pag. 79-80, dat. 16. IX. 1740.

<sup>27</sup> Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 153 sq., sub dat. 7 febr. 1755. Ibi etiam sub nr. 741 invenitur textus citatus infra (pag. 154).

Queste sono le notizie, che si hanno circa la Chiesa di Mohilovia, e circa le diligenze fatte per lo passato dalla S. Sede per (f. 262r) liberarla dal Vescovo scismatico, non essendosi avuto altro riscontro sino al giorno presente, in cui il nuovo Arcivescovo di Polosko supplica la Santità Vostra à degnarsi d'interporre la sua autorità presso il Rè di Polonia affinche non proceda alla nomina del Vescovo scismatico, ma dia tempo ad esso di produrre le sue ragioni.

(f. 262v) — Informazione dello Stato della Chiesa di Mohilovia, e come essa debba essere soggetta all'Arcivescovo di Polosk.

## 12.

*Elenchus documentorum spectantium negotium eparchiae Mohyloviensis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 31, foll. 271 - 272.

Informatio<sup>28</sup> in Causa ratione praetensi a graecis schismaticis Episcopatus Mohiloviensis in Archiepiscopatu Polocensi Ritus wsaeo uniti in Magno Ducatu Lithuaniae.

1mo. + Literae Ill.mi ac Reverendissimi Domini Caroli Pancerczynski, Episcopi Smolenscensis ad quendam Senatorem Regni status spiritualis, die 16 Martii 1722, in quibus commendat negotium ejusdem Episcopatus sub tempus instantis protunc Commissionis generalis Regni occasione ac intuitu praetensi Episcopatus Mohyloviensis. Contra Episcopum graecum Schismaticum qui acceptis pro tunc supplicibus Literis ab incolis civitatis Mohyloviensis perrepererat ad Imperatorem Russorum Petrum quaerens protectionem ejus in hocce negotio.

2do. + Literae SS.mi D.ni Papae Benedicti XIII ad Serenissimum Augustum II, Regem Poloniae, de die 4rta Maij 1728, in quibus obligat SS.mus Regem quatenus violata Jura Archiepiscopatus Polocensis cui usque ad annum 1698 Episcopatus Mohyloviensis fuerat unitus, Serapion autem Polakowski, Schismaticus, Moschorum fretus Officiis Regium Privilegium extorsit concessionis sibi dicti Episcopatus et assumpto perperam Episcopi titulo totius Albae Russiae universam Dioecesim illam invasit et Parochis Ritus Graeci Romano unitis, aliis mortuis aliis per vim expulsis, schismaticos Presbyteros subrogavit et intrusit et licet privilegia Archiepiscoporum Polocensium fuissent confirmata anno 1699 a Republica et pro Serapione Schismatico Episcopo<sup>29</sup> quae emanaverant revocata, tamen stante pro tunc bellorum tumultu, licet reclamantibus Episcopis Graecis Romanae Ecclesiae unitis, novus, Serapioni Schismatico vita functo, schismaticus datus est, qui eandem Dioecesim usque ad Mensem

---

<sup>28</sup> Hic agitur de quodam elencho documentorum et epistolarum, qui elenchus cuiusdam utilitatis esse potest pro hac quaestione. Ex ultimis numeris huius elenchi patet, agi de anno 1763.

<sup>29</sup> Seraphion Polkovskyj, ann. 1697-1704.

Februarium currentis anni, quo decessit, occupavit. Idem Rex Augustus secundus tueri dignetur et undem Episcopatum Mohylovien. Archiepiscopatu Polocensi restituat.

3tio. + Duae Literae in eadem materia scriptae Roma ad quendam senatorem status spiritualis, altera ad senatorem status saecularis, scilicet ut colligitur ad Primatem Regni, altera ad Principem Wisniowiecdi Anno eodem 1728. Senator hic fuit Cancellarius Magni Ducat. Lithwaniae. A Curia Romana.

4to. + In eadem Materia eodem anno ad Principem Czartoryski, Vice Cancellarium M. D. Lithwaniae.

5to. + Literae Eminentissimi Domini Secretarii status Cardinalis ad Illustrissimum D.num Nuntium Apostolicum in Regno Poloniae. Italico idiomate.

6to. + Constitutio Comitiorum Generalium Regni respectu bonorum Metropolitae, Episcoporum atque Abbatum Ritus Graeco uniti in Regno Poloniae et M. D. Lithwaniae. (f. 271v).

7mo. + Literae Ss.mi D. benedicti XIII ad Ill.mum Augustum II, Regem Poloniae, in quibus rogatur, ut patrocinetur Ecclesiae Mohylovien. Anno 1730.

8vo. + Literae Eminentissimi D. Cardinalis Lercari, Secretarii status, in eadem materia, ad quendam senatorem Regni Poloniae. Eodem anno.

9no. + Literae tres in eadem Materia ab eodem Eminentissimo Domino Secretario Status caeteros ad Senatores. Eodem anno 1730.

10. + Literae Eminentissimi Domini Cardinalis Lipski, Episcopi Cracovien., ad Ill.mum Archiepiscopum Polocen. Hrebnicki in quibus eidem promittit protectionem contra Episcopum Schismaticum Berlo dictum, praetendentem Episcopatus Mohylovien. et quod hocce negotium commendatur Ill.mo Pocillatori M. D. Lithwaniae, Legato ad Imperatorem Russorum a Republica Polona, de die 24 Febr. 1731.

11mo. + Literae, italico idiomate scriptae, ab Illustrissimo Paulucci, Nuntio Apostolico in Polonia, ad Ill.mum Hrebnicki, Archiepiscopum Polocensem 1731.

12. + Literae Ill.mi Potocki, Pocillatoris M. D. Lithwaniae ad Ill.mum Archiepiscopum Polocen. in quibus promittit se adhibiturum omnem curam circa negotium Episcopat. Mohylovien. apud Imperatorem Russorum. Anno 1731.

13tio. Literae Illustrissimi D.ni Nuntii supradicti ad Ill.mum Archiepiscopum Polocen. Italico idiomate. 1731.

14to. + Literae ejusdem Illustrissimi Nuntii ad eundem Ill.mum Archiepiscopum. Anno 1732.

15. + Rescriptum serenissimi Augusti II Regis Poloniae in quo prohibet ne fiat Electio Episcopi Mohilovien. post fata defuncti Schismatici. Anno 1732.

16to. + Rescriptum gubernatori Bonorum Oeconomiae Mohylovien. ejusd. Serenissimi ad Civitatem Mohylovien. prohibens illi eandem Electionem. Eodem anno.

Rescriptum ejusdem Serenissimi Regis ad eundem gubernatorem Bo-



norum Oeconomiae Mohyloviën. in quo prohibet eidem ne audeat cuidam Basiliano Monacho qui cum 200 militibus irruiat in Civitatem et se Episcopum Mohyloviensem esse dicebat absque Privilegio Regio Poloniae favere et praestare reverentiam ac Populum impediât ne illi ullam obedientiam et reverentiam praestet.

17mo. + Rescriptum ejusdem Serenissimi ad Civitatem Mohilovien, ne praestet obedientiam et reverentiam eidem schismatico Episcopo Mohyloviën.

18vo. + Literae SS.mi D.ni Nostri Benedicti XIV, Papae, ad Serenissimum Augustum 3tium, in negotio ejusdem Episcopat. Mohyloviën. tum ad Ill.mum Christophorum Szembek, Archiepiscopum Gnesnen., Primatem Regni. Roma 1750 (f. 272r.).

19no. + Literae SS.mi D.ni Benedicti XIV ad Illustrissimum Hrebnicki, Archiepiscopum Polociae ac ad Illustrissimum D.num Antonium Dembowski, Episcopum Plocen. in eadem materia. Roma 1750.<sup>30</sup>

20mo. + Memoriale, idiomate italico, porrectum a Ministerio Regni SS.mo D.no Clementi XIII in Causa ejusdem Episcopatus Mohyloviën.

21. + Literae Ill.mi D.ni Wojakow, Legati Aulae Imperialis Russicae, contra Catholicos injuriantes Schismaticos in Episcopatu praetense ac usurpato Mohyloviën., tum quaerelae contra Perillustrem ac Reverendissimum Dominum Zenowicz, Canonicum Samogitiae, Praepositum Mohyloviensem violentem possessionem Episcopatus schismatici et opprimentem schismaticos facentes praejudicia sanctae Fidei Orthodoxae. Anno 1761. In quibus rogat Legatus Celsissimus Czartoryski, Cancellarium M. Ducat. Lithwaniae, ut idem Reverendissimus D. Zencwicz, Praepositus, amoveatur a Beneficio Mohyloviensi. Anno 1761.

22. + Literae ejusdem Domini Legati Aulae Russiae contra eundem Reverendissimum Zenowicz et alios vexantes Schismaticos in dilatatione sui schismatis.

23. + Literae ejusdem D. Legati Aulae Russiae ad Ill.mum Episcopum Vilnen., in eadem mater'ia.

24. + Literae Illustrissimi D.ni Visconti, Archiep. pi Ephesini, Nuntii in Regno Poloniae, ad Perillustrem Reverendissimum Zenowicz.<sup>31</sup> Dresda 1763.

### 13.

*Polock, 14 . I . 1763.*

*De statu negotii eparchiae Mohyloviensis, et de nominatione sui agentis in Urbe.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 31, foll. 344-346.

<sup>30</sup> Cfr. Brevia Pontificia supra dicta in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 116-121, sub dat. 25. IV. 1750.

<sup>31</sup> Michael Joannes Zienkowicz, Episcopus Vilnensis (1729-1762), antea Suffraganeus Samogitiensis et tit. Julio-politanus.

Eccellenza Reverendissima. <sup>32</sup>

Quanto nel mese di Settembre ho significato a V.E.R. sopra il Vescovo Scismatico di Mohilovia, si fondava sopra gl'avvisi fattimi tenere dal P. Badowski, Gesuita, Missionario in quella Città. Ora non sò, a qual parte possa io volgere la mia credenza, mentre da un canto sento, che li Ministri Regi fanno supporre a V.E.R. sicuro ritorno a Mohilovia del sudetto Prelato Scismatico, e dall'altra banda diversamente in quest'ordine mi scrive il medesimo prelodato Religioso, come anche il S.r Canonico Zenowicz, secondo l'annessa copia del tutto conforme al suo originale. Non è possibile di fondatamente penetrare l'arcano degli Scismatici in questa parte, non perciò mi è lecito di credere, che l'astuzia potente di essi non venga ad eludere le mie cure, e maggiormente pregiudichi gl'interessi della Fede Cattolica. Quindi è, che per ovviare a qualunque frode de' maligni, sarebbe sommamente necessario, che V.E.R. si degnasse d'implorare dalla (f. 344v.) Maestà del mio clementissimo Rè l'ordine positivo per far sospendere la nomina di Mohilovia sino a tanto, che non saranno esaminati i diritti Catolici rispetto a questa Chiesa, nel caso che l'odierno quel Vescovo passasse o ad altra vita, o ad altra chiesa. So che gli scismatici appoggiano tutte le loro pretensioni sopra li Patti Hadiacensi, <sup>33</sup> ma questi sono andati in fumo colla dismembrazione de' Cosacchi ribelli a questa Republica, e se in oggi devono essi legare questo Regno in pregiudizio della Fede Cattolica, ugualmente dovranno legare anche la Moscovia, la quale contro il tenore de' medesimi ha bandita dal Ducato di Smolenski la Religione Cattolica, dominante allora in quelle parti.

Rendo ben distinte grazie agl'uffici, che V.E.R. si è compiacciuta d'interporre presso il S.r Principe Gran Cancelliere di Lituania <sup>34</sup> per l'affare, che mi tiene sommamente agitato contro le usurpazioni de' Sig.ri Hrebnicki, co' quali, in sequela delle insinuazioni del prelodato Principe, come anche per ubbidire alli comandi di V.E.R., nell'entrante settimana tratterò (f. 346) con essi sinceramente qualche preliminare di concordia; — quallora però non potesse questa seguire senza vulnerare la mia onestà, coscienza, e Chiesa, sarò forzato di proseguire nel Concistoro di Vilna gl'ulteriori miei passi, nè lascerò di umiliare a V.E.R. di tutte le mie nove.

Con quella ingenuità, sopra della quale nulla mi è caro, confesso a V.E.R. che sul mio partire da Roma solennemente assiecurai l'Abbate Gobert, mio antico amico, della mia Agenzia per ogni caso possibile della morte del S.r Abbate Roccatani, ed anche da questo luogo in diverse volte lo riassicurai della medesima. Ora dunque ch'è seguita la morte dell'uno, la ragione e l'onestà vuole, che mantenga io la promessa fatta all'altro, e quando mi determi-

<sup>32</sup> Nuntio Apostolico, Antonio Eugenio Visconti (1760-1766).

<sup>33</sup> Pacta Hadiacensia an. 1659, inter Poloniam et cosacos inita, sub duce Joanne Vyhovskyj (1657-1659).

<sup>34</sup> Magnus Cancellarius Lithuaniae tunc temporis erat Federicus Czartoryski (1751-1775).

nassi a non mantenerla, certamente meriterei tutti li rimproveri del degnissimo Sig.r Abbate Ghigiotti, a cui però sempre testificarò tutta la mia stima ed attenzione.

(f. 346) Per fine supplico l'E.V.R. di benignamente soffrire tali mie londe, e bacciandole la destra, con infinita venerazione mi confermo

Di V.E.R.ma divot.mo oblig.mo ed umill.mo Servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (m.p.)

Polock, 14. Gen. 1763.

## 14.

*Strunie, 18 . V . 1763.*

*Desiderata Eparchiae Polocensis ad Synodum Berestensem an. 1765 porrecta.*

ASV, Arch. Nunz. di Vars., vol. 99, fol. 64-68v.

### DIOECESIS POLOCENSIS

*R. D. Clementi Kulikowski suo Ablegato committit sequentium promotionem in Consultationibus Antesyndodalibus Vladimiriæ celebratis.*<sup>35</sup>

1. (f. 64.) *Liturgiae*, iuxta Benedicti PP. XIV. Euchologium, ubique celebrentur, quin celebrans ad populum se convertat extra proportionem verborum, quibus conversio talis significari ex praescripto debet. Praecavendum nihilominus, ut eiusmodi celebratio ab universis saecularibus et regularibus presbyteris uno eodemque anni festo exequatur, ne antiquitatis renovatio simplicioribus scandali speciem praebeat.

Capsulae Ecclesiasticae ad formam reducantur antiquiorem; hodiernae enim nihil gravitatis, honestatis nihil praeseferunt, et plures ad risum comoveant.

Diebus festis et Dominicis Liturgiae in omni Ecclesia parochiali decantentur sub poenis criminalibus Seminario applicandis. Eiusmodi quippe Missarum praecipue in Lithuania omissione, schismatici plurimum Unionem refugiunt, et Uitorum in Saeris Ritibus exercitatio deficit.

Cantor pluribus in Ecclesiis deest, pro cuius restitutione admoneantur parochi. Ubi vero nulla habeatur pro cantore fundatio, recurrendum erit ad Ecclesiarum Patronos, quorum non impetrata iustitia, conveniet duas in unam unire Ecclesiam, ut ex utriusque fructibus manuteneri possit cantor; non enim tolerari potest, ut Ecclesia careat illo, qui universali christianitatis more divinam psalmodiam adiuvet, et iuvenes Ruthenorum in lectura, cantu et christiana doctrina exerceat.

Vigiliae nocturnae maximo scandalo sunt intermissae, quibus restituendis adiciatur mandatum, ne absque sufficienti lumine peragantur.

---

<sup>35</sup> Cfr. de hac Synodo s. d. non celebrata opus S. WIWCZARUK, *De Synodo Provinciali Berestensi anno 1765 non celebrata*, Romae 1963, inter « Opera « *Analectorum OSBM* », vol. XVIII.

Seligatur aut conficiatur liberculus, vel saltem intermissa Synaxaria ad usum revocentur, quorum capitula ad festi diem relativa populo post Missam perlegantur, consuetis tamen precibus praemissis; ante Vesperas autem, Catechismus explicetur. Ut autem Divinis Officiis, doctrinaeque christianae frequentius parochiani intersint, utilissimum erit, si deputentur censores, qui absentium nomina parochi referant, ad effectum puniendi refractarios primum ecclesiasticae.

Hoc loco insistendum erit, ut quisque parochus per se, per Vicarium, perque cantorem suum, saepius Catechismum doceat etiam extra ecclesiam, adeundo parochianos ab ecclesia remotiores, (f. 64v.) praemissa tamen sui adventus significatione, nec gravetur ad id muneris expetere auxilia sive alumnorum, sive regularium, maxime ritus nostri.

2. *Jejunia* ecclesiastica omnia exacte servantur, danda tamen Decanis quoad parochos, et parochis quoad parochianos annuali facultate rationabiliter dispensandi, et commutandi in alia opera pia.

3. *Parochi* sint ex parentibus liberis, honestis, et potissimum filii presbyterorum nobilium saecularium, et civitatis dumtaxat regalium; ex subditis autem non assumantur, nisi libertatem iuridice consecutam producant, nec Beneficia in locis obtineant, in quibus nati sint, aut ubi illorum parentes et consanguinei vivant.

Sacerdotio adscribi cupiens proprio coram Episcopo compareat, et hic commissariis quolibet in Decanatu eligendis committat, ut in domiciliis et nativitatis loco, super promovendi natalibus, baptismo, vita praesenti, et antea acta, superque statu, impedimentis canonicis et libertate, processum ex iuratoriis depositionibus conficiat, confectumque Episcopo remittat.

Praedicto modo inquisitos tradat Episcopus synodaliter eligendis examinantibus, et hi digniorem testantur, qui literis Episcopi declarari possit pro capaci ad obtinenda Beneficia.

Cum autem, servatis praemissis, obtinuerit Patroni praesentationem, in divinis litteris et sacris caeremoniis instruatur ubi iusserit Episcopus, et modis suppeditaverit; deinde clericali sumpta veste, et examine coram Synodalibus examinantibus facto, ad sacros promoveantur Ordines, servatis omnino tum interstitiis per Synodum Zamoscianam moderatis, tum quatuor jejuniorum nostrorum temporibus.<sup>36</sup>

Susceptos SS. Ordines quisque exerceat in loco per pastorem assignando, nec prius ad Beneficium se conferat, quousque facilitatem exactae liturgisationis in ecclesia Cathedrali non adquisiverit, unde habito testimonio hac in re oportuno, instituat et dimittatur.

Pinguiores parochi cogantur, ut conservent Vicarios; ubi autem sit ec-

---

<sup>36</sup> Quadragesima Magna, Adventus (s. d. Pylypivka), ieiunium ante festum SS. Petri et Pauli (s. d. Petrivka), et ante festum Assumptionis B. V. M. (s. d. Spasivka).

clesia tenuioris dotis, alteri uniatur, ut ex utriusque fructibus habeat parochus unde ipse vivat, undeque Vicarium sustentet.

Obventiones parochiales ecclesiastica moderentur auctoritate; durum enim est easdem a laicis arctari, et taxari, non volentibus ferre parochorum extorsiones.

Viduis parochorum uxoribus et filiis, Decani iudicio solvantur expensae pro reparationibus in domo et fundis plebanalibus (f. 65.) ultra necessitatem praestitis factae, vel in compensationem eiusmodi expensarum, succurendoque miserabilium necessitati, statuatur, un Beneficii fructibus gaudeant tam diu, et illo modo, quo successores sanguinis participant de fructibus ecclesiarum apud Latinos, post obitum Beneficiatorum sanguine sibi iunctorum. Qua de re consulendus Piaseccius, in praxi. Praecavendum tamen erit, ne aut administratori congrua desit pensio, aut successorum ruina paretur.

Ebrietatem parochorum non video aliter frenari posse, nisi decernatur primo in rem Seminarii mulctari, secundo corporaliter puniri, tertio demum a Beneficio amoveri.

Non prius instituantur parochi, quousque non praestiterint iuramentum se obtinuisse Beneficia sine ulla Simoniaca labe.

Parochialium erectiones, sub poena declaranda non suscipiantur, quae honestae parochi, Vicarii et cantoris sustentationi, tum quoque decori et reparationi ecclesiae, et domus plebanalis, sufficere non possent.

Nemo unquam audeat primum lapidem ponere ecclesiae parochiali, aut Capellae, absque proprii Episcopi licentia et benedictione in rituali ad id praescripta.

Posset indulgeri parochis, ut super observantia jejuniorum a propriis Decanis dispensari valeant, utque ipsi dispensent cum suis parochianis, causa tamen cognita, nec frequenter.

Administrationes Ecclesiarum vacantium nemo obtineat ultra semestre, quo exspirato, et patronis in easdem non praesentantibus, poterit ad aliud semestre, de licentia Ordinarii, continuare.

Singulis annis proprio Decano exhibeant numerum natorum, mortuorum, conversorum, apostatarum, latinizatorum parochianorum, tum denique Regularium, Iudaeorum, Schismaticorum, ac Latinorum.

Regulares parochi non sint vagi, sed determinati, nec incio Ordinario constituentur, aut amoveantur; Synodis et Decanalibus Congressibus intersint; olea sacra a propriis Decanis suscipiant; ab iis denique visitentur; processus suscipiant, et via cursoria viciniori parocho mittant; cathedraticum solvant, omniaque Dioecesis onera portent, ab iisque nullatenus eximantur, ad quae caeteri parochi tenentur.

Omnes uniforme deportent vestitum, nedum quoad colorem, sed etiam quoad formam, sub poenis Marcarum Seminario applicandarum. Proinde uniformis praescribatur regula, et huius executio temporibus maxime SS. Ordinum, Synodorum, et recursuum observetur.

(f. 65v.) Externam modestiam cum gravitate omnes discant ex monitis

privatim conficiendis. Hac enim ratione clerum expuliri, et magis commendari posse, nemo est qui ignoret. Inde etiam perutile fieret, si quisque ordinandus civilitatem, qua careret, apud civiliores sacerdotes querere iuberetur.

Non dividantur parochiales absque causis in iure expressis, et sine legitima sententia.

Plurimum interest bono Dioecesis ordini, ut omnibus parochis demandetur, quatenus intra annum habeant sigillum suae ecclesiae cum inscriptione eiusdem, quo parochus utatur in parochialibus testimoniis et literis missivis, tum quoque in commissionibus expediendis.

Convivia nuptialia in sacerdotum domibus non amplius tolerantur, quae tamen inter solos sponsae sponsique parentes fieri potuerunt, absque ullo strepitu et potatione. Sic enim et modestiae clericali et domesticae parochorum oeconomiae consulatur.

Parochialibus ecclesiis non praeficiantur pastores donec eximantur ab oneribus Reipublicae, aut Haeredum, ubi autem iam sunt praefecti, nuntient Episcopo de tali onere, et hic ad haereditem, aut ad Capitaneum facto semel et bis recursu, nec effectu consecuto, parochum amoveat, et ecclesiam interdicit.

Nullus in sua Paroecia permittat christianis utriusque sexus, ut in iudeorum domibus deserviant; quod ne contra parochos Dominorum malevolentiam concitare possit, inhibeat processu Episcopali iuxta tenorem literarum a Benedicto PP. XIV. hac in re editarum.

Schismaticos ad veram fidem redeuntes persuadeant, ut in ritu graeco-catholico vivant, apostatas autem ad similiter vivendum cogant. Unitos cum schismaticis copulari non permittant, absque proprii Episcopi facultate, qua semper imponatur onus educandi prolem in S. Unione.

Vicarii, qui bene parochis deserviverint, prae caeteris obtineant Beneficia curata, habeantque suorum servitiorum testimonia ab suis parochis, nec alias institui possint; spe enim boni testimonii rectius iisdem deservient.

4. *Decani* per concursum eligantur in Synodis ex prudentioribus magisque idoneis parochis vacantem Decanatum incolentibus.

Praestent in actis iuramentum super fidelitate erga pastores et super vitandis extorsionibus; proinde publicetur ipsis taxa synodalis, quantum salarii a quo actu exigere possint.

Habeant ex vicinioribus parochis notarium, et acta suo (f. 66.) officio competentia, quae in Synodis producere teneantur, et successoribus Decani cum Sigillo decanali relinquunt.

Omni mense pastori nuntient, quae in Decanatibus bona, aut mala acciderint, confidenterque insinuent, quae in utilitatem Cleri, augmentumque S. Unionis magis expedire iudicaverint.

Tabella parochorum, vicariorum, monasteriorum, ecclesiarum latinarum, synagogarum iudaicarum, et templorum a schismaticis rectorum, tum quoque uniuscuiusque ecclesiae parochialis numerum mortuorum, natorum, vivorum partim ad Sacramentalem participationem idoneorum, partim non adhuc idoneorum, denique latinorum, latinizantium, schismaticorum, et iudaeorum,

singulis annis quisque ex suo Decanatu Episcopo porrigat, iuxta normam omnibus conformiter ab Episcopo tradendam. Hac etiam occasione Episcopus rite scire poterit, fundos ecclesiarum parochialium existentes avulsosque.

Instigatorem quisque in suo Decanatu habeat, cuius erit munus significandi Instigatori Generali de omnibus absurdis clericorum et laicorum, et exequendi ea omnia, quae ab ipso habuerit in commissis.

5. *Seminaria* singulis in Dioecesibus erigantur, sintque sub directione Clericorum saecularium et iurisdictione Episcoporum; ubi ditiores proprio sumptu, pauperiores autem Seminarii dispendiis alantur, nec 17 annorum minores suscipiantur, iuramento tamen se obstringant de vivendo in statu saeculari ecclesiastico, sub obedientia proprii pastoris, et si ad regulares cum dispensatione Apostolica convolaverint, omnes impensas refundant Seminario.

Pro eiusmodi Seminariorum erectione, aut erectorum augmento, convertantur omnes proventus, quos Episcopi percipiunt ex institutionibus; applicantur omnes poenae criminales et demortuorum Episcoporum et clericorum spolia, iuxta superius dicta. Denique cleri contributio et parochianorum succursus expetatur, inito cum heredibus, respectu subditorum, consilio.

Et quia perspecta Ruthenorum paupertate nequeant sperari Seminaria, in quibus ali possint tot clerici, quot sunt necessarii ad operandum in vastissima Christi Vineae, supplicandum S. Sedi Apostolicae, ut benigniter concedat in Pontificiis Collegiis clericos saeculares erudiri, loco monachorum, qui pinguioribus gaudeant foundationibus, et florentissima domi habeant studia, nec a tempore suae ab Episcopo exemptionis parochos miserabiles in cura animarum iuvant.

Hoc loco quaerendum erit, quo iure Minscense Seminarium pro omnibus aequae Russiae Dioecesibus opulenter institutum, sit a monachis sublatum, pro cuius restitutione fortiter instandum. Lege de hac re Synodum Cobriensem apud Kulczynscium,<sup>37</sup> et consule Episcopum Turoviensem.

(f. 66v.) Typographia Dioecesana in defectu aptioris medii primordialibus Seminarii pecuniis facile erigenda, non pauca eidem adferre poterit fructus, dummodo recte administraretur.

Ad gubernium et ad cathedras Seminarii assumantur aptiores ex alumnis Pontificiis, postea vero ex seminaristis propriis, assignata cuidam congrua pensione, cuius spe alacrius exerceantur, et exerceant in scientiis.

6. *Capitula* nobilissimam partem constituent, quae apud Ruthenos antiquius florebant, quibusque sublatis, ipsa nunc Hierarchia plurimum labefacta conspicitur.

Ad resuscitanda Capitula modus esset non difficilis, si onus imponeretur, ut Episcopus quilibet, sua vita durante, unum, et Dioecesis quolibet eorundem pontificatu alterum Canonicatum erigere teneatur, relicta praeterea cui-

---

<sup>37</sup> IGNATIUS KULCZYNSKI, *Specimen Ecclesiae Ruthenae*, Romae 1733; ed. 3 Parisiis anno 1859.



libet clerico et laico facultate similes erigendi canonicatus pro se suisque consanguineis.

Hinc cum monachis tractandum erit, ut Cathedrales per iniurias temporum occupatas clero saeculari aut sponte aut coacte restituant, fiatque hac super re ad Regiam Maiestatem, et ad S. Sedem recursus, cum expositione, quod scilicet, defectu Capitulum, et Dioeceses vacantes eorumque bona, ipsaque defunctorum Episcoporum spolia plurimum patiantur, et plena sede desint, quibus ad publicas privatasque functiones, tum quoque ad negotia pertractanda iuventur Episcopi, praesertim a tempore, quo monachi ab Episcoporum iurisdictione sunt exempti. Addi etiam potest non leviter, omnia iura Cathedralis ecclesiae respicientia enuntiare quidem Capitula, cuius nunc defec-tione infinitis quaestionibus illa querantur.

Antequam vero ad erectionem sive resuscitationem deveniat, curandum efficacissime, ut in qualibet Dioecesi saltem iuxta Synodum Zamosciensem absque mora deputentur tres Clerici, qui post obitum sui Episcopi spoliolum conficiant inventaria.

7. *Episcopi* pro possibili visitent personaliter ecclesias parochiales saeculares et regulares quolibet anno, pendeantque ab arbitrio cleri, utrum ad eiusmodi visitationes obeundas propriis vel potius parochorum equis se conferre debeant, nec alia itinerandi ratio constituatur, nisi quae parochis minus dispendiosa iudicaretur.

Proventus ex Institutionibus percipi solitos cedant Seminariorum erectioni, aut erectorum augmento.

Spolia demortuorum Praedecessorum saltem per tertiam partem convertant in Seminaria, reliquis vero ita utantur, ut aucta successoribus relinquunt.

Ministros Curiae, et Dioecesis convenienti distinctorio ornandos habeant omnes e Clero saeculari, ita ut ex Regularibus non nisi unicum Theologum penes se retinere possint.

(f. 67.) Calices stanneos per solemnem Processum inhi-beant.

Vivant pragmatica sanctione ne unus alterum pompa superet.

Tribunalia aperiuntur statis anni temporibus, pro commodiori causarum propositione.

Iuvenes Ruthenos Nobiles ad suas aulas teneant, inferioris autem conditionis iuventutem, inferioribus servitiis artibusque applicent, hoc unico praeculis habito, ut Ruthenos saeculares iuvent et promoveant.

Reservatos casus in synodis dioecesanis publicent, unito cum parochis consilio, super scelerum frequentia.

Vicarios foraneos tot constituent, quot pro recursuum et negotiorum faciliiori expeditione sint necessarii.

Coadiutores cum futura successione parochis non deputent, ne, praetextu coadiutoriarum, ad datariam romanam trahantur Beneficia; temporaneis autem Vicariis satis parochorum necessitati consulitur.

Cathedraticum unico eoque anni tempore exigant, quo et Synodus celebrari, et olea sacra distribui possint; multiplicata enim itinera pauperos parochos gravant. Id autem, quod ultra cathedraticum exigere solent pro ex-

pensis Dioecesanis, ita expendant, ut expensi rationem in Synodo facere teneantur.

Pallium unius idque albi coloris habeant.

Quid gloriosius, commodius, utiliusque typographia Dioecesana, quam in singulis Dioecesibus erigi praecipiat impensis sive Episcopi, sive Seminarii, sive aliuscujuscumque alterius. Non enim spe lucri difficilliter trahentur plurimi ad eiusmodi erectionem.

Correctionis Domum instituant in quo insolentiores clerici propriis viventes impensis coerceantur.

Reparationem Beneficiorum specificam in visitationibus praefigere curent.

Nundinas diebus festis, aut saltem ante eorundem meridiem, fieri prohibeant, inito tamen hac super re cum Nuntio Apostolico, et Haeredibus consilio, imploratoque ad id eorundem brachio.

Ordines Sacros non conferant iis, qui in cantu Rutheno et scriptura etiam polonica non bene fuerint versati.

Vilnae, Varsaviae, et Romae, ut clerici in iure ecclesiastico erudiri valeant, modus perquirantur.

Examinatores Synodales iuxta praxim in Concilio Tridentino praescriptam instituant.

Limites Dioesium praefigant sine strepitu, maxime inter Metropolitanam et Polocensem Dioeceses, eadem ratione, qua Palatinatus (f. 67v.) et Districtus inter se distinguuntur; non enim fas est, ut in uno eodemque Palatinatu, aut Districtu, duplicis Episcopi iurisdictio conspiciatur, veluti per summam iniuriam Metropolitana exercet in Palatinatu Polocensi, et Orseni districtu.

8. *Metropolitanam Curiam*, quisque exoptat constituendam esse perpetuo ex Delegatis Dioecesanis, qui negotia universae Ecclesiae Ruthenae pertractent cum ipso Metropolitano, ordinatis sessionibus, more, quo in Urbe Congregationes v.g. Concilii vel Propagandae admirantur.

Metropolitano quisque Episcopus omni triennio teneatur transmittere exactam suae Dioecesis relationem.

Iudices ad audiendas causas appellationum constituent Metropolitani unum in Lithuania, alterum in Polonia pro commodiori partium recursu.

Synodos omni quadriennio celebrent Provinciales, et Metropolitano ad id negligente, primus ordine Antistes easdem convocare teneatur.

Regni Comitii omnino intersit duobus sociatus Abbatibus, totidemque Clericis ex unaquaque Dioecesi consequenter deputandis. Ante eiusmodi Comitii, congressum hierarchicum super qualitate et modo tractandorum negotiorum irremissibiliter teneat.

Resideat sex mensibus in Polonia, totidemque in Lithuania, eum in modum tempore disposito, ut in illa vivat Provincia, ubi celebrari debent comitia.

Vigilandum omni sollicitudine, ut iura Metropolitana Regibus proponendi Candidatos ad Episcopatus inviolabiliter manteneantur: felicissimum cunque accideret, quoties Metropolitanus non alium Regiae Maiestati proponere dignaretur, nisi quem a vacantis Dioecesis Clero sibi commendari adverteret.

Electio Metropolitana publico Russiae bono est utilissima et pernecessaria; sine qua nequidem Coadiutoria meditetur. In utroque autem casu, Episcoporum et Cleri interventus, vota, et consilium desiderantur.

Vestes uniformes praescribat Episcopis eademque ipse ad exemplum servet; deportetque praeterea capucium album, cruce distinctum, in antiquissimae iurisdictionis signum, veluti Kijoviae etiam nunc observatur, et antiqua Metropolitanorum effigies hisce etiam in partibus deducitur.

Inconsulto Metropolitano non ea Episcopi agant, quae rationis paritate universitatem Russiae spectare possent.

Consecrationes Episcoporum, absque duorum Antistitum assistentia, non amplius peragat, nisi gravissima adsit necessitas, qua deficiente, fas est Pontificio utendi indulto.

Mitras uniformes et ad veram Graecorum formam reducendas (f. 68) incumbet Episcopis: nec earundem similitudinem, baculi maiestatem, crucis lulum, et in Pontificalibus excessum, Abbatibus ullo modo permittat.

Bibliothecas in unaquaque Cathedrali singulis annis paululum comparandas mandet, et de executione mandati perquirat.

Synodis qui Regulares iure debeant interesse declaret.

Monasteriola ut, iuxta Sedis Apostolicae mentem, cum bonis et suppellectili ecclesiastica, a monachis etiam Lithuanis quam primum dimittantur, Cleroque cedant, urgentissime agat in Urbe.

Apostatae a schismaticis ordinati, etiamsi ad S. Unionem redierint, exercitio SS. Ordinum careant, quousque firmis probaverint documentis, non se apostatasse fine SS. Ordines furandi.

9. *Posta Dioecesana* fieri posset facillime ad Cathedralam, ne miseruli sacerdotes etiam in minimis cogantur ad episcopalem cursitare aulam, propriasque deserere ecclesias: non enim cupientibus mittere epistolas grave esset rationabiliter easdem solvere, nec tabellionibus apud parochos constituendis damnum emergeret, quoties pro literarum transportatione debitam reciperent mercedem.

10. *Celebatus* utique foret Ecclesiae perutilis, si, stante frequenti ad ritum latinum transitu, de facili haberentur subiecta ad curam parochialem: igitur pro casu inhibendi transitus, nec secus, stabiliatur.

Posset etiam institui coetus Clericorum Regularium, qui, monachis a iurisdictione Episcopali distractis, iuvent Episcopos et parochos in vinea Christi; dependeant immediate a suis loci Ordinariis, vivant in communi; sintque Beneficiorum capaces.

11. *Patronus Clero saeculari* ex Beatis presbyteris pariter saecularibus eligatur, eiusque festum etsi non ad populum instituat, et in qualibet ecclesia parochiali proprium illius habeatur Altare.

Martyrium venerabilis Klimontowicz, saecularis presbyteri Polocensis, universorum memoriae, pietati et zelo instantissime commendetur; ne diligentes actus Beatificationem praecedere soliti omittantur, quamvis hac super re nihil incoandum sit, quousque debita instructio ex Urbe non obtineantur.

12. *Regulares etiam Abbates* clericorum saecularium consultationibus nullatenus intersint, nec eorundem negotiis se immisceant.

13. *Synodus Provincialis* pernecessario futura, ne aliquo differatur casu, tutissime praecavendum.

Eandem porro Vladimiriae celebrari grave esset Lithuano Metropolitano et Polocensi Clero; proinde validissime instandum erit, ut in meditulo celebretur, aliter solemnitas ad Sedem Apostolicam coram actis interponatur appellatio.

Ut autem in Synodo votorum, consiliorumque praevaletentia veluti publico nociva securius vitetur, decernendum erit, ut ex unoquoque (f. 68v.) Episcopatu presbyteri numero aequali interveniant: pro dignitate autem actus adeo solemnibus, tum pro faciliori negotiorum et materiarum Synodali expeditione praedicta uniuscuiusque Dioecesis aequalitas posset duodecim presbyteris concludi.

14. *Procurator universi Cleri* Rutheni perpetuo in Urbe conservetur, per ordinem ex Dioecesibus assumetur, sociumque ita habeat, ut alteruter sit ex diversa Dioecesi.

15. *Archiva Episcopalia* tuto collocentur ad Cathedras, suosque idoneos et bene provisos fixe habeant custodes.

16. *Filii Parochorum* ut in scholis erudiantur, dent operam parentes eorundem quisque pro virium tenuitate; qua in re fraudibus occurrendo praecipiat Decanis, ut negligentes et refractarios huic mandato parentes poenis praefigendis ad id adigant, et de successu Episcopum instruant.

17. *Locum in sessionibus Antesyndodalibus* quisque Ablegatorum, iuxta proprii Episcopi praecedentiam obtineat, quin tollerandum sit, ut Episcopi praecedant Archiepiscopos, nisi universalis Ecclesiae hierarchiam invertere velimus. Si vero haec super re rixas excitari contingerit, satius iuri cedendum, quam publico operi praeiudicandum, salvis tamen expresse iuribus cedentium.

Datum Strunii, anno 1763, die 18 Maji, veteris styli.

JASON ARCHEPPUS POLOCENSIS (mp.)

## 15.

*Polocia, 15 . XII . 1763.*

*De negotio eparchiae Mohyloviensis et de intentione convocandi Synodum Provinciale, ut provideatur negotiis maioribus Ecclesiae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, fol. 64.

Eccellenza Reverendissima,

Se V.ra Eccl.za si compiacerà, conforme la supplico, di credermi, non vanamente mi lusingo di conseguire, ch'ella queste poche righe accetterà per puro tributo di vassallaggio le fò di tutto quanto sono, caldamente pregando il Bambin Gesù, che la prosperi longamente per ben della Chiesa Cattolica e di chi la riconosce.

Il Vescovo Scismatico di Mohilovia sino ad ora sussiste in Moscovia, nè si crede più di ritorno a queste Parti. Temo fortemente che in di lui luogo non succeda qualche altro scismatico, in pregiudizio de' dritti, che m'assistono

a quella Chiesa, e che farei ben valere avanti chi mi fuosse dalla Repubblica deputato per Giudice.

Le deliberazioni santamente prese dal predefonto Metropolitan per la celebrazione del futuro sinodo Provinciale, vengono in oggi cangiate dall'odierno Monsignor Metropolitan e dal di lui Coad (f. 64v) jutore, ambidue poco intenzionati di favorire la necessità de' Seminari Diocesani, e le convenienze del Clero secolare, come anche l'estirpazione de' diversi abusi, che fondatamente nel Congresso Novogrodense ho esposto pubblicamente. Poco ci gioverà il Sinodo se alle predette Materie con efficacia non sarà provveduto, e certamente non vi si provvederà, se V. E. R. per parte anche della S. Cong. di Prop.a Fide non ne comandarà ad ambidue predetti Prelati. Per me, ho scritto, ho parlato, ma tutto invano, finalmente mi sono scoraggiato.

Finisco baciando le mani di V.ra Eccellenza R.ma, ed implorando la di lei protezione rispettosissimamente me dico

Di V.ra Eccell.za R.ma divot.mo, obbligat.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (mp.)

Polock, 15 Xm.re 1763.

## 16.

*Kamieniec in Lithuania, 3 . IX . 1765.*

*De impedita Synodo, de praetensionibus Archiepiscopi Smolenscensis et de causa cuiusdam Nobilis feminae, nomine Oginska.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, fol. 63.

Eccellenza R.ma.

Povera Chiesa Rutena in oggi spogliata della Libertà, di cui sempre godeva per tenere Sinodi Provinciali!<sup>38</sup> Comprendo benel'inconvenienza di sottomettere tali atti alla giurisdizione secolare, e l'empietà di trascurarli per sempre. Su questo proposito bisognerà pensare a qualche mezzo termine, purché Monsig.r l'Arciv.o di Smolensco,<sup>39</sup> che mi ha intimato la citazione di codesta S. Nunziatura non mi levi la quiete ed il tempo colle sue pretensioni sopra non so quali Chiese. Il Sig. Jastrzemski spiegherà a V.E., ciò ho risposto alla Corte sopra il memoriale umigliato alla Maestà de N.ro Rè dal Vescovo Scismatico di Mohilovia.<sup>40</sup> L'annessa è della Sig.ra Oginska, Marescialla di Lituania. Parto per Bialystok, ed indi per la mia Diocesi, ove aspettarò qualunque ordine di V.E., e frattanto rispettosissimamente me le confermo.

<sup>38</sup> Agitur de s. d. Synodo Berestensi non celebrata an. 1765, ob ingerentias Regis Poloniae. Cfr. opus S. WIWCZARUK, *De Synodo Provinciali Berestensi anno 1765 non celebrata*, Romae 1963.

<sup>39</sup> Heraclius Lisanskyj, Archiep. Smolenscensis (1763-1771).

<sup>40</sup> Georgius Konyskyj, Episcopus Albae Russiae inde ab. an. 1755, ab anno 1768 assumpsit sibi titulum Episcopi Mscislaviensis, Orsanensis et Mohiloviensis.

Di V.E. R.ma divot.mo, oblig.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (mp.)

Kamieniec di Lithuania, 3 Settembre 1765.

P.S. — Riceverà V.S. dal Sig.r Iastrzemski una pelle d'orso bianco di straordinaria grandezza, e due connote pelliccie per foderare veste di Camera.

\* \* \*

(Polocia) 1766-67.

*Media proposita de pacificatione Ucrainae per sublevationem populi exigitatae.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 31, fol. 156rv.

Convieni senza dubbio di provvedere al male della ribellione eccitata nelle Parti di Ucraina. Qualunque Provedimento si volesse prendere, questo per poter essere efficace, dovrebbe essere celere.

Quattro mezzi a tal fine espedienti propone l'Arcivescovo di Polock, quando non se ne trovassero de' migliori.

1. Premesse le forti doglianze Ministeriali all'Ambasciador Russo, si potrebbe scrivere dalla Maestà del Nostro Rè una buona lettera all'Imperatrice di Russia, <sup>41</sup> acciò quella Sovrana come in effetti nostra buona vicina, sommanente giusta, ordini a' suoi sudditi Ecclesiastici di subito ritirarsi dalle Nostre Frontiere, ne mai più riaccostarvisi; giacchè essi, senz'alcun permesso della Republica, ed a solo proprio capriccio, o in virtù d'una permissione nulla per ogni titolo del Vescovo di Preiaslavia vel alias, insolentemente girano per le Parti della Nostra Ucraina, ed ivi con frode inducono, con malizia accendono, ed anche con giuramento stringono que' Popoli all'infame rivolta contro li proprij Pastori, e Padroni, alla ribellione contro il Regno, a spogliar gl'Uniti del legittimo possesso delle Chiese, a violare per fine la Religione Catolica, in cui questi sono nati.

2. Spedir le Circolari Regie ai Tribunali Castrensi d'Ucraina, acciò li Eredi e Possessori in quelle Parti (f. 156v) procurino anche con forza militare arrestare i propri sudditi come principali Capi della ribellione, e d'inviarli al rispettivo Tribunale Castrense, per le pene esemplari, finalmente per mezzo di queste di ridur gl'altri all'ubbidienza, che devono a propri Padroni, a propri Pastori, alla Fede Cattolica, in cui certamente sono nati ed educati.

3. Con una lettera Ministeriale, per ordine espresso Regio, s'inculchi al Metropolitan di Russia, acciò servendosi anche del braccio secolare, anzi militare, faccia cattivare e punire come tanti Apostati que' Preti, i quali nella di lui Diocesi si trovassero implicati nella ribellione scismatica.

4. Assicurare le Frontiere nostre con qualche numero di soldati, a fine di rigorosamente osservare, acciò verun Nostro, o Russo, o Valacco Ecclesiastico non possa trapassare le proprie Frontiere, senza il dovuto Passaporto di chi comanda in capite le Truppe del Regno.

28 Aprile 1766.

---

<sup>41</sup> Catharina II, Imperatrix Rossiae (1763-1796).

## 17.

Varsavia, 1766.

*Conamina Unionis universalis in Ecclesia Ruthena terrarum Ucrainae et Bielurusjæ nunquam cessarunt, inde ab ipsis initiis Unionis Berestensis (1596). Brevem et concisam historiam horum conaminum habemus in infra edito « consilio » Jasonis Smogorzewskyj. Etiam post victoriam Unionis in dioecibus Peremysliensi (an. 1692), Leopoliensi (an. 1700) et Luceoriensi (an. 1702), Ecclesia hæc semper parata fuit cum non-unitis particulis pristinae Metropolitæ Kioviensis de modo « pacificationis » tractare. Ultimum documentum « bonae voluntatis » Catholicorum videtur fuisse « consilium » anni 1766, in quo, plena paritate ambarum partium, modus Unionis ecclesiasticæ proponebatur. Ultimum hoc conamen frustratum tamen fuit, et post sex annos non-Uniti, ut instrumentum Ecclesiæ Rossiacæ, destructioni Unionis initium dederunt.*

ASV, Arch. Nnzn. di Varsavia. Vol. 98, fol. 10 - 12v.

DE PACIFICATIONE CONCILIANDA INTER UNITOS ET NONUNITOS RUTHENOS. CONSILIUM SER.MO REGI STANISLAO AUGUSTO IN COMITIIS ANNI 1766 EXHIBITUM AB ILL.MO ET REV.MO JASONE SMOGORZEWSKI ARCHIEPISCOPO POLOCENSI RUTHENI RITUS.

SERENISSIME REX.<sup>42</sup>

Approximat iam annus millesimus ab initio ortarum inter Graecos et Latinam Ecclesiam dissensionum, quae ob unitam inter Nationes invidiam, cum tempore auctam, catholicam intolerabiliter labefactabant unitatem, ac tandem eam infeliceiter scinderunt. Non profuerunt tot magnorum Imperatorum et Principum Christianitatis conatus et labores, nec utiles factae tot Synodorum coactiones. Nihil optatam Ecclesiae unitatem sincere et constanter restituere valuit, dum perdifficile fuit illam implantare in talibus cordibus, quae inveterata invidia ac infelici privato spiritu illigata, noluerunt vera antiquorum Christianorum charitate prius coniungi.

Ruthenica gens ab ipsis acceptae christianae fidei exordiis,<sup>43</sup> longe fuit semper ab hac inter exteris Nationes contentione, nec in aliquas de religione cum Latina Ecclesia intrabat controversias, imo easdem vitabat, et propriam cum baptismo orthodoxam fidem et Ecclesiae orientalis ceremonias inviolabiliter sequendo, perpetuas Graecorum dissidias intolerabilemque eorum ambitum intantum abominabatur, ut saepenumero auctoritatem Constantinopolitanam ob avaritiam cuiquam onerosam, supra se pati renuerit,<sup>44</sup> imo evidentibus non semel

<sup>42</sup> Stanislaus Augustus Poniatowski (1764-1795).

<sup>43</sup> Baptismus impositus fuit a principe Volodimiro an. 988-989 circa.

<sup>44</sup> Ex. gr. an. 1051, eligendo in metropolitam Kioviensem Hilarionem, in expressam derogationem privilegiorum patriarchatus Constantinopolitani; item annis 1147-1156 eligendo Cle-



documentis sat probaverat, quod ecclesiastico cum Latinis consortio competenti cautela vivere studuerit.<sup>45</sup>

Hinc Ruthenici Episcopi super Graecam apud Turcas servitutem cordicitus dolentes, et in patriarchali Constantinopolis sede ad semel plures pro pretio sedentes, per Ruthenicam vero ditionem causa extorsionum vagantes, videndo, dum iam nec necessaria regimini spirituali ab illis capere potuerint consilia, nec continuae sufficere extorsioni, nec propriam ultra fallere conscientiam, recte idcirco et iuste resolverunt suam cum Romana, utpote inter omnes caeteras prima sede, unionem.

Ad exequendum sic resolutum opus cum permissione, approbatione et auxilio immortalis memoriae Sigismundi III, Rutheni Pastores cum ingenti primorum Principum, Senatorum, Magnatum ac Nobilitatis numero, anno 1593, 1594, et 1595 congregati ecclesiasticam cum Romanis unitatem conduxerunt, subscripserunt, propriis sigillis muniverunt, ac de ea regnanti Domino, tum Sedi Apostolicae sollemniter retulerunt.<sup>46</sup>

Animarum hostis, omnis in Ecclesia Dei discordiae pater, accensum ab initio et alios accendens ad Ecclesiae unitatem cor Principis Ostrogiensis,<sup>47</sup> ita solo temporaneorum privatarum fonte refrigefecit ac extinxit, quod unice harum intuitu, potestatis vero patriarchalis tantum praetextu, Vir praefatus contra expressa sui Monarchae mandata, inaudito in Ecclesia Graeca exemplo cum DD. Evangelicis, sub illo tempore Torunii synodantibus (f. 10v), iunctus,<sup>48</sup> auctoritate, divitiis et oblata quindecim millium exercitus vi coepit unitatem Sanctam quamvis ex primitiva eius inspiratione<sup>49</sup> in Russico Dominio stabilitam turbare, rumpere et iniusto ab ea duorum Episcoporum avulsu,<sup>50</sup> ac si rebellem cuiusdam vagi quasi Graeci Exarchae Nicephori actionem debilitare ac persequi.

mentem Smolatyč contra expressam prohibitionem Patriarchae; item post scissionem an. 1054 temporibus Caerularii fere per 100 annos hanc scissionem Ecclesia Kioviensis non agnoscebat; anno vero 1245 Petrus Archiepiscopus Ruthenus in Concilio Lugdunensi I partem habuit et cum Summo Pontifice concelebravit, et post duos annos pertractationes de unione cum Sede Romana factae fuerunt sub principe Haliciensi Daniele, etc.

<sup>45</sup> Cfr. sortem Unionis Florentinae in terris Ucrainae et Bielarusiae et professionem fidei catholicae Metropolitae Josephi Bolharynovyč an. 1500.

<sup>46</sup> De his eventibus et documentis cfr. HOFMANN G., *Ruthenica*, vol. III, in «*Orientalia Christiana*» nec non volumen unicum nostrae Collectionis: *Documenta Unionis Berestensis eiusque auctorum*, Romae.

<sup>47</sup> Constantinus Ostrozskyj, dux de Ostrog, acerrimus devenit adversarius Unionis Berestensis, etsi antea et ipse de quadam concordia cum Sede Romana pertractabat inde ab anno 1583. Obit an. 1608.

<sup>48</sup> Coniuratio haec quasi seditionem in Regno Poloniae minabatur, etsi a Gubernio declinata fuit, sed plurimas difficultates in Comitibus Regni per plurimos annos procuravit.

<sup>49</sup> Dux Constantinus inde ab anno 1583 de unione pertractabat cum P. Antonio Possevino, S. J., et cum Nuntio Apost. Bolognetti.

<sup>50</sup> In Synodo Berestensi, mense octobri 1596, in qua Unio cum Sede Romana rata habita fuit, duo episcopi, scil. Michał Kopystenskyj, Peremyšliensis, et Gedeon Balaban, Leopoliensis, premente duce Ostrozskyj, a proposito suo recesserunt et unioni obstabant.

Tantae Russiae dissensionis occurrere studens Sigismundus III, Synodum in Brzese Lithuaniensi sub anno 1596 convocare mandavit, in qua etsi ecclesiastica cum Romanis unio penes Legatos Regios fuerit sollemniter promulgata, non tamen ibidem compositio subsequi potuit, nec insuper ad illius conclusionem deventum, imo magis ex utraque parte exacerbati animi, mentes et corda, immensas lites, perturbationes, damna et persecutiones nedum Nationi et Ecclesiae Russicae, verum et ipsi Reipublicae infauste adduxerunt.

Perseverans interea in sancto proposito Monarcha Sigismundus III post subsecutum Principis Ostrogiensis, utpote omnium in gente Russica contentionum auctoris, et iactae in eam scintillae perturbationis, obitum,<sup>51</sup> novum dissensae Russiae congressum Leopoli anno 1629 indidit. Dum tamen post exactam Unitorum in tempore ac loco mandato comparitionem, DD. Disuniti favore Petri Mochily, terrarum Moldaviensium Palatinidis,<sup>52</sup> et Cosacorum vi firmiter sive fulti, sive pressi, hoc ad mutuam cointelligentiam et ad sedandas lites remedium sprevisent, nec insuper Leopoli comparuissent, idcirco zelosum optimi Monarchae erga pacificandam Russiam studium, ardens hoc fine Unitorum desiderium, labor et impensae, aliena certe culpa inaniter evanuerunt.

Magnarum dotum plenus Vladislaus IV, postquam paternum Sigismundi solium ascendisset,<sup>53</sup> usus est ab initio mediis ad compositionem Russicam plane urgentibus; loco tamen speratae tali passu pacis, multo plus lites et dissidias Dominio ac Ecclesiae, quantumvis invitus, adduxit. Verum animadversis his, ac secuto in post hac super re Patris sui exemplo, post solitras Disunitorum petitiones et praevio patriarchali consilio divisum in religione Statum spiritualem Russicum ad ecclesiasticam semper alliciebat concordiam, hoc demum fine congressum publicum Unitis et Disunitis Varsaviae pro die ultima mensis Maii sub anno 1648 indixit, volens ut ipsa Russia quantumvis supramodum infensa, de efficacissimis ad tranquillitatem sui provideat mediis, quorum tamen initium et finem impedivit mors tanti Monarchae, die 20 dicti mensis et anni anticipata in Merecz.

Joannes Casimirus fraternum Vladislai IV sceptrum gerens, quamvis toto Regni sui tempore bellicis fuerit distractus laboribus (f. 19), zelo tamen fraterno et paterno plenus, nihil intermisit, quod studio illius Ecclesiam Russicam in sancta unitate constituere, fovere, augere ac firmare posset.

Duo principaliora ex illius gestis facta clare id probare possunt; dum enim Rex post reditum Legatorum suorum ex Moscovia indubiam coepit notitiam, quod Alexandrinus et Antiochenus Orientis Patriarchae in capitali Moschoviae

<sup>51</sup> Anno 1608.

<sup>52</sup> Petrus Mohyla, ex familia principum Moldaviae, erat Archimandrita Kievo-Peczarensis et dein, ab anno 1633 Metropolitae Kioviensis non unitus. Obit an. 1646, in januario. Initium dedit famosae Academiae Kioviensi, quae ab ipso nomen ducit « Mohyloviana », quaeque usque ad saec. XIX in tota claruit Europa Orientali et Meridionali.

<sup>53</sup> Vladislaus IV, Rex Poloniae ann. 1633-1648.

sub eodem tempore degentes Regiis Legatis applauserint ex ratione conclusae cum Moscovia saecularis pacis apprecati fuerint Regi ecclesiasticam cum illa societatem, illico utique huic Orientali Pastori et ipsi Moscoviae Monarchae Rex misit Literas accedentes eosdem ad ecclesiasticam secum unionem, et promittens omnem mediationis suae promptitudinem, prout adiuncta copia ex antiquo scripto et recenti typo extracta fusius edocere potest.<sup>54</sup> Ardebat certe iste Monarcha Poloniae tanto erga ecclesiasticam pacem zelo, qualem nihil magis indicare potest, quam Tractatus cum Monarchia Moscovitica, Vilnae sub anno 1660 conclusus, cuius v<sup>i</sup> ecclesiastica cum illo Moscoviae conciliatio fuit declarata, quamvis sive propter peccata nostra, sive propter Regiam abdicationem desideratum non sit sortita effectum.

Joannes III<sup>55</sup> intenta suorum in trono Poloniae Praedecessorum hac in parte minus executi ad effectum deducere exoptans, Unitis ac Disunitis, propter conciliandam sufficientem inter eos pacem, sollemnem congressum Lublini sub anno 1680 designavit<sup>56</sup>; dum vero DD. Disuniti tergiversando se ad Orientales Patriarchas revocarent, ac amicabilis huius Conciliationis media vitarent nec non tardio rem huius facti protractionem expeterent, visum est idcirco Maiestati hunc congressum transferre Varsaviam cum indictione magis commodi temporis ad hocce opus inchoandum, quod adusque optatum desiderat exitum.

Quod itaque Deus misericors praefatis Monarchis erga ecclesiasticam in Russia unionem menti cordique eorum saepenumero inspirabat, huius aeterna Providentia effectum Tuo, Serenissime Rex, reservavit Regimini,<sup>57</sup> quo dum Patriam felicem reddis, dum filios eius, et proprios subditos quantumvis animo, corde et mente dissensos concilias, dum alto iudicio, optima voluntate, mira prudentia ac paterna clementia a Deo dotatus, et pretiosa vicinarum Monarchiarum amicitia praeditus sis, dum tuis gestis ac laboribus immortale tibi apud posteros fundas nomen, et idcirco Fidem Catholicam in optima tranquillitate formas, velis, Regum inptime Princeps, coeptum Praecessorum Tuorum erga unitatem Ecclesiae explendo conatum Russiam Tibi subditam, et in se supra modum et sine causa divisam conciliare, ac media ad hanc conciliationem efficacissima clementissime providere.

Tanto plus, quod tota res non iam in substantia, sed magis in sincera ver-

---

<sup>54</sup> Cfr. documenta allegata in eodem volumine 98 *Archivi Nunz. di Varsavia*. Agitur nempe de litteris Joannis Casimiri ad Metropolitanam Gazensem, de dat. 2 ian. 1668 (ex tomo I *Epistolarum*, auctore Zaluscio, fol. 28), ad Patriarcham Alexandrinum et Antiochenum, de dat. 2 ian. 1668 (ibid. fol. 29); nec non litteris ad Ducem Moscoviae de dat. 28 martii 1668. Item alligatae sunt litterae Domini Olszawski, Procancellarii Poloniae ad Cardinalem Protectorem Poloniae, Virginium Orsini, dat. die 26 ian. 1668.

<sup>55</sup> Joannes III Sobieski, Rex Poloniae (1674-1696).

<sup>56</sup> Agitur de noto « Colloquio Lublinensi » an. 1680, mense ianuario indicto, in quo tamen nihil factum fuit ob absentiam non-Unitorum.

<sup>57</sup> Agitur de Rege Poloniae, Stanislao Augusto Poniatowski (1764-1795).

borum intelligentia unice consistat, atque in hoc, quod una pars verbis, scriptis et actionibus aliquomodo acerbis alteram ante perstrinxerit (f. 19v), una cum altera de rebus ecclesiasticis, de domestica pace, de charitate christiana loqui vitaverit, una cum ignorantia alienae mentis vivens alteram ad usque intelligere non potuit.

Nullae enim ad praesens inter Russiam interveniunt controversiae de mutua Graecorum et Latinorum inimicitia; haec namque nullo modo tangere potest Russica Dominia; neque etiam circa ipsam Fidem Catholicam, haec enim cum sit unius Christi, una quoque in Russia Ecclesia esse debet; neque circa Sacramenta, horum enim sanctitas et usus Unitis et Disunitis est semper aequalis. Nec ad ultimum de animarum ex hac vita decessarum statu, nam hunc una et altera pars modo Catholico, quoad substantiam integre tenet, quamvis in externis eius circumstantiis more scholastico et sine necessitate aliquomodo differat.

Unice itaque inter Partes videntur manere controversiae: Prima de Spiritu Sancti processione a Filio. Secunda: de authoritate et primatu Romanae Sedis. Tertia: de alteratis in Russia ritibus et ceremoniis. Verum prima difficultas sincera SS. Patrum intelligentia, ut fas est sperare, cessabit. Secunda ipsis universarum Synodorum praescriptionibus extinguetur. Tertia competentis correctione facilitabitur. Itaque pax, concordia, ac charitas christiana ad gentem et Ecclesiam Russicam quantumvis post prolixam expectationem gloriose redibit, totumque coelum gaudio replebit, omnia christiana Dominia aedificabit, Graecis, quamvis in servitute degentibus, bonum exemplum praestabit, ac Tuam, Serenissime Rex, gloriam, et coelo praemiabit, et in terris immortalem faciet.

Totum hoc absque ingenti difficultate, benedicente Deo, succedet, dum Maiestas Vestra, quod Uniti humillime supplicant, prius cum Apostolica Sede, maxime Ecclesiae unitatem optante, ac cum Serenissima Imperatrice Russiae,<sup>58</sup> utpote omnem felicitatem et plenam integrae huius Reipublicae pacem exemplariter favente, ac vicaria Dei potestate firmata mandabit Unitis ac Disunitis, utpote suis subditis, ut iustam et fundatam propriae diversionis tranquillitatem mutuo consilio, sinceritate, ac diligentia, tumque cordis humilitate, de vera antiquorum Christianorum charitate sine (f. 19) dilatione promoveant, ac unitatem quae est proprium humanae salutis fundamentum non ultra indifferenti oculo respiciant.

Ad tam salutare opus, donec Divina Providentia efficaciora revelet, sequentia Unitorum media sat virtutis et habilitatis in se habere videantur.

1-mo. Mandare Metropolitae ac Mohiloviensi Episcopo, ut quivis eorum in Augusto anno curr. principaliora suae respectivae Hierarchiae membra in locum omnibus commodiorem congreget ac de medio eorundem quatuor suos Theologos, doctrina, pietate, modestia insigniores, ex consilio congregatorum

---

<sup>58</sup> Catharina II, Imperatrix Rossijae (1763-1796).

quavis seligat, demum debite provisos Varsaviam mittat, fine privatae ibidem inter eos cointelligentiae, tum colligendi ex SS. Patribus et universis Synodis illius omnis luminis, quod ad sedandas occurrentes inter Partes controversias et diversitates fundatissimum videbitur.

2-do. Prohibetur utrique Parti, ut in toto hoc labore videntur infelices privatas animositates, ac scholasticas subtilitates, nec audeant hoc omne sub articulum fidei trahere, quod adusque ab universalis Ecclesia non est pro articulo fidei Christianitati propositum.

3-tio. Convocare Varsaviam Episcopos Unitos et Disunitum, qui insimul Theologorum suorum diiudicabunt labores, ac dum certam conveniendi in dogmate, ac in disciplina ipsi spem habuerint, demum fundata ecclesiasticae Unionis media constituerint, haec Serenissimo Regi, Sedi Apostolicae, tum caeteris respective Potestatibus communicare tenebuntur.

4-to. Ad ultimum, Synodum Nationalem Russicam cogere ac modo in convocatione constituto ecclesiasticam Russiae Unionem atque coordinationem sollemniter, praevia ad hoc authorisatione propriarum Potestatum, promulgare ac remedia ad manutenendam perpetuam pacem tum ad occurrendum omnibus dissensionibus competentissima providere.

Haec omnia intenta, desideria et petitiones ad Thronum Maiestatis Suae, Domini Nostri Clementissimi, humillime Uniti deponunt, ac ea Supremo suo Consilio, voluntati, ac sententiae submitunt. Singulaque Suae Maiestatis hac in parte mandata candido eoque fideli animo exequi coram Deo et Mundo perquam sollemniter profitentur.<sup>59</sup>

## 18.

*Polock, 26 . IV . 1767.*

*De modis pacificandi Ucrainam, de provisione Archimandriae Berezvecensis in persona Heraclii Karpinskyj.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, foll. 65-6.

Eccellenza R.ma.<sup>60</sup>

Nelle presenti ben funeste conseguenze della N.ra S. Fede, ardisco rinuovare a V.E. que' suggerimenti, che, nel mio partire da cod. Regia, ebbi l'onore di umiliarle in voce, rispetto alla necessità d'implorare, per mezzo della Pontificia Autorità, l'interposizione delle Corti Catholiche presso quelle di diversa confessione, acciò desistino di più assistere la petulanza de' Dissidenti di questo Regno, e di perturbare la Religione cattolica Dominante. Se non è crime de' Dissidenti il proteggere la loro adventizia e ribelle Religione, sarà virtù del

<sup>59</sup> In folio 19v talis habetur adnotatio Nuntii Apost. Varsaviensis: « Consilium Archiep. Polocensis datum Regi de Pacificatione Disunitorum ». Sequitur Summarium documentorum comprobantium assertiones Archiepiscopi.

<sup>60</sup> Nuntio Apostolico, Angelo Mario Durini (1766-1772).

ceto catolico d'implorare la difesa della propria nativa Cattolica dominante Religione. Qualunque passo delle Corti estere sarebbe bastevole di metter in soggezione i Contrari, e sarebbe sommo vituperio de' Catolici in non voler appoggiare gl'interessi della S. Fede, quando le Corti Acatoliche con tanta forza sostengono l'ingiustizia delle suoi Dogmi. La confederazione di Sluck anche su questo riflesso è informe, perche il Pseudovescovo di Mohilovia si fa capo o membro principale di essa, non essendo nè Nazionale, nè Nobile, quando che l'Imperatrice Russa dichiara, qualmente protegge la confederazione de Nobili Polacchi, e pretende di non doversi meschiare gl'Ecclesiastici nelle cose civili. Lego ancora nelle sudette dichiarazioni nulla di più pretendersi da' Dissidenti se non se d'esser (f. 65v) ristabiliti ne' suoi dritti e Privilegi pro justitia, dove mai si pratica di produrre proprij Privileggi nella punta della Spada, o di ricercare la giustizia senza dedurne le prove? Supplicai la M.à del mio Rè, acciò comandasse intimare allo Schismatico la prima parte del mio lavoro, e ciò a fine unico di stringerlo alle risposte, nell'estensione delle quali gli sarebbe passata voglia di confederarsi co' luterani e calvinisti, cotanto odiati dalla Chiesa Orientale; questa premura mia oggi rinuovo al Sigr. Notaro Ogrodzki, a cui spesse volte scrivo per ordine del Re con tutta schiettezza. A buonconto dovrebbero i Dissidenti dichiararsi se vogliono la giustizia à forza di ragione o a forza di spada, si primum, la deduchino, prout juris est, senza armi avanti Giudice competente, quale è N.ra Rep.a o avanti Compromissarii scelti dalle Corti estere si Catoliche, come anche Acatoliche. Perdoni, Eccellenza, alle lunghezze del mio dolore, ed all'ardire, con cui le devo riferire, ciò mi scrive il Sig.r Reginaldo Illicz, Prevosto di Kszyczew: Pensa egli di eccitare la Nobiltà del Palatinato di Mscislav alla guerra contro gli Dissidenti, mi dice d'aver già pronti 7 mila uomini, e solo brama il permesso Regio come anche la benedizione Ap.lica. L'idea, quando si potesse regolarmente stendere a tutte le chiese del Regno, certamente sarebbe molto lodevole (f. 66), ma essendo ristretta ad un solo Palatinato, è affatto vana; intanto secondo le di lui brame ne faccio intesa a V.E. e comunico la di lui lettera al S.r Ogrodzki sudetto.

In questi tempi vaca il monastero di Berezweez per la morte del Padre Panowski, in luogo del quale bramarei sommamente vedere collocato il P. Eraclio Karpinski,<sup>61</sup> acciò potesse ajutarmi nelle cure Pastorali e nelle presenti fatiche, come uomo di buon intelletto, e ben attaccato a me. Il Monastero è ben provvisto, lontano da Polock 15 leghe, e situato nelle frontiere della mia Diocesi abbandonata affatto da quelle parti, almeno v'avrei un amico capace d'aiutarmi in ciò, che riguarda l'inspezione di quelli Preti, e che può riguardare l'intrapresa operetta mia, nella quale niuno qui puole ajutarmi senza posseder bene la lingua latina, e italiana. Supplico pertanto V.E. acciò si degni a buon fine interporre la sua autorità presso il P. Generale de' Basiliani, per ottenermi la consolazione di veder il P. Eraclio sudetto nel Superiorato

---

<sup>61</sup> Monachus Basilianus, qui postea in variis negotiis Ordinis notatur.

di Berezwecz, a cui anche io con questa Posta ne faccio le mie premure. Mi conservi V.E. la sua validissima protezione e mi permetta di riassicurarla della perpetua profondissima venerazione con cui me le dico

Di V. E. R.ma devotiss.o, obligat.mo ed umill.mo Servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (mp).

Polock, 26 Apr. 1767.

## 19.

Varsavia, 1767.

*Amplissima expositio historica iurium Ecclesiae Unitae, redacta ad respondendum instantiis non Unitorum. Ut videtur apparata a Jasone Smogorzewskij, tunc Archiep. Polocensi, prout constat etiam ex aliis documentis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 98, fol. 122-127; 128-131.

RESPONSIO UNITORUM  
AD EXPOSITIONEM JURIORUM A NON UNITIS TYPIS  
PROMULGATORUM, A. 1767.

Collectio Jurium et Libertatum vetustae Religioni Graecae Orientali competentium praeterquam est defectuosa, complures quippe Leges eidem Religioni faventes ab Authore sunt intermissae, evidenter tracta fuit ad protegendos non Unitos eosque exornandos spolio Sanctae Catholicae Ecclesiae Graecae proprio, id tamquam certum Author praesupponens, quod est in quaestione, et quod imprimis examinari, discuti, et illustrari debet. Quae nempe sit antiqua Orientalis Graeca Religio?

Religio Graeca antiqua Orientalis illa est, quae a Christo revelata et stabilita, ab Apostolis promulgata, per prima septem ab ipsismet non Unitis recognita oecumenica Concilia declarata et illustrata veritate, charitate, et Communionem disseminatarum per Universum Ecclesiarum Christianorum conspicua et ea de causa universalis seu Catholica appellata. Illi enim soli supremi Legislatoris verba convenire possunt: « *Pater, sint unum* (Apostoli, ac quibus tum Ecclesia Christi nascens constituebatur) *sicut et nos* ».

Ita profecto de hac Religione praecipui iique antiquissimi Orientales Patres, Basilius, Chrisostomus, Gregorius Nazianzenus, Athanasius Magnus, Maximus Confessor, Theodorus Studita et alii doctrina Evangelica et Apostolica traditione instructi..... ebant, docebant, scribebant, et praedicabant. Vinculum Unitatis Ecclesiasticae juxta verba Salvatoris jus Supremi Pastoratus et Confirmatorum Fratrum Petro demandantis, atque in eo uti in firmissima Petra Ecclesiam Suam fundantis, in autoritate Romanae Sedis collocarunt, recognoscentes eandem loco, autoritate, et jurisdictione, Custodem integritatis et puritatis fidei, inspectricem jurium et disciplinae ecclesiasticae, tandem supremam Judicem, Vindicem et Protectricem oppressae innocentiae.

Unde facile cognoscere possumus principium et originem complurium in Historia Ecclesiastica exemplorum quod ad Romanos Pontifices referri solebant ex omnibus Catholici Orbis Partibus exortae in doctrina aut disciplina



ecclesiastica novitates, quas ii aut approbabant et laudabant aut damnabant et reijciebant, Synodos oecumenicas congregari concedebant, iisque aut in Persona (f. 122v.) aut per suos Delegatos praesidebant, crimina et recursus non modo in inferioribus Pastoribus verum etiam in ipsis Orientalibus Patriarchis arguebant et castigabant, affictos a Patriarchis aut Orientalibus Conciliis ad suum Tribunal appellantes, si innocentes comperti fuerint, absolvebant, oppressores autem ... ercebant et puniebant.

Haec autem jura cum non ab hominibus, sed ab ipsa Christi Petra et ejus successoribus tributa fuerint, cum ab ipsis Christianae Religionis primordiis per tractum saeculorum sequentium non solum factis in iis fundatis, verum etiam et legibus ecclesiasticis in Autoritate Romanae Sedis recognita sint, hinc consequitur clara et infrangibilis veritas, quod dicta, uti humanae auctoritate superiora, ab hominibus cassari, immutari, aut adimi eidem nunquam potuerunt. Solus Deus, qui haec jura propter bonum et ordinem suae Ecclesiae constituit, ea dumtanat posset tollere, aut immutare. Inferior quippe auctoritas in superioris Legislatoris statuta nihil juris possidere valet. Nec poterit objeci Romanae Ecclesiae ut aliquando a veritate Catholica totius Ecclesiae confessione firmata aberraverat, aut Graecis non Unitis quampiam offensionis occasionem praebuerat. Nullus quippe acerrimus ejus hostes, ipse etiam Michael Cerularius, Graecanici Schismatis restitutor, etsi maximos adhibuerat conatus et studia eidem ullum errorem deducere potuit. Quod sensisse videtur ipse Episcopus non unitus Mohiloviensis in oratione coram Majestate Serenissimi ad praesens feliciter Imperantis Regis, habita anno 1765, die 21 Iulii, dum in Confessionis suae commendationem ait: « Unicum quod nobis crimini vertitur est nostra Religio, atque haec ipsa quoque nunc captiva dici meruerit. Tuae Majestati planum est christiana est, cum Romana Catholica in iis quae salutis fundamentum imo et medium concernunt optime cohaeret, in quibus discedit, sunt vel ad inphora, vel hominum placita ». Quoad alteram partem, ut verum fateamur, negari non possumus innumera quum praeteritis temporibus tum etiam praesenti saeculo adesse exempla Pontificum Romanorum curae adhibitae ad reintegrandum Latinos inter et Graecos amorem, communionem et unitatem ecclesiasticam, indulgendo Graecis cunctas libertates, approbando illorum antiquos Ritus ac jura, promittendo omnes consuetudines, dummodo illa charitatem et unitatem ecclesiasticam non laedant, nec corrumpant. Hic quippe supremus Pastor cum sit centrum hujus unitatis a Christo (f. 123) constabilitae, non detractat juxta Apostoli doctrinam fieri *omnibus omnia* desiderans videre aequali felicitate fruentia omnia Catholicae Ecclesiae membra, secum, uti cum visibili et vicario Supremi Legislatoris Capite unita et conjuncta. Noscunt id prooptime Orientales reliquiis congenitae sapientiae et prudentiae antiquae praediti Graeci, deplorando iniquitatem sortis suae quod cum majores ipsorum sub imperio zelantissimorum suorum olim Principum Constantini, Alexii, Joannis Ducae, Paleologorum et Comnenorum possent Unitatem Ecclesiasticam constabilire, nec tamen id praestare voluerunt, nunc posteri illorum Othomanicae servitutis jugo pressi, etsi quam maxime vellent, praestare tamen amplius non possunt. Haec est substantia Orientalis vetustae Religionis Graecae amore et Unitate

Ecclesiastica ex praescripto evangelicae Legis conspicuae; quisquis itaque ab Evangelii praecepto, et a tramite, exemplo et doctrina vetustorum Graecorum Patrum trito aberrat, in vanum se esse jactat Orientalis vetustae Religionis Graecae Confessorem.

Haec breviter enarrata, veritatis conspicuis documentis probata I. ma sui laboris anno praeterito confecta parte ad typum parata, et jam Serenissimo Regi praesentata, prolixius ab Unitis exposita sunt, ex qua lector facile intelliget antiquam Graecam Religionem compluribus Regum Poloniae Privilegiis firmata non aliam esse, nisi eam quam ad praesens Rutheni cum Sancta Romana Ecclesia Uniti passim profitentur, tenent, et praedicant. Unde facile unusquisque infert, productionem, discussionem et examen hujusmodi jurium debere esse initium, fundamentum et finem totius hujus cum non Unitis tractatus.

Hoc posito pro principali, brevissime pro parcitate temporis sibi concessi respondent Uniti ad Exposita typis praetensa non Unitorum jura, in eum qui sequitur modum.

Seriem jurium et libertatum Incolis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Religionem Graecam Orientalem profitentibus servientium, inchoat Author ab anno 1340 et adducit sub N<sup>o</sup> 1. mo Capitulationem Civitatis Leopoliensis subiicientis se Casimiro Magno Monarchae Poloniae cum Provincia integra, ad praesens Rubra Russia nuncupata, cum expressa praecustoditione libertatis conservandi Ritus et consuetudines Religionis Graecae. Hujus Capitulationis textum non adducit, sed tantum testimonia Dlugosei (A), Cromerii (B), Herburti (C) (f. 123 f.), Stryjkowscii (D), ex quibus nihil plus inferri potest, nisi quod Russia ad consuetudines et Ritus Religionis Orientalis assuetas, liberum usum a Casimiro Magno sibi praecustodivit.

Haec Religio non alia esse debuit nisi ea, quam una cum Baptismo Vlodimirus Magnus in lavacro sacro cognominatus Basilius, Apostolus et Princeps Russiae, ex Oriente in Russiam introduxit.

Indubitata Baptismi Russiae epocha est intra annum 980 et 990. Quo tempore Vlodimirus Princeps Russiae baptisatus fidem sanctam in ritu graeco per integrum dominium Russiae felicissime plantavit labore et zelo apostolico Michaelis, primi Metropolitae Russiae, missi in Russiam a Nicolao Chrisobergo, Patriarcha Constantinopolitano, charitate, communionem, et unitatem cum Sancta Apostolica Romana Sede conjuncto. Etenim praeter agnitam communiter ab omnibus coaetanis historicis veritatem, quod mortificatum post Photium Schisma usque ad dies Michaelis Cerularii non erat in Oriente innovatum, habemus probationes in Historicis graecis, quod excitatam inter Graecos controversiam circa libertatem quarti matrimonii Decreto Legatorum Pontificiorum in Synodo Constantinopoli Anno Domini 920 resolutam et pacatam, cum in ulteriori tempore a pertinacis et inquietis capitibus resuscitata novos motus in Ecclesia Constantinopolitana circa annum 980 innovaverit, Nicolaus Chrisobergus, Sede Constantinopolitana occupata, strenua cura et labore, compositis contrariis opinionibus ad determinatam edicto supra memoratorum Legatorum Papalium concordiam reduxit, et discordiam plene mortificavit. Exinde evidenter et indubitate inferri potest, quod quemadmodum Constantinopolitana eo tem-

pore Sedes intaminata charitate et communione cum Romana Sede fuerat, ita et Baptisma Vlodimiri non aliam in Russiam introduxit Religionem nisi cum Romana unitam primitivam orthodoxam, hoc est catholicam, qualem pro tunc Sedes Patriarchalis Constantinopolitana profitebatur. De Baptismo Vlodimiri tempore Regiminis Patriarchae Constantinopolitani Nicolai Chrisobergi celebrato testatur proximus illi sæculo et inter historicos Ruthenos antiquissimus Nestor, Monachus Peczarensis, sicuti Author vitae S. Principis et Apostoli Rutheni Vlادимирі, Unioviae f. 124) Anno Domini 1670 typo impressa et Synopsis Petroburgica fol. 69 expresse recensent.

Hoc posito pro fundamento, quod nulli potest esse dubio obnoxium, siquidem in domesticis historicis non reperimus ullum vestigium immutatae aut depravatae primitivae christianae in Russia Religionis, jure inconvincibili interpretamur Religionem Graecam Orientalem subsequenter etiam saeculis fuisse Religionem Romanae unitam, donec nobis non deducant non Uniti quando et quo anno primitiva antiqua Orientalis cum Occidentali Ecclesia unionem, charitatem, et communionem conservans religio, in religionem, ut ipsi putant, Graecam a Romana Sede separatam commutata existit. Sed praeterea habent Uniti uberem collectionem luculentissimarum probationum, tam ex domesticis, quam ex graecis et aliis historicis in confirmationem sententiae suae congestam, quam dum tam brevi tempore il lucem edere non possunt, antequam hoc opus accelerabunt, tantisper insigniora florentis in Ruthena Ecclesia Unionis documenta ad seriem annorum accommodata brevibus verbis exponantur.

A. D. 1020: + Post mortem Michaelis primi Russiae Metropolitanæ successor in Metropolia Leontius Graecus, a Patriarcha Constantinopolitano Eustacio missus, tenuit ecclesiasticum regimen. Ejusdem debuit esse cum Eustacio religionis proindeque primitivae unitae. Siquidem Eustacius inseparabili cum Joanne X Pontifice vixit communione, prout apparet ex Legationibus, et epistolis ejus ad Papam scriptis, apud Baronium circa annum 1024.

A. D. 1053: + Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus consequutum et extinctum plene post Photium ignem excitavit et insanabilis ad usque Graecorum non Unitorum a Sede Romana schismatis infelix extitit Author. Perniciosus Cerularii conatibus inter alia obstitit Petrus Patriarcha Antiochenus, perhibens testimonium in epistola sua quod ad tempora illius Patriarchae Orientalis nomen Pontificis tempore Missarum in documentum Unitatis Ecclesiasticae indissolubilis commemorabant, et solvendo fundamentaliter vilissima motiva, a Cerulario pro disunione ecclesiastica fraudulenter adducta. « Continebatur hoc etiam (ait) in Epistola Sanctitatis Tuae quasi novitates aliquae pervenerunt ad aures Vestras, quia Papam circa Oblationem Sanctam commemoro, quod etiam et alii sancti Patriarchae faciunt. In super (f. 124v) et ego testes sincerus, et alii multi sunt mecum Praelati ecclesiastici quod sub Patriarchatu Constantinopolitano Joannes, Papa Romanus ejusdem nominis in sanctissima oblatione tempore commemorationum extollebatur. Constantinopolim ante annos 45 cum pervenerimus, invenimus sub Sergio Patriarcha praedictum Papam tempore Liturgiae Sanctae commemoratum ». Hoc

testimonium Orientalis Patriarchae adduxi evidentioris gratia probationis, quia Unio Ecclesiastica et cum Roma communio apud Graecos constanter perseverabat usque ad tempora Cerularii, et cum hac Unitate ante sexaginta annos Religio primitiva Orientalis Graeca una cum Baptismo introducta in Russia est plantata. Epistola Petri Patriarchae supramemorata pridem Ruthenis innotuit, siquidem eam Libris Canonicis Ruthenis ab antiquo insertam invenerunt, et typis mandarunt Leo Kreusa et Ignatius Dubowicz, videatur *1.mus* fol. 79, alter in Hierarchia Ecclesiastica, fol. 138. Itaque perveniente notitia ad oras Russiae de facto Cerularii, Jaroslaus Princeps Russiae, Filius Vladimirl, post mortem Teopempti, Metropolitae Russiae, noluit ulterius Constantinopolim secessione ecclesiastica infectam pro confirmatione Metropolitae novi recurrere, sed convocatis Episcopis Ruthenis Kijoviam, jussit eligere et in Metropoliā consecrare Hillariorem, Ruthenum Monachum Berestoviensem, *non mittendo*, ut Chronica Ruthena sonat, *pro benedictione* nimis confirmatione hujus actus ad *Patriarcham*. Neque potest facti hujus causa rejici (ut Kossovius non unitus frustra conatus est) in bellum Jaroslai cum Graecis, siquidem ultima hujus Principis expeditio bellica contra Graecos finita fuit ante annum 1030, tempore Romani Argiropuli Graecorum Imperatoris, et idcirco annis 20 electionem Hilarionis in Metropolitam anticipant. Vid. Lomonossovius in Genealogia, Petroburgi anno 1760 edita, fol. 5, et Strykovius, fol. 177.

*A. D. 1068:* + Joannes Metropolita Russiae confirmatus a Joanne Kyphilin, Patriarcha Constantinopolitano, unitatem cum S. Sede Romana una cum Michaelē Duca, Imperatore Graecorum conservante.

*A. D. 1075:* + Iziaslaus in Baptismo Demetrius cognominatus, Princeps Russiae, misit Filium suum in legatione ad Gregorium VII Papam (f. 125) cum confessione filialis amoris, et commendatione dominiorum suorum orationibus et tutelae Sanctae Apostolicae Sedis. Responsum Papae 5to Calen. Mai ex Archivis Romanis excerpit et typis mandavit Cardinalis Baronius, in supplemento 7mi tomi Annalium Ecclesiasticorum. Qua occasione Papa monuit Boleslaum Principem Poloniae quatenus avulsas Iziaslao Russiae Provincias restitueret.

*A. D. 1080:* + Joannes Metropolita institutus per Cosmam Patriarcham Constantinopolitanum sub imperio Alexis Comneni Catholici indubitate cum Romana Sede unitum.

*A. D. 1092:* + Ephrem Metropolita exequendo mandatum Urbani II Pontificis, diem 9nam Mai commemoratione translationis Corporis S. Nicolai miraculis elari ex Mira Barum consecravit. In Sinaxario seu Lectione Ecclesiastica hac die Episcopum et Clerum Barensem ut Sanctum et Orthodoxum Ephrem commemorat, et extollit, quamvis illi Ritus Latini fuerint.

*A. D. 1120:* + Vladimirus Monomachus Princeps Russiae diadema Regium ab Alexio Comneno Orthodoxo, et communionem cum S. Sede unito orientali Imperatore recepit, et se Regem Russiae proclamare incaepit. In Diplomate Alexii Imperatoris nuncupatus est Vladimirus uti una fide et sanguine cum ipso conjunctus. Vid. Synop. Petroburg., fol. 91.

*A. D. 1127:* + Nicetas et Michael, ejus successor, Metropolitae Rutheni

a Joanne et Leone Stipiota, Patriarchis Castantinopolitanis, confirmati Unitatem Ecclesiasticam colebant et conservabant una cum Joanne Comneno Imperatore Orientali, propter notabilia Ecclesiis Latinis praestita beneficia ad merita Ordinis Cluniacensis suscepto. Vid. Petrus Cluniacensis, Lib. 4, epist. 39 et 40.

*A. D. 1146:* + Obstinata in primordiis Imperii erga Latinos odia Manuelis Comneni Graecorum Imperatoris, et inita per ipsum cum Saracenis in perniciem Latinorum faedera, praeterea infamia Cosmae Patriarchae Constantinopolitani per communionem cum Haereticis contaminati, offensi Rutheni Episcopi, instinctu Iziaslai Principis Russiae congregati pro Synodo Kijoviam, post mortem Michaelis 2di Metropolitae, non referendo se Constantinopolim elegerunt ipsimet pro vacante Metropolia Clementem Monachum Smolatensem, et consecratum ipsum in Episcopatum impositione in eum (f. 125v) capitis S. Clementis Papae Romani Metropolitam instituerunt, perhibendo evidens documentum, ex usu hujusmodi ceremoniae, suae cum Sancta Sede Apostolica Unionis. Vid. Lomonoss., in Genealog., fol. 10.

*A. D. 1176:* + Joannes Metropolita Constantinopoli missus eoque ad regimen Ecclesiae Ruthenae a Roscislao Principe admissus non fuit, quousque Alexandro III, Papae, per epistolam unitatem, concordiam et accognitionem suam non est testatus. Vid. Strykovius, fol. 224 et Kojalowicz in Miscellanea.

*A. D. 1204:* + Romanus Czernichoviensis, postea Wolhynensis, demum ope Polonorum Haliciensis et totius Russiae Dominus, ab Alexio Imperatore Orientis, ex Constantinopoli per Latinos expulso, suo cognato in odium erga Latinos inductus edixit bellum Polonis, et pro illius inceptione benedictionem ab Episcopo Vladimiriensi expetendo, de injusto cum Christianis bello reprehensus, jam vero in proposito odio pertinax prophético spiritu S. Pastoris praedictam sibi recepit paenam, occisus a Polonis circa Zawichostum in praelio. Primus hic in Russia Latinorum inimicus expulsus in Rutheno Episcopo resistentiam injusti erga Latinos odii, et nobis reliquit documentum verae in Ecclesia his temporibus Ruthena erga Occidentalem charitatis et bonae de Latina Religione existimationis proindeque et Unitatis Ecclesiasticae. Vid. Synop. Petrob., fol. 111.

*A. D. 1226:* + Colomanus Princeps Regius Hungariae a dynastis Ruthenis Rex Russiae electus, et sicuti Latinus a Vincentio Kadlubkone, Episcopo Cracoviensi, coronatus Halicii, a Mscislao Principe Novogrodensi, proximiorum se ad solium Russiae existimante, ex regno pulsus, post mortem Mscislai restitutus ad Thronum pacifice in eo mortuus est. Vid. Synop., fol. 113.

*A. D. 1227:* + Cyrillus primus, Metropolita Russiae, misit Legatos ad Honorium Papam expetendo subministrationem Missionariorum ad praedicandum Verbum Dei idoneorum, in responso recepit promissionem a Pontifice subministrationis Missionariorum et commendationem concordiae cum Esthoniae et Finlandiae Christianis. Vid. Raynald. et Kwiatkiewius, in Annalibus, apud Kulezynscium, in Specimine Ruth. Eccles.

*A. D. 1239:* + Praxeda Rochvoldi Polocensis Principis Filia, et Erdzwilli Magni Ducis Lithvaniae nepotis, in ordine monastico Ritus Graeci, et Superioratu Monasterii Monialium a se in Polock fundati, septem annis exactis, et proxi-

nam Ruthenarum Provinciarum per invasionem (f. 126) Tartarorum cladem praedicens, cum numeroso Nobilitatis Ruthenae comitatu migravit Romam, ubi septem annis exemplari pietate vivens ad aeternitatem translata, et miraculis clara, post diligentissimum de vita et miraculis illius intercessione patris examini, in *Catalogis SS.* a Gregorio X inscripta extitit, A. D. 1273.

A. D. 1273: + Pro sancta a Russia recepta, et annua festiva celebratione die 12 Novembris in Ecclesia Ruthena culta, prout ex antiquissimis libris ecclesiasticis Ruthenis liquido apparet. Crux aurea cum ligno Sanctae Crucis ab Alexandro Papa Praxedae donata, a Praxede ad Ecclesiam Cathedralis Polocensem transmissa, cum inscriptione illius nominis, inter tot nationis mutationes et bella singulari Divina Providentia adusque Polociae conservata existit in documentum integrae Ruthenorum cum S. Romana Sede unitatis. Vid. *Antiqua Menologia Ruthena*, et *Kojalowicz in Miscellanea*.

A. D. 1246: + Daniel, Alexandri Neweski Principis Vladimiriensis, juxta Grotium, secundum vero Synopsistam Petroburgensem Romani Principis Czernichoviensis Filius, occupato Principatu Kijoviensi cum annexis Provinciis, misit Legatos suos ad Innocentium IV, expetendo titulum et diadema regium, effectum petitionis suae sortitus est, coronatusque ab Opisone, Legato Papali, Kijoviae. Vid. *Synopsis Petroburgensis*.

A. D. 1250: + Cyrillus III, Metropolita Russiae, pius et prudens Pastor una cum Daniele Rege misit Legationem Romam cum expositione dubiorum circa usum linguae slavonicae in Liturgia, et cum petitione elucidationis quaestionis de pane fermentato in Sacramento Eucharistiae a Graecis et Ruthenis usitato, quod ipsis forsitan ut invalidum Latini objicebant. Rescripsit illi Innocentius IV usum linguae slavonicae a temporibus Sanctorum Cyrilli et Methodii gentibus slavonicis permissum laudando et usum fermentati panis in Sacramento Eucharistiae antiquo in Ecclesia Orientali exemplo traditum permittendo. Vide *Kwiatkovius, in Annalibus*.

A. D. 1270: + Woysielcus seu Volstyngus, Mendogi Lithvaniae Principis Filius, cura Crucigerorum cum Patre a Vito Episcopo Lithvaniae Latino Ritu baptisatus, adhuc vivente patre statum monasticum in Graeco Ritu suscepit in Halicz, ex Halicz translatus Nowogrodecum et postea Pinscum, ubi Leszczy-nensis Archimandrita seu Abbas existens, post mortem Mendogi Patris, a Stroynato Filiastro occisi, praeter voluntatem a Dynastis Lithvaniae ex Monasterio eductus, et in solium Lithvaniae evectus, sumpta vindicta (f. 126v.) ex Stroynato, interemptore, ob mortem Parentis, rexit Principatum aliquot annis, habitu et moribus monasticae vitae ad mortem non mutatis, occisus fraudulentem Vladimiri a Leone Danielovicz, Principe Regio Russiae, vivit immortalis in memoria unionis, et communionis cum Latinis Ruthenae hoc tempore Ecclesiae. Vid. *Strykovius, Lib. 8, Cap. 2 et 3*.

A. D. 1285: + Maximus Graecus, Metropolita Russiae, a Joanne Becco, Patriarcha Constantinopolitano, confirmatus infallibiliter unius erat cum suo Patriarcha Professionis. Lego plurima in Historicis et ipsis Graecorum non Unitorum testimoniis, quod Unionem Ecclesiasticam et concordiam cum Latinis zelose manutenendo, sub imperio Andronici, Graecorum Imperatoris, capitalis

Unionis cum Ecclesia Romana inimici, ex Throno Patriarchali dejectus in molesto et inhabitabili exilio cum duobus suis archidiaconis, Constantino Meleteliota et Georgio Metochita, exilii et Martyrii consortibus, vitam finivit. Philippus Cyprus, Author non unitus, in Chronico Constantinopolitano his eum nuncupat verbis: « Ioannes Beccus concors Latinis ». Testamentum ante mortem, tempore exilii, in carcere in Castro S. Gregorii subscripsit: « Jeannes humilis miseratione Divina Archiepiscopus Constantinopolitanus ob verum autem Patrum dogma ex Patre scilicet per Filium processionem Spiritus S. exilio carcereque mactatus, hoc meum Testamentum propria manu scripsi subscripsique. Vide Chronicon Constantinopolitanum Philippi Cyprii, edit. Lipsien., fol. 231.

A. D. 1306: + Petrus, Metropolita Russiae natione Volhynianus, confirmatus ab Athanasio Patriarcha Constantinopolitano, spiritu prophetico donato, et a supradicto Unionis Ecclesiasticae inimico Andronico Imperatore persecutiones passo. Hic Petrus vitae sanctitate et miraculis conspicuus, secundum testimonia Okolscii et Kwiatkowskii, Legatos Papales cum reverentia in Russia excipiebat, et cum Episcopis latinis sincera amicitia erat unitus. Vid. Okolscium et Kwiatkowskium, apud Kulezynscium in Chronologia Metropolitana Kijoviensi.

A. D. 1327: + Theognostus Metropolita, ope Principissae Russiae Julianae Twerska, Olgerdi, Magni Ducis Lithuaniae uxoris, fidem Christianam in utroque Ritu tam Graeco quam Latino Vilnam introduxit. Tempore regiminis hujus Theognosti Leopoldus cum Rubra Russia Casimiro Magno Regi Poloniae subiecit se, prout ex testimoniis (f. 127) Historiarum sub Literis a, b, c, d, per authorem *Jurium et Libertatum Religionis Graecae* adductis sumus edocti. Nunc itaque veritatem et realitatem amans consideret has probationes et decidet legitime. Quia circa annum D. ni 1340 non alia nisi cum Baptismo in Russiam introducta primitiva, Apostolica, Graeca, Communione Ecclesiastica et bona de Latinis existimatione conspicua, a Romana Sede unitate fidei non separata Religio reperiebatur cujus in Ritibus Graecis integritatem subiecit se Casimiro Magno Russia Rubra solemniter sibi praecavit et praecustodivit.

Quodcumque igitur adductus sub litera (F.) Piasecius ex Strychovio et aliis minus informatis et Ruthenae Ecclesiasticae Historiae ignaris non multum se antiquioribus Authoribus opinatus est, et scripserat, hoc errori ex ignorantia humana proveniente adscribere oportet.

Ad enunciativam Generalis in A. D. 1640 Confaederationis (9) praecaventis in integro conservationem Religionis Graecae cum gente Ruthena incorporatae breviter respondemus: Quod ille Beneficium Legis sibi appropriare debet, qui suam Religionem cum Gente Ruthena Poloniae incorporatam solidis probationibus insolubiliter deducit.

Privilegia Alexandri, Sigismundi, ab Authore sub N<sup>o</sup> 5 et 7<sup>o</sup> adducta Unitis competunt, non vero non Unitis, siquidem ad instantiam zelosi Uniti, nimirum Unitatem Ecclesiasticam et Communionem cum Occidentali Ecclesia manutentis Josephi Soltan concessa fuere. Hic Soltan, existens adhuc Thesaurarius M. Ducat. Lithv. fuit Legatus ad Sixtum IV, Pontificem, a Misaele, Metropolita, Principibus et Clero Rutheno missus Anno D. ni 1476. Misael successit post



Gregorium, Romae a Pio II Papa consecratum, post Misaelem Simeon, postea Jonas Hlezna, apud Regem Casimirum, Ritus Latini Dominum, plurimum acceptatus. Post Jonam Macarius, qui adhuc existens Abbas Vilmensis epistolam ad Sixtum IV subscripsit. Post Macarium Metropoliam occupavit Soltan, jam pro tunc Episcopus Smolenscensis, zelo et manutentione Unitatis in Concilio Florentino in ipsis etiam Chronicis Moschoviticis clarus, teste Leone Kreuzza, fol. 65, quem Latinum nuncupant, eo tantum a Latinis distinctum quod Missam Ritu Rutheno celebraret. Helenam, Reginam Poloniae, Alexandri uxorem, curavit ad communionem ecclesiasticam adducere, prout Acta Annalia (f. 127v) Legationum Moschoviticarum sonant his verbis: « Misit Magnus Princeps Alexander ad suam Principissam desertorem orthodoxae fidei Graecae Josephum, Episcopum Smolescensem, et Monachos Bernardinos, ut accederet ad Romanam fidem, Kulesza, fol. 1 . Et cum nobis brevis temporis ad dies tantum aliquot concessi ordinate et in particulari ad quodlibet punctum Authoris rescribere non permittit, caetera videant in Summa jurium Unioni Sanctae servientium, cum quibus ad personales informationes nos referimus.

Jam supra insinuatam est quod haec Russia Legibus patriis gaudere debet, quae suam Religionem insolubilibus documentis deducit. Quod quemadmodum est omnimoda ad desideratam Partibus justitiam et ipsum Tractatus opus necessitatis, ita inevitabile induxit Unitis debitum accelerandi amplio, ad quodlibet scripti non Unitorum impressi punctum, in brevibus verbis responsionem. Sed quoniam communis fert fama Projectum Dissidentium ad Tractatum jam esse formatum, et in sola jurium Religioni aesi non Unitae servientium antiquitate fundatum, quocirca inceptam ut supra responsionem differre ipsa congrui temporis insufficientia coacti, Uniti submittunt Patriae, Matri et Dominae suae, saltem nonnullorum jurium vere antiquissimorum et expresse Unitis servientium summarium hic annexum, in documentum Unitae cum Roma Russiae illis ipsis temporibus, quando jura Patriae Ruthenis concessa ad suam Religionem frustra trahunt non Uniti, et omnem praetensionem suam in maginario fundamento statuunt. Desiderant Uniti permissionem sibi temporis congrui, aut ad perficiendum notabilem anni praeteriti laborem, aut ad finiendam breviter inceptam ad scripta impressa non Unitorum responsionem, aut saltem ad verificanda et conducenda documenta in annexo Summario specificata et hac sunt pleni spe, quod in Regno Christiano et Catholico et in circumstantiis desideratae a civibus in Fide dissidentibus justitiae nec judicii, non audita utraque parte, nec supplicum, sine judicio, sequi poterit.

\* \* \*

SUMMA DOCUMENTORUM ECCLESIAE GRAECAE UNITAE GENERATIM  
COMPETENTUM

(A) 1443. + Wladislaus Jagellonides, restituita in Synodo Florentina Ecclesiarum Unitate, coaequat omnia jura, libertates, et praerogativas Ecclesiasticorum Ruthenorum cum juribus, libertatibus et praerogativis, quibus Ecclesiastici latini fruebantur. Auctoritatem Episcopalem in judiciis spiritualibus firmam fore declarat, et Bona ab Ecclesiis Ruthenis avulsa restituere mandat. Budae in Hungaria Feria 5.ta proxima ante Dominicam Oculi.

(B) 1499. + Alexander Rex, instante Josepho, Metropolitae Kioviensi Sanctae Apostolicae Sedi unito, confirmat jura Jaroslai Vladimirdis, Principis Russiae, jurisdictionis spiritualis Metropolitae, et Episcopis Ruthenis olim tributa. Vilnae, 20 Martii.

(C) 1504. + Idem Alexander, instante Episcopo Chelmensi Rutheno, innovat et confirmat Privilegium (sub Lit. A. adductum) Vladislai Jagellonidis intuitu Unitatis Ecclesiasticae in Synodo Florentina stabilitae Ecclesiae Ruthenae donatum, in Comitibus Petricoviensibus, Feria 3tia ante Dominicam Oculi.

(D) 1511. + Sigismundus I Privilegium Regis Alexandri (Litt. B.) memoratum cum expressa enunciatione *Ecclesiae Graecae Catholicae* ad instantiam Catholici eo tunc Metropolitae Kijoviensis Josephi Soltan approbat in Comitibus Generalibus Brestensibus, die 2da Julii.

(E) 1543. + Idem Sigismundus I Privilegium Vladislai Jagellonidis (Litt. A.), confirmatum ab Alexandro Rege (Litt. C.), ad instantiam Jonae Sosnowski, Episcopi Rutheni Chelmensis, approbat in Comitibus generalibus Petricoviensibus die Parasceve Magni.

F) 1595. + Sigismundus III, Michaeli Rachozae Metropolitae Rutheno et omnibus reliquis Episcopis Ruthenis Unitatem cum Sancta Romana Sedere novantibus, ejusque immediatae jurisdictioni se subiecentibus omnia antiqua privilegia, libertates, et jura confirmat, liberum ad se accessum Episcopis Ruthenis per eosmet ipsos, non per intercessores indulget, in dignitate, et privilegiis Episcopis latinis coaequat, jurisdictionem Patriarchae Constantinopolitani in ditionibus Reipublicae extendi prohibet. Cracoviae, die 30 Julii.

(G) 1596. + Idem Sigismundus III, Unionem Sanctam, et jurisdictionem super Ecclesia Ruthena immediatam Apostolicae Romanae Sedis Brestae in Synodo Nationali stabilitam, Diplomate Regio promulgat, opus salutare Unitatis Ecclesiasticae renovatae laudat, depraedicat, eique suam Regiam, suorumque Successorum Regum Poloniae protectionem, et manutentionem jugiter firmam, constantem, et stabilem fore spondet, et pollicetur. Varsaviae, die 13 Decembris.

(H) 1600. + Idem Sigismundus III, cum ad instantiam Legatorum Volhyniae (f. 128v) et Kijoviae ad judicia Comititalia aditati essent Hyppatius Pocięy, Metropolitae, et Cyrillus Terlecki, Luceoriensis episcopus, accusatique quod deserta Patriarchae Constantinopolitani jurisdictione Unitatem Ecclesiasticam cum Latinis et Sancta Apostolica Sede iniverunt, adducentibus citatis Episcopis Documenta, quod Sancta vetusta Religio Graeca ab ipsis Apostolorum temporibus Unitate et Communionem cum Sancta Apostolica Sede conjuncta, successu tandem temporis in Russia stabilita, longo tempore floruerit, et quam vitio Patriarcharum Graecorum Unitas Ecclesiae Graecae variis turbibus acta fluctuaret, sed cooperante Divinissimi Spiritus Gratia in Synodo Florentina redintegrata, et firmiter stabilita fuit adeo, ut Russia Poloniae adjuncta firmiter in ea persistens, in praemium suae constantiae magnis libertatibus, immunitatibus, et praerogativis a Regibus Poloniae munita et exornata fuerit; verum cum Patriarchatus Constantinopolitanus cui ex ordine, et jure antiquo Ruthena Ecclesia subiacebat, Turcica servitute oppressus, lucri cupidine correptus, rerum ecclesiasticarum ignorantia, omnique qui ex neglectu Disci-

plinae Ecclesiasticae ortum duxit disordine Ecclesiam Ruthenam compleverit, Metropolitanæ autem Rutheni ab 80 circiter annis favore saeculi ex militibus et saecularibus, ob lucrum duntaxat temporale, ad hanc Dignitatem eveherentur, ejus duntaxat memores quod Metropolia Russiae ab antiquo tempore ad Patriarchatum Constantinopolitanum spectaret, hinc per extremam nuditatem, et rei ecclesiasticae neglectum factum fuit, ut etsi Ruthena Ecclesia Unitatem et Communionem cum Sancta Apostolica Sede nunquam contumaciter abjecerit, ejus tamen solemnem testificationem per aliquod tempus intermisit. Quod cum Michael Metropolita et citati ad praesens Hyppatius, et Cyrillus Episcopi, conformiter ad antiqua jura, statuta, et Canones Ecclesiae renovantes nihil mali egisse comperti sint, proinde citatos omni culpa vacare, et ab obiectis immunes Rex Sigismundus declaravit iisque omnia consueta possessionis, autoritatis et iurisdictionis, Decreto lato, jura asseruit, in Comitiiis Regni Generalibus, die 25 Martii, Varsaviae.

(I) 1605. + Idem Sigismundus III Privilegium Regis Alexandri (Litt. B.), confirmatum a Sigismondo I (Litt. D.), favore Hyppatii Pcciey, Metropolitanæ totius Russiae Catholici, et ejus successorum approbavit, Varsaviae, in Comitiiis Generalibus, die 22 Februarii.

(K) 1607. + Dum ab hostibus Unitatis Ecclesiasticae divulgatae Tabellae acsi praetextu Unionis abutantur Latini ad extirpandum Ritus Graecum, et induendas ad Episcopatus, Ecclesias, et Monasteria caeremonias latinas, populum offenderent, et ab Unitate Ecclesiastica detererent, cupiens Respublica sinistris secuturis consequentiis, et praesertim tumultibus Cosacorum, quibus hi rumores occasionem praebebant, occurrere, publica lege in Comitiiis hujus anni Generalibus declaravit, beneficia ecclesiastica Ritus Graeci conferri debere solis nobilibus Ritus Rutheni, juxta vetustas ipsorum fundationes, et antiquam consuetudinem. Pluralitatem beneficiorum prohibuit, Confraternitates Ecclesiasticas circa ipsa primitiva jura reliquit, etc. etc.

(L) 1609. + Lege Publica sancitum est ne concordia, et pax violentur per alterutram partem Unitorum, aut dis-Unitorum, atque Partes f. (129) ab invasione, violentiis, et reciprocis vexis abstineant, sub paena decem milium florenorum prohibitum, super quibus Forum Compositi Judicii designatum.

(M) 1618, 1620, 1623, 1627, 1631. + Pacificatio discordiarum inter Unitos, et Disunitos dilata, pax utrique Parti praecustodita, Processus, Bannitiones, Sequestra etc. sublata.

(N) 1632. + Vita functo Sigismundo III, in Generali Confoederatione, seu convocatione, stante interregno, mediate Vladislao, Principe Regio Poloniae, Rege Sueciae nuncupato, atque Deputatis ex Senatu, et Equestri Ordine certi Articuli Pacis stabiliti, manu Vladislai subscripti, et ejus Sigillo communiti, utrique tam Unitorum quam Disunitorum Parti consegnati fuerunt, ut eosdem Partes deferant in singulis Provinciarum conventibus congregandis. Item ex Comitiiis scripsit Princeps Vladislaus ad Summum Pontificem, approbationem dictorum Pacis articulorum exposcens, verum hi articuli Decreto Romano, die 18 Augusti, rejecti sunt.

(O.) 1632. + In Comitiiis Electionis, dum major pars Legatorum a Re-

ligione Catholica dissidentium ad Actum electionis accedere pertinaciter renueret, antequam negotium Pacificationis divisae Religionis Graecae completeretur, idcirco imminente multiplici bello Moschovitico, Suetico et Cosatico, Vladislaus Rex Suetiae pro tunc appellatus, usus facultate a solo Ordine Equestri sibi data, reclamante Senatu, et compluribus ex Ordine Equestri Catholicis, cum delectis pro suo placito assessoribus certa puncta pacificationis invitatis, et absentibus Unitis conscripsit, eaque actis Castrensibus Varsaviensibus Feria 3tia, in crastinum Festi Omnium Sanctorum consignari fecit. Quibus articulis duplicem Metropoliam, alteram pro Unitis, alteram pro Disunitis assignavit, Episcopatum Luceoriensem bifariam inter Unitos et Disunitos divisit, Episcopatus Leopoliensem et Premisliensem, etsi hic postremus ab Episcopo Unito possessus non vacaret, Disunitis addixit, novum Episcopatum Mscislaviensem, seu Albae Russiae in parte Dioecesis Polocensis, et certis ex Principatu Smolenscensi redditibus designatis excitavit, et plura alia cum evidenti Unitorum damno, et injuria innovavit, et constituit. Facta horum Pactorum mentio in Pactis Conventis, dum haec in facie Reipublicae legerentur, praebuit occasionem Archiepiscopo Gnesnen., Primati Regni, publice opponendi, et protestandi suo, et totius Senatus nomine. Quod cum haec Puncta Pacificationis absque consensu et scitu Senatus abstracta, in Senatu nec lecta nec examinata fuerunt, Unitis nullam pacem cum Disunitis sine consensu Sedis Apostolicae tractantibus, concludentibus, aut acceptantibus, merito proinde violentiae hujus pacis effectum suspendi debere tandem quousque Sedes Apostolica hac in re mentem suam non declaraverit. Ibidem, in praesentia omnium Ordinum cum nonnullis ex Equestri Ordine, et Ritus sui Episcopis protestatus est contra hos articulos Velaminus Rutski, Metropolitae. Tres pro tunc solemnes protestationes (f. 129v.) Actis Castrensibus consignatae reperirentur: *1ma*, Joannis Wezyk, Primatis Regni, cum septem Episcopis Ritus Latini, Senatoribus, et Legatis Polonis, Feria 4ta ante Festum S. Elisabeth proxima; *2da*, Josephi Velamini Rutski, Metropolitae cum septem Episcopis Ruthenis, Feria 2da post Festum Sacti Martini Pontificis proxima; *3tia*, Leonis Sapieha, Palatini Vlnensis cum magno numero Senatorum et Legatorum Lithvaniae, Feria 3tia ante Festum Sanctae Elisabeth proxima, anno supra memorato 1632.

Hae omnes protestationes effectum memoratorum Pacificationis Punctorum suspenderunt, quosque non obtineretur consensus Sedis Apostolicae, uti ex tenore earundem liquido collegitur. Ipsi Disuniti in hanc conditionem consenserunt, dum nec in facie Reipublicae, nec in Actis Varsaviensibus contra huiusmodi adeo publicas, adeo solemnes protestationes reprotestati sint. Concluso conventu Generali Electionis, Rex neo-electus, Vladislaus IV, recursum fecit ad Summum Pontificem, approbationem dictae Concordiae seu punctorum pacificationis est flagitatus. Quae sequenti anno 1633, die 2da, 4ta et 5ta Februarii examinata, et pro inapprobabili recognita fuere.

(P.) 1633. + In Comitibus Coronationis Vladislai IV, cum ob defectum Resolutionis Romanae, a qua effectum totius negotii Respublica dependere voluit, Puncta Pacificationis Lege Publica approbari non possent, Vladislaus IV ad componendos tumultus Disunitorum, dedit illis Diploma Assecurationis,

promittens se in futuro Conventu Generali Ordinum Reipublicae dictorum punctorum pacificationis ratificationem ante omnia negotia procuraturum. Contra hoc Diploma Assecurationis Senatores nonnulli, cum Primate Regni, Episcopi Rutheni, et undecim Legati protestati sunt ea unice de causa quod Diploma Assecurationis expeditum a Rege fuerit non expectato Sedis Apostolicae assensu, a quo Pacificatio Disunitorum cum Unitis suspensa fuit. Haec protestatio Actis Castrensibus Cracoviensibus oblata reperitur sub die 10 Martii anno 1633. Hoc tamen impedimentum amoveri studens Vladislaus IV per suum Legatum, quendam Valerianum Capucinum, apud Summum Pontificem egit ut emendatis, immutatis et reformatis, tum *Punctis Pacificationis* quam Diplomate Assecurationis, consensum suum Sedes Apostolica impertire velit, ad effectum constituendae inter Unitos et Disunitos pacis, a qua salutem Reipublicae pendere asserebat. Negotium itaque emendationis, et reformationis tam Punctorum Pacificationis quam Diplomatis a Sede Apostolica eidem Valeriano Capucino demandavit. Confectum a Valeriano opus commissum fuit Sacri Apostolici Palatii Magistro, ut ille ea quae in correctione Valeriani deficerent suppleret. Tandem examini Sacrae Congregationis Propagandae Fidei praepositae subiectum, excusso rerum pondere, die 20 Martii anno 1634 decisum fuit: Quod cum Puncta et Diploma Assecurationis non solum ut primum conscripta fuere, sed etiam prout a Valeriano Capucino emendata, et a Magistro Sacri Palatii manifeste juri naturae, Divino et Ecclesiastico repugnent, nullatenus approbari ab Apostolica Sede possunt. Proinde tam Nuncio quam Episcopis utrique Ritus demandatum fuit, ut approbationi (f. 130) eorundem se opponerent, non modo ratione manifestae injustitiae iisdem contentae, verum etiam ex motivo interpositae a Republica conditionis non procedendi ulterius in hac materia sine expressa Sedis Apostolicae facultate.

(Q.) 1635. + In Conventu Generali Statuum Reipublicae, ingruente extremo Reipublicae periculo, dum Disuniti omnes Patriae opem subtraherent, imo et Consilia publica interturbarent, coactus fuit Vladislaus Rex eorum postulatibus deferre et Puncta Pacificationis Lege Publica firmare. Contra hanc Constitutionem non modo omnes Senatores Catholici, ex spirituali et saeculari statu Legati complures, cum ipso Ordinis Equestris Mareschalco, verum etiam Ill. mus Nuncius Apostolicus, pro tunc Honoratus Vice Comes solemniter protestati sunt super invaliditate hujus Legis, uti evidentem Unitis injuriam asserentis, per vim in extremo Reipublica discrimine extortae, et sine facultate Sanctae Apostolicae Sedis conditae. Protestatio Ordinis Senatorii, et Equestris in eo, quo nunquam copiosiorin Actis Reipublicae legi potest libere vetantium numero, Actis Castrensibus Varsaviensibus consignata fuit, Feria 5ta ante Dominicam Judica proxima, Anno Domini 1635. Nuncius Pontificius suam protestationem obtulit ad Acta Metrics Regni Feria 3tia post Dominicam Passionis proxima, eodem anno.

(R.) 1635. + In modo dicto Generali Conventu Reipublicae, in sequelam conditae Legis *Puncta Pacificationis* approbantis, certa Privilegia, seu Diplomata in utramque tam Unitorum, quam Disunitorum partem Rex Vladislaus edidit, die 14 Mensis Martii. In diplomate Unitis dato expresse declarat « quod

cum ad defensionem Reipublicae, et aliorum negotiorum conclusionem, aliter deveniri non potuerit, coactus fuit connivere Disunitis propter bonum publicum, non in vim approbationis jurium schismatis ». Ulterius, in eodem Diplomate, difformiter a Punctis Pacificationis modum pacis inter Unitos et Disunitos servandae constituit, et disposuit: *1mo*, Monasterium Kijoviense Vidubiscense, Unitis per Puncta Pacificationis assignatum omittens, nullam ejus mentionem fecit; *2do*, Monasterium Grodnense, per Puncta Pacificationis Disunitis designatum, Unitis attribuit; *3tio*, Monasterium Mohiloviense Sancti Salvatoris in Cathedram Novi Episcopatus Albae Russiae pro Disunitis erecti assignatum penes Unitos reliquit; *4to*, Polocia et Novogrodeco excedere jussit. Hoc sane Diploma eodem, quo et Constitutio Puncta Pacificationis approbans robore est praeditum, et parem ipsi Constitutioni vim Legis obtinet; est enim ejus clara, et expressa in Constitutione facta mentio, uti medii Puncta Pacificationis exequentis. Relinquimus utique in medio uniuscujusque viri Legum Poloniae gnari recto indicio decidendum: An dicta Pacificationis Puncta, eaque confirmans Constitutio, et executorium memorata Constitutione firmatum Diploma, uti tot contradictionibus involuta, et invicem se destruentia, violenter, in extremo Reipublicae periculo extorta, per convenientiam, non in vim ullam approbationis jurium edita, vim Legis habere et pro (f. 130v) vera Lege reputari possent.

(S.) 1641. + Duae Constitutiones injuriosae Unitis in Conventu Generali stabilitae fuerunt: *1ma*. Sublatum fuit Forum compositum judicii in causis Unitorum cum Disunitis, Lege anni 1609 praescriptum et tales causae Judicio relationum Regio addicta erunt; altera, etsi Episcopatus Premisliensis Unitis restitutus fuerit, Monasteria tamen Lauroviense, et Smolnicense cum eorum bonis, et fundis Disunitis applicata fuerunt. His Constitutionibus, dum in facie Reipublicae legerentur, Stanislaus Radziwill Cancellarius, et Casimirus Sapieha, Mareschalcus Magni Ducatus Lithuaniae se opposuerunt, sed cum non obstante hac oppositione dictae Constitutiones indebite volumini Legum insertae fuissent, Mathias Lubienski, Primas cum Posnaniensi, Luceoriensi, Premisliensi et Kijoviensi Latini Ritus Episcopis, Cancellario, et Mareschaleo Magni Ducatus Lithuaniae in Actis Metrices Regni protestati sunt, die 12ma Februarii 1642 anno. Similem protestationem suo, et ombium Episcoporum Ruthenorum nomine iisdem Actis consignavit die 8va Martii, eodem anno, Antonius Sielawa, Metropolitae totius Russiae.

(T.) 1649. + Vita functo Vladislao IV, Rege, Gubernaculis admotus Joannes Casimirus, in exordio excitatorum a Bohdano Chmielniccio tumultuum, qui occasionem praebuere succedenti atrocissimo et ignominiosissimo Reipublicae cum suis subditis Cosacis bello, quod ut supprimeret Joannes Casimirus elementia, et patratorem facinorum oblicione uti constituit et insignia Supremi Cosacorum Ducis Bohdan Chmielniccio per Adamum Kisiel, Palatinum Kijoviensem transmissit, quo facto in majorem superbiam datus cum extremo Regni sui vilipendio scelestus perducitur, Supremum se Russiae Principem nuncupavit, et adscitis in societatem Tartaris inopinate exercitum Polonorum aggressus in eas angustias redegit, ut nisi Rex Joannes Casimirus, mota

nobilitate, obsesso exercitui suppetias attulisset, integrum exercitum captivum abduceret; adveniente Rege fusus cum exercitu, et ex acie pulsus cum eum Tartari derelinquere meditabantur, pacem a Rege petiit, et obtinuit adeo faciliter, ut Rex Joannes Casimirus, loco opportuni cum rebelle rigoris, in omnes cum summa fidei Catholicae injuria conditiones consentit; etiam Episcopatus vix non omnes Nonunitis adjudicati, gratiae et favores insoliti declarati et, privilegio in Comitibus anno 1650, die 12 Decembris, edito, omnia haec in spem promissae fidelitatis confirmata, sed nec annus expiravit cum novum rebellionis exarsit incendium, quod, superato feliciter circa Betesteczum Chmielniccio, in parte suppressum, sed non extinctum, novam contra Unitos excitavit persecutionem. Cum enim post mortem Chmielniccii electus a Cosacis in Ducem Joannes Wyhovseius fidem, et subjectionem Reipublicae offerret, Stanislaus Casimirus Bieniewski Volhinae, et Casimirus (f. 131) Ludovicus Jewlaszeuski Smolenscensis Castellani, designati Commissarii, Pacta cum ipso ad Hadziacz composuerunt, Anno Domini 1658. Quibus Unio Sancta sublata, Episcopatus, Monasteria, Beneficia Nonunitis adscripta, nova creata Monasteria, Episcopis non unitis stalla in Senatu assignata fuerunt, per quae a Punctis Concordiae Vladislavianis ipsimet non Uniti recesserunt; siquidem quod per praedicta Puncta inter Unitos, et non Unitos divisum erat, hoc totum per Pacta Hadziacensia non Unitis remansit.

Haec Pacta Hadziacensia Volumini Legum inserta, a Rege, Primate, et Ministris in spem conservationis avellendorum Czeniechoviensis, Smolenscensis et Kijoviensis Palatinatum juramento firmata, et Autoritate Comitiali approbata, propter inconstantiam, et perfidiam Cosacorum effectum non sunt consecuta, et quamvis Commissio Czudnoviensis videbatur aliquo modo illa confirmare, sed Respublica tot vicibus a Cosacis defraudata, et delusa.

(U) 1661. + Per datum scriptum ad Archivum Constitutione approbatum nec non pro perpetua Lege habendum, omnes gratias et favores in Pactis Hadziacensibus praestitos in paenam perduellionis Respublica sustulit, et abrogavit, hoc vero quod Ordinem spiritualem concernit ad Unitos transtulit, cum explicatione: quod nomine primitivae Religionis Graecae non Nomuniti, sed Rutheni Ritus Graeci, cum Sede Apostolica Romana conjuncti intelligi debent. Haec ipsa constitutio in Comitibus annorum 1662, 1667 et 1668 reassumpta, et approbata fuit.

(W) 1667. + Constitutio Comitialis bona spiritualia Ritus Graeci, et Domus Parochorum saecularium ab omnibus oneribus, et stationibus liberavit.

(X) 1668. + Joannes Casimirus Rex reassumendo singula Privilegia Praedecessorum suorum, Regum Poloniae, Alexandri (B), Sigismundi I (D) et confirmationem eorundem Privilegiorum per Stephanum Bathorem in anno 1585, die 22da Februarii, Varsaviae in Comitibus datas, nec non Sigismundi III (F) supra specificata, et Rescripta pro immunitate Fundorum in Civitatibus Regalibus sitorum ad possessionem spiritualium Ruthenorum spectantium Gasztoldi, Palatini Vlnensis, Sigismundi I mi, Sigismundi Augusti, Sigismundi III (Litt. F.) specificatum confirmavit, et approbavit in Comitibus Varsaviae, die decimanona Augusti.



(Y.) 1668. + Joannes Casimirus Rex Jus administrationis vacantium Majorum Beneficiorum Metropolitae Russiae unitis in perpetuum privilegio suo contulit in eisdem Comitibus Varsaviae, die 19 Augusti.

(Z.) 1668. + Sub interregno Generalis Confoederatio jura omnia Unionis Sanctae praecustodivit, et illis nemini denegare permisit, Apostatas a Religione Unitorum punire injunxit. Haec Constitutio ab omnibus subsequentibus Confoederationibus (f. 131v) usque ad ultimam, in anno 1764 celebratam, est reassumpta.

(AA.) 1668. + Rex Michael ambo privilegia Joannis Casimiri supra (Litt. X et Y) notata in Comitibus Coronationis suae approbavit, quae postea successive confirmarunt Joannes III, Augustus II, et Augustus III.

(BB.) 1699. + Augustus II nominationem pro Episcopatu Albae Russiae, a Seraphione Polchowseio obtentam, cassat, cum Episcopatu praedicto, rescripto suo, et regimen spirituale Ill.mo Marciano Biallozor, Archiepiscopo Polocensi, tanquam legitimo hujus Dioecesis Pastori, adjudicat, Varsaviae, die 9na Augusti.

(CC.) 1710. + In Magno Consilio Varsaviensi, cum ad instantiam Petri Magni, Imperatoris Rossiae, per Principem Dolhorucki, Legatum extraordinarium, et Plenipotentiarium, Tractatum inter solum Ioannem III et Imperium Rossiae in Anno Domini 1686 conclusum, in Volumen Legum Respublica inserire concederet, approbaret et confirmaret, non praetermisit sequentem addere conditionem, et clausulam: « Salva integritate Fidei S. ae Catholicae Romanae utriusque Ritus Latini, et Graeci juxta statum, et conditionem, in quibus ad praesens reperitur ». Dum eo tempore jam Dioecesis Luceoriensis, Leopoliensis et Premysliensis Unionem Sanctam profiterentur, Episcopatus vero Albae Russiae a Rege Augusto II, Rescripto supra (Litt. BB) specificato, tunc scilicet cum praedictus Rex Tractatu Grzymultovicensi nondum esset obstrictus, cassatus esset.

## 20.

*Polocia, 28 . X . 1770.*

*De concordia stabilienda inter Metropolitam Wolodkowycz et suos Coadiutores; partes Smogorzewskyj, et de persecutionibus cleri Polocensis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 90, f. , 209 - 210,

Copia della Lettera di Monsignor Smogorzewski, Arcivescovo di Polocki, scritta all'Illustrissimo Signor Canonico Ghigiotti, li 28 Ottobre 1770 di Polocko.

Ill.mo e Rev.mo Signore, Signore Padrone mio Colendissimo.

In risposta al gentil foglio, di cui V. S. Ill.ma e Rev.ma sotto li 8 del cadente si è compiaciuta onararmi, non le posso negare, che io non fossi stato l'ultimario mediatore della celebre convenzione fra Monsignor Metropolitanano e li due di lui Coadiutori, nel fine dell'anno 1767 stipulata,<sup>62</sup> conforme ella potrà sincerarsene

<sup>62</sup> Cfr. *Epistolae Metropolitanarum Kioviensium Catholicorum*, vol. V, Romae 1965. Agitur de Metropolita Philippo Wolodkowycz et de eius Coadiutoribus Metropolitanano - Leone Szeptyckyj, et Volodymyriensi - Antonino Mlodovskij.

meglio da S. E. Monsignor Gran Cancelliere del Regno, nelle di cui mani tutti gli strumenti di essa furono allora depositati; quindi non avendone io presso di me alcun autentico, non sono al presente in stato di trasmetterlene alcun estratto. Pronto però all'altra di lei richiesta ubbidisco esponendole schiettamente ogni particolarità dell'innegabile seguente fatto.

Monsignor Visconti nei giorni del suo Ministero <sup>63</sup> ebbe gli ordini precisi dalla S. Sede per indurre, ed anche obbligare Monsignor Metropolitano, acciò dimettesse il governo spirituale e temporale delle sue diocesi alla cura dei propri rispettivi Coadjutori, attese non so quali doglianze contro di esso avanzate.

Furono tali ordini dall'impareggiabile Ministro Apostolico notificati al Metropolitano e più volte anche a me dalli di lui Coadjutori nella Reggia comunicati. Ebbi allora campo di rappresentare al savio Ministro, come pure alli Coadjutori l'inconvenienza e l'ignominia di forzar il Prelato a ciò, che potrebbe, e vorrebbe di buona grazia da se stesso prevenire, siccome lo stato della di lui età, e delle Diocesi pareva sino d'allora molto richiedere specialmente nelle circostanze della ribellione in Ukraina. <sup>64</sup>

Sotto l'odierno Ministero di S. E. Monsignor Durini cresciute e peggiorate le querele contro il Metropolita, giunsero sino all'Ambasciatore Russo, sino alla Dieta Generale, sino al Regio Trono, e ci produssero tanto timore delle ulteriori denigrazioni, disgrazie, querele che ciò non si poteva più riguardare con indifferenza.

*Mohiloviense*: Provincia *Rohaczoviensis*: Ecclesiae parochiales 1, domus patrumfamilias 37; viventes viri 271, mulieres 246; nati viri 3, mulieres 3; desponsati viri 2, mulieres 2; mortui viri 1, mulieres 0; traducti a ritu et avulsi ab unione catholica 0.

SUMMA: Gubernium *Pskoviense*: ecclesiae parochiales 159; domus patrumfamilias 39842; viventes viri 155365, mulieres 149202; nati viri 6107, mulieres 5551; desponsati viri 3653, mulieres 2708; mortui viri 4882, mulieres 3776; traducti a ritu viri 76, mulieres 40; avulsi ab unione catholica viri 101, mulieres 100.

Gubernium *Mohiloviense*: ecclesiae parochiales 274; domus patrumfamilias 42260; viventes viri 147954, mulieres 143333; nati viri 5303, mulieres 4864; desponsati viri 2550, mulieres 2372; mortui viri 5076, mulieres 4234; traducti a ritu viri 215, mulieres 155; avulsi ab unione catholica viri 226, mulieres 261.

FACIT: *Summa in Rossiaco Imperio*: ecclesiae parochiales 433; domus patrumfamilias 82102; viventes viri 303319, mulieres 292535; nati viri 11410; mulieres 10415; desponsati viri 6203, mulieres 5080; mortui viri 9958, mulieres 8010; traducti a ritu viri 291, mulieres 195; avulsi ab unione catholica viri 327, mulieres 361.

*In Regno Poloniae*: ecclesiae parochialis 165; domus patrumfamilias 23668; viventes viri 86079, mulieres 83221; nati viri 1938, mulieres 1856; desponsati viri 949, mulieres 879; mortui viri 1148, mulieres 1099; traducti a ritu viri 156, mulieres 189; avulsi ab unione catholica viri 1, mulieres 12.

SUMMA in tota *Archidioecesi Polocensi*: ecclesiae parochiales 598; domus patrumfamilias 105770; viventes viri 389398, mulieres 375756; nati viri 13348, mulieres 12271; desponsati viri 7152, mulieres 5959; mortui viri 11106, mulieres 9079; traducti a ritu viri 447, mulieres 384; avulsi ab unione catholicaviri 328, mulieres 373.

*Tabellas has Nuntius Varsaviensis die 27 ianuarii 1773 Romam transmisit, cum suis adnotationibus, ex quibus haec notare iuvat: « Secondo lo stato che, appena qui giunto mi procurai da Monsignor Arcivescovo di Polocko, la Dioecesi, che è ora caduta in potere de Russi, contiene Decanati 20, parrocchie 468, villaggi 7538, famiglie 91336, anime circa 608042. Quella che rimane in Polonia è di Decanati 7, parrocchie 131, villaggi 2005, famiglie 21673 e anime circa 159758. Della Diocesi di Livonia, che tutta è assorbita negli acquisti Russi, non ho peranche una informatione esatta; ma a quel mi asserisce Mons. Vescovo contanvisi m. 30 cattolici. L'Arcivescovo greco di Smolensco circa 60 Parocchie, e il Vescovo latino 7 ».*

## 31.

*Petropoli, 27 . XI . 1772.*

*Archiepiscopo Tveriensis non catholico homagium exhibet et de colloquio habito quaedam iungit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 278.

Archiepiscopus Polocensis Platoni Archiepiscopo Tverensi,<sup>76</sup> super Formula Eucharistica.

Petropoli, 27. Nov. 1772.

Febricula detentus in lecto, cum vivorum adhuc destituar conversatione, mortuorum proinde eloquia libentissime revolve; e quibus pauca Tibi, humanissime Antistes, in adjunctis et propria mei manu descriptis lineolis exhibeo, ut firmiorem promerear fidem, scilicet me, ultimo solis die, ad aedes Nevenses, de Forma Eucharistica, non frustra disseruisse. Haec, Praesul dignissime, rogo, amica excipias mente, probatam in me animi Tui benevolentiam ne contrahas, simulque credere digneris me nunquam defuturum, veluti plena veneratione permaneo. Add.us et obsequentissimus Servitor.

JASON, Archiepiscopus Polocensis.

## 32.

*Petropoli, I . 1773.*

*Declaratio Archiepiscopi de sua fidelitate in fide catholica et de obedientia versus novum Gubernium.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 281.

Nota Archiepiscopi Polocensis Comiti Czerniszewio, Russiae Albae Generali Gubernatori, exhibita Petropoli 1773, Ianuarii Mense.

---

<sup>76</sup> Agitur de Archiepiscopo Tverensi dissidenti, Platone, Membro Sanctae Synodi Petropolensis, cum quo Smogorzewskyj conversatus est tempore suae commorationis in hac urbe.

L'Arcivescovo di Polock, se nelle più atroci circostanze ha saputo esemplarmente e con vero zelo conservare sempre la fedeltà al suo passato Monarca, in oggi con maggior fondamento spera di poterla testificare all'augustissima Sovrana sua cogl'atti precisi d'un suddito, di cui le obbligazioni anche per la Religione stessa ignorar non puole. Ubbidirà perciò egli a tutte quelle ordinanze, che S. E. il Sig. Conte Governator Generale della Russia Bianca per parte di S. M. Imp. jure gli trasmise; desidera soltanto, e supplica ardentissimamente l'espositore, che a tenore del XIX Articolo dell'Imperial Regolamento, prima a chi conviene scrivasi, per la Delegazione Canonica del gius Spirituale; mentre la sola mancanza di esso incontrastabilmente bastaria per condannare ogn'operato nell'altrui Ovile, intorbidarebbe la coscienza delle Pecorelle di Christo, di più invaliderebbe l'uso de' SS. Sacramenti, e finalmente, senza portare verun vantaggio per la gloria del Impero, mille censure canoniche adossarebbe all'Arcivescovo supplicante, che per impulso della propria coscienza, per carattere del suo Pastorato, e per obbligo della Religion Cattolica, deve ischivarle, etc. etc. ...

## 33.

29 . I . 1773.

*Relatio de eventibus Polocensibus, de modo agendi PP. Soc. Jesu, de ordinatioribus novi Gubernii moscovitici, etc.*

ASV, *Nunz. di Varsavia*, vol. 141, foll. 75-77.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., e Ruteni*, vol. 11, fol. 75-76v.

29. Januarii 1773.<sup>77</sup>

Polocia ad nos scribitur: 1<sup>o</sup>, ob magis ostendendam ipsi gratiam Caesaream, ordinavit Serenissima Imperatrix, ut semper Petroburgi circa Aulam resideat Archiep.us Polociae Rnds.mus Iason Smogorzewski, cui liberum erit quater quovis anno invisere suam Dioecesim. Aequaliter Petroburgi perpetuo debet residere Ep.us Schismaticus, qui nunc vices supplet Patriarchae. Haec videatur exhibitio magnae gratiae; ast in re est politicum inventum, potestque revera vocari: Captivus Status, hoc est ex rationibus Status.

2<sup>o</sup>. Post dictam nuper tempore Homagii Orationem in lingua Polona, iterumque die S. Catharinae a R.do Patre Katebring S. J. Polociae, tantum plausum hic R. Pater tulit, ut fit ab Imperatrice denominatus in avulsis Provinciis (si non fors in toto imperio) primus Concionator (f. 75v) cum pensione annua 300 Rubel advitalitia. Pruthenus est natione, seu Varmiensis, memoratus R.dus Pater.

3<sup>o</sup>. Hucusque circa totam possessionem foundationis conservantur RR.di Patres S. J. Polociae, ac in singulis caeteris locis aequè conservantur quei Religiosi, ac saeculares spirituales in terris avulsis. Riga supplicavit Petro-

<sup>77</sup> Est quaedam relatio de rebus Polocensibus, quae forsàn auctorem habet Smogorzewskyj.

burgum Superior Missionis R.us P. Isidorus Schmidt, Ordinis Reformatorum S. Francisci, quatenus ipsi liceat habere fundum extra civitatem pro Coemeterio Catholicorum totum, qui hucusque in arena sepulti sunt promiscue cum schismaticis, aliisque Haereticis. Responsum advenit ante binas septimanas favorabile; facultas concessa Catholicis circum circa locum sepulturae dare sepem. Ob inopiam executionis, misit praefatus R.us P. Misionarius Riga literas ante aliquot dies apertas in Livoniam quondam Polonicam suppli (f. 76) catorias ad Nobilitatem petendo vel trabes, vel asseces, vel portionem pecuniae pro sepe arigenda; etiam domus ibi erigi ipsi permittitur pro securiore custodia.

Die Epiphaniae D.ni seu 17 Ianuarii advenit Petroburgo ad Gn.lem Gubernatorem Rigensem publicanda Ukaz (edictum), in qua statuitur, ut fit specialis E.pus latini ritus habens omnem jurisdictionem supra Clerum saecularem et regularem (perpetuo residens) in omnibus, non tantum nunc avulsis, sed etiam aliis Provinciis per universum Moschoviae Imperium.<sup>78</sup>

1°. Quatenus ordinet Clerum, Olea sacra consecret, Confirmationis Sacramenta conferat.

2°. Ut dijudicet singulas res ad Forum spirituale spectantes, etiam Matrimoniales, absque exceptione, attamen adjecta conditione.

3°. Ut non liceat ab eo appellare ad ullam Nunciaturam, vel ad SS.mum Pontificem, sed si (f. 76v) quis gravatum se senserit, illi liberum erit appellare ad Majestatem, seu ejus Ministerium, hoc est ad Senatam Petroburgensem.

4°. Licetum erit E.po Catholico (denominando paulo post) acceptare omnes Bullas et Brevia Papalia pro dioecesi sua, attamen non publicare, nisi habito desuper consensu a Majestate seu Senatu. Verbo, sicuti in Gallia ita per totum Imperium Moschoviae Ep.us Iurisdictionem habebit. Haec sunt omnia certissima; quaesivit ante aliquot dies Gubernator Gn.lis Rigensis, ubi nam moretur R.us D.us Ep.us Livoniae, et cur in dioecesi sua non resideat, ac sacra instituti sui peragat? Responsum ipsi: utrumque non constat. Tandem informavit Aulam suam. An ipsi hoc interrogare injunctum? Ignoratur.

Post publicatam concessionem caemeterii proprii habendam, eamque septam Catholicis, ac quod (f. 77) Ep.us erit specialis Livoniae, exercens Iurisdictionem Ep.alem supra omnes Catholicos, incredibile est, quantum fremant stridentes dentibus Rigenses, nempe Magistratus, et seniores Civitatis, e quorum manibus iurdictio spiritualis nunc actu erepta est supra Catholicos. Similiter erepta Revalensibus, Derpatensibus etc. etc. per Livoniam et totam Moschoviam.

Adhuc anno praeterito inter binas personas Catholicas (hominis unius

---

<sup>78</sup> Revera talis Archiepiscopus postea devenit Stanislaus Bohusz Siestrzencewicz (inde ab anno 1778 fere independens ab Episcopo Vilnensi), qui anno 1784, 29 ianuarii, obtinuit pallium Archiepiscopi Mohiloviensis. Obiit die 1. XII. 1826. Consecratus fuit die 1. XI. 1773, et iam anno 1774 proclamat se episcopum Albae Russiae. Potestati civili nimis connivens in damnum disciplinae catholicae.



caeterum nequam) matrimonium validum Magistratus Rigensis divortiavit, ac dissolvit haereticali more quoad vinculum, quod hucusque non poterat impedire Gubernator Gn.lis, quia Magistratus conservabatur a Majestate circa omnem jurisdictionem spiritualem supra Catholicos, ejus tandem finis advenit.

## 34.

*Papin, 23 . II . 1773.*

*Excusatur de interruptione in referendo de rebus ecclesiasticis, de visitatione decanatum, etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, fol. 74rv.

Eccellenza Reverendissima.

Non ha bisogno Vostra Eccellenza, che jo mi diffondi nel rappresentarle, per quali motivi sul principio del cangiato qui Governo mi sono sì longamente astenuto dal carteggio a codesta volta; proviene egli unicamente dal timore, dalla prudenza, e dal giusto desiderio di guadagnar mi qualche credito. Ciò non ostante, allestisco per V. E. tutte le relazioni del mio operato, e glene inviarò per qualche canale il più sicuro; frattanto V. E. potrà informarsi dal Signor Conte Casimiro Plater, starosta di Düneburg, fedele mio compagno nella consaputa Capitale, quanto mi è riuscito di conciliarmi gl'animi di quelli Signori, e ciò mi basta per la prima volta.

Presentemente mi trovo in questo mio Prediolo, 2 leghe lontano da Smolany, nel distretto d'Orsa; conferisco co' più vicini Decani, per venire meglio in cognizione dello stato presente di queste Chiese, e già ho' scoperto in alcune enunziarsi in Divinis il Sinodo di Russia, circostanza veramente scandalosa ma non già tale, che non ammetta rimedio, perchè promanata da sola ignoranza, e da vile imposizione.

Domani m'istradarò alla volta di Mohilovia colla visita a quel Generale Kochowski, procurerò persuaderlo della necessità di proteggere l'Unione santa dall'impeto de' contrarij, e farò a buon fine tutte le Civiltà anche a Monsignor Koniski.<sup>79</sup>

Con l'occasione, che incidentalmente fa per di quà passare il Segretario della Posta di Bieszenkowicze, azardo la presente, e la chiudo dichiarandomi (f.74) anche con giuramento, qualmente sono e sempre sarò con piena venerazione e costantissima fedeltà,

Di Vostra Eccellenza R.ma devot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Archiv.o di Polock

Papin, 23 Feb.o 1773.

---

<sup>79</sup> Georgius Konyskyj, Episcopus Russiae Albae inde ab anno 1754. Famosus vir, orator et scriptor, alumnus Academiae Kioviensis, dein magister (1745), rector (1752). Ab anno 1784 archiepiscopus Mohiloviensis. Obiit an. 1795.

## 35.

Strunie, 18 . III . 1773.

*Negotium decanatum districtus Rzeczycensis, qui in confiniis Moscoviae nunc inveniuntur, et de aliis ecclesiis, quae extra haec confinia remanserunt. Expositio facti, declaratio iuris, provisio, cum projecto decreti et delegationis potestatis, etc.*

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 139-142.

Litterae Ill.mi Archiepiscopi Polocensis ad Rev.mum Provincialem Lituaniae Ordinis S. Basilii M.

18 Mar. 1773. — Rev.me Pater... Potestas Saecularis denuntiat, ut omnes Ecclesiae Unitorum intra hodiernae hic Regentiae Limites sitae ad me pertineant; ego de manu saeculari non possum habere jurisdictionem Spiritualem in alienum Ovile, quomodo igitur eandem in notis alienis Decanatibus potero exercere, multo magis alteri delegare? Scripsi ad Excl.mum Metropolitam suadendo, ut mihi commendet secrete suam in illos jurisdictionem; certusque sum quod Dominans Potestas crederet, me exercere Pastoratum juxta suam denuntiatam voluntatem; reipsa vero exercerem ut delegatus secretus. Verum tamen, Deus novit, quemadmodum id excipiet Excell.mus Metropolita, quid et quando rescribet? eo autem temporis Clerus insanire poterit. Illud unicum restaret medii, ut ipso facto inchoarem meam ibidem jurisdictionem, qua vicinior Gregis derelicti, nihil quidquam de hoc motivo innuendo, quod Dominantem laederet; Sed quis illis Presbyteris idem secrete explicabit? An non possit ad id muneris aliquis adaptari Religiosus? An non succederet, si, sine explicatione motivorum, delegarem ad eas oras Patrem Officiale Mscislaviensem, quatenus ille meam in illos denuntiaret jurisdictionem? Fortassis, scientes talem Aulae Dispositionem, non abhorrebunt; hoc autem maneret palliatum quod titulo vicinitatis desertum excipio Clerum, atque sub meum redigo regimen? Rogo recogitari ea, quantocumque suam mihi aperire sententiam. Hoc opus, hic labor, quod ab Octobri pertimescebam, ac pertimesco etiamnum scribere ad Excell.mum Nuntium, siquidem et in Imperiali Urbe erant, et hic etiam sunt mearum litterarum custodiae. Plurima ibidem deferenda habeo; et ab his me terret illud, ne in suspicionem deveniam, fideique detrimentum faciam. Vale, veni (f. 139v) hic, et crede addictissimae existimationi, qua sum Rv.mae Paternitatis, etc. etc.

\* \* \*

Strunie, 20 Martii 1773. — Rev.me. Pater, etc... Video comprehendere tandem Paternitatem Suam ex mea ultima Epistola, quod nullum formale ad alienum Ovile jus possidens, aliis illud communicare nequeo. Si autem Ill.mus Archiepiscopus Smolenscensis<sup>80</sup> gaudet sibi comissa ab Excl.mo Domino Nuntio

<sup>80</sup> Josephus Lepkovskyj (1771-1777). Agebatur de s. d. Decanatibus Rohačevensibus, qui post divisionem Regni Poloniae cesserunt in dominium moscoviticum, et proinde ab eparchia Metropolitana avulsi erant.

in Metropolitanum Russicis Limitibus inclusum Clerum Potestate, hanc igitur a me exigere non potest. Vitupero eis, qui non collato mecum in supervenientibus, hisce in oris, aliis aliisque respectu Spiritualium circumstantiis, consilio, induxerunt fervide Excl.mum Nuntium ad dictam Delegationem, quae certe compromitteret Sedis Apostolicae Authoritatem, praejudicaret quieti Ill.mi Archiepiscopi Smolenscensis, et denunciata novi Regiminis mandata extolleret ad extremam duritiem, me vero conjiceret in Aulae suspicionem omnes Libertates nostras tollentem, quibus adhuc dum Unio S. quamvis non eo, quo cuperemus, modo ornata manet. Data mihi sunt Petropoli mandata, quatenus has omnes Universae Albae Russiae disponerem Ecclesias, quas a Metropolitana Dioecesi novi Russici Domini distinxerunt Limites; ast, quae mea intersunt, prae oculis habens, tradidi, cujus referebat Memoriale, in quo explicavi, magis necessariam esse Superiorum sollicitudinem, ut Potestas Spiritualis voluntatem Saecularium Authoritate hac instruat, qua regam alienum {Ovile. Necdum potior in id resolutione. Atque illud est, illud, quod me in alienam messem mittere falcem perterebat. Adhuc Petropoli de his omnibus certior reddere Excl.mum Nuntium *de istis omnibus* volebam, consulendo, quatenus jurisdictio tota in avulsas a Metropoli ecclesias mihi secrete delegaretur, ut appareat (f. 140) nulla Saecularibus Dispositionibus refragatio, et omnis magni momenti spiritualium in aliena Pascua jurisdictionis effectuum roboratio. Verum quid? In lubricis orarum et temporum circumstantiis pertimescebam, atque etiamnum pertimesco scripta mea Postae concredere, perspicuens praecipue sollicitas circa illa vigilias! Allicit me Paternitas Vestra offerendo propriam curam ad transmittendas meas Excl.mo Nuntio litteras, sed id audere nequeo, donec oretenus cum illo consilium caepero. Nunc autem per Christi Viscera obsecro, quatenus et has meas ad se missas litteras per Monasteria obvia Cleri obeundorum momentum. Unum porro necessarium, ut occupatus Clerus Metropolitanus non sine dependentia remaneat, et ex Petrino Ovili errans non exiliat, afflictionem Ill.mo Smolenscensi Archiepiscopo, mihi, et Apostolicae Sedi, consequenter negotiis Fidei, non causet. Huic occurrendo scripsi Mohilovia ad Ill.mum Metropolitanam suadendo, quatenus jurisdictionem in annexum his oris Clerum suum mihi secrete conferat; sed quis spondebit, quod litterae tuto transibunt, excipientur, atque effectum sine mora sortientur? Adfirmat Sua Paternitas, prolongatam jurisdictionis destitutionem debilitare in laudato Clero Fidem, atque in periculum coniicere: in ea igitur clade non aliud excogitavi remedium, quam tuta conscientia, jure vicinitatis, e motivo charitatis ac prudentiae, ipso facto extendere jurisdictionem meam in Clerum derelictum, et omni possibilitate ad proprium recurrendi Pastorem destitutum. Conficiam, et quantocius mittam ad manus Suae Paternitatis Instrumentum, quo adjungam ecclesias et clerum metropolitanum meo, quemadmodum proxime adjacet, Mscislaviensi Consistorio, idque Regiminis et justitiae administrandae gratia. Quoad Pontificalia vero committam illum Ill.mo (f 140v) Archiepiscopo Smolenscensi, prout itidem viciniore. In Instrumento quoque nec Saecularium mandatorum, nec specialis delegationis, nec vicinitatis juris, nec motivorum charitatis mentionem faciam. Volo etenim, ut quivis pro libitu suo de meo judicet

progressu, atque ita Potestas Dominatrix credet me agere in sequelam mandatorum suorum, clerus et populus similiter judicabit, et contradicere non audebit; ego vero ex motivis praeallegatis, quae ad cautelam extrinsecam et conscientiae pacem Officiali meo singulariter pandam, tutus in conscientia manebo, derelicto Gregi inserviam, atque insanientibus capitibus vel in eo satisfaciam, quod vicinum supra se officium, et non dissita Pontificalia habebunt. Praeterea ad pleniorum ipsorum satisfactionem interdicam Officiali meo, ne novum Clerum ad onera huiusmodi Dioeceseos ferenda stimulet; ac injungam, quatenus ex iisdem ipsis seligat talium virtutum et talentorum Presbyterum, qualem ibidem elevare in iudicem subrogatum, a Consistorio Mscislaviensi pendente, possim. Intendebam equidem haec, quae divido, in unicum Ill. mum Archiepiscopum Smolenscensem transfundere; verum continuit me ab hoc debilis dignissimi Praelati valetudo, saepe mutari solita ejus residentia, impossibilitas, qua ad Mozyrensem, qua ad Rzeczycensem Districtum, maxime ad exitum hiemis, accessus; maxime vero inconvenientia recurrendi ad novam jurisdictionem per territorium antiquioris. Obsecro haec omnia recogitare bene, dum eodem tempore Projectum Instrumenti atque jurisdictionis facere incipio, atque Suam Paternitatem certiorum reddo, quod non desinam esse, qui tenerimo cultu maneo

Rev. mae Paternitatis, etc. etc.

\* \* \*

Strunie, 28 Mar. 1773. — Rev. me Pater, etc. ... Projecti mei copiam, quantum ad mundum transcriptam, mitto, quatenus Sua Paternitas dignetur sine traductione, quam D. Cancellarius Nunciaturae solito more conficiet, nulla interposita mora Excl. mo Domino Nuntio ad decisionem transmittere, ad quam ultiores (f. 141) passus meos continebo; non enim volo ejus dispositiones invertere, praecipue, cum ibi Paternitas Sua, quamvis in circumstantiis singularissimis, id actionis dissuadeat. Ill. mus interim Archiepiscopus Smolenscensis, si Paternitati Suae ita videtur, pergat in jurisdictione sibi concedita (:Suppressa Delegatione Apostolica, et mei nullam mentionem faciendo:). Si quis autem Ill. mum Archiepiscopum de titulo ejusdem jurisdictionis quaereret, tuto asserat, illam sibi a me tantisper commissam esse, in quo quilibet acquiescere debet. Tum superveniet quoque Dispositio Excl. mi Nuntii, cui etiam meas epistolas in natura communicare rogo, ipse vero scribere non audeo, quousque Suam Paternitatem non alloquar fundamentaliter, vel in Turzec, si ita placebit. Meum Projectum prudentia atque jure innititur, respicit placationem malitiosi cleri, tutamen Authoritatis Apostolicae, et Personae Ill. mi Archiepiscopi Smolenscensis, ac denique introductionem styli orandi in ecclesiis absque mentione Synodi non nostri, atque majorem confirmationem nostrae cum Apostolica Sede Unionis. Perpendat, recogitetque ergo nunc, quicumque vult, melius. Ego vero tutus in conscientia manebo, qui et addictissima aestimatione sum.

Rev.mae Paternitatis, etc. etc.

\* \* \*

Projectum Instrumenti.

Jason Junosza Smogorzewski, etc. Omnibus in communi, et unicuique etc. Explicet sane pro libitu suo humana, de alienis operibus sine fundamento, atque saepius falso etiam judicare consueta, perversitas, nostras pro Christi Ovili sollicitudines, Deus tamen, cuncta animi et internorum conspiciens secreta, convenientissime manifestabit mundo, et ipso edocebit effectu, quod hisce temporibus, quamvis difficilioribus paulatim, nihil intermittimus, quod ad gloriae caelestis augmentum, quod ad conservationem Disciplinae Ecclesiasticae, quod ad salutem animarum tutandam, quod denique ad ipsum Fidei S. Catholicae, et nostrae cum Romana Sede Unionis, solemniter nobis redintegratae, ornamentum (f. 141v), prudens zelus a Pastoralis munere, nostrae vilitati a Deo commisso, exigere potest. Atque ita, quandoquidem sollicitudini nostrae id etiam nunc incumbere incipit, ut ecclesiasticis Cleri et Populi saecularis Rzeczyzensis tractus, jam sub Russiaco Regimine, in Ritu Graeco, et unione cum Romana Ecclesia viventis necessitatibus subvenire sine ulteriori procrastinatione inchoaremus, omnibus ejus commodis pro posse inserviremus, atque Spirituale Regimen ibidem, maximis momentis incitati, potestate nostra stabiliremus. Ea propter nos, praedictas Ecclesias, Clerum Populumque Saecularem, antequam pleniore propter eos adinvenimus ordinationes, ad nostrum Mscislaviense Consistorium, qua Rzeczyzensibus oris vicinius adungere, deliberate constituimus, atque hisce literis nostris ipso facto adjungimus; Rev.mo vero Patri Athanasio Marcinkiewicz, Monacho S. Basilii M., doctrina, virtutibus et meritis ornatissimo, nostrae autem sollicitudinis, illis in partibus, cooperatori et Vicario dignissimo, ad strictam in Rzeczyzensibus oris exequutionem sequentes commendamus obligationes: 1°. Absque mora Rzeczyensem Districtum petere, ibique congregato, Russicis limitibus concluso, in commodiori loco Clero, hanc nostrae jurisdictionis voluntatem communicare et clarissime exponere, ac Professionem Fidei Sanctae Catholicae, solemniter nobis conservatae, nec non fidelitatis SS.mo Papae Romano, tanquam visibili Ecclesiae capiti, Vicario Christi, et vero S. Petri Successori, nostroque Pastoratui debitae, juramentum cum subscriptionibus excipere. 2°. Modum ecclesiasticarum pro Regentibus Ecclesiam Dei, et Dominante in oris Capite, precationum, nostris ad omnes Decanatus etc. ... missis descriptum litteris, exactissimae in tractu Rzeczyzensi observationi demandare. 3°. Visitationem Canonice assignare, et cautissime disponere, hujus vero descriptionem ad nostram Caecellariam tempore opportuno transmittere. 4°. Dispartitiones et Quietationes Dioecesanarum revidere, verificare, et pristino eorum more adimplere mandare, (f. 142) sine ulla ad Cathedralem Mscislaviensem proportionem adactione. 5°. Acolitas, si in praefato Consistorio habiles judicati fuerint, ad Ill.mum Dominum Josephum Lepkowski Archiepiscopum Smolensensem, jam a nobis ad id obsecratum et roboratum, pro suscipiendis ordinibus mittere; in eodem vero Consistorio nostris litteris instituere, cunctarum autem Ordinationum et Insti-

tutionum acta ad finem cujusque anni, ad nostrae Curiae Prothocolia, inserendi gratia, officiose transferre. 6<sup>o</sup>. Deligere ex Clero Saeculari Presbyterum, moribus, humanitate, doctrina, prudentia, hominum existimatione, Cleri dilectione conspicuum, verbo, talem, quali Rzeczyensis surrogationis munus, sub Mscislawiensis Consistorii superintendentia, possemus ad majus harum orarum commodum fructuosius et tutius delegare. Speramus has nostras Dispositiones, accedente Divina Benedictione, justitiam unicuique acceleraturas, remotioribus Dioecesanis nostris omnem commoditatem exhibituras, spiritualem observantiam in ecclesiasticis muniis obtenturas, atque Fidem S. Catholicam nostramque cum Romana Ecclesia Unionem, solemnissime conservatam eo efficacius exaltaturas, quo singularius illae ad salutem humanam vergunt. Dabuntur ad nostram Polocens. Cathedram, die ..., mense Martio, 1773 anno.

## 37.

*Strunie, 1 . VII . 1773.*

*Litterae ad Gubernatorem Mohyloviensem de frenanda insolentia dissidentium in pertrahendis catholicis ad suam partem.*

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 288rv.

Archiepiscopi Polocensis epistola Gubernatori Mohiloviensi data, pro frenanda Disunitorum licentia, qua Unitos seducunt ad Apostasiam. 1 Jul. 1773.

*Traductio.*

Ill.me Domine. — Cum mea Ill.mae Dominationi exhibuerim officia, oretenus explicavi, quod aliqui Parochorum meorum denuntiatione placati perterriti, propriis, contra jurata Deo vota, relictis ecclesijs intra Poionos declinarunt Limites. Ita perterritos quaesivi, nec etiamnum quaerere desisto, compellendo eos spirituali Autoritate ad reditum, ex quibus unus, P. Tarasius Malezonek, mandatis meis constrictus, sistit se hodie coram Ill.ma Dominatione debitum serenissimae Authocratrici nostrae juraturum subditatum, atque postquam id exequutus fuerit, reducendus ad juratum in Czarne ecclesiam per R. Decanum Holowczyzen., si modo Ill.ma D. clementer dignata fuerit, quod enixissime exoptulo, miserum et nimis perturbatum Presbyterum sua reficere protectione, (f. 288v) recommendante Aulae Szkloviensi plenariam ecclesiasticorum fundorum, domiciliorumque restitutionem, ac Incolis Exaniansibus districte prohibere persecutionem ulteriorem afflictionum qui eundem illum ad fugam excitarunt, liceat ei coram Ill.ma Dominatione exponere. Quandoquidem Clarissima Authocratrix nostra pro Graecis cum Romana Sede Unitis Fidem Catholicam plene integram reliquit, ac solemnissime eandem assecuravit, Ill.mam vero D.nem dignum hic Vicarium, justissimumque voluntatis suae Exequutorem constituit, quid amplius ad hujusmodi spem meam desiderari valet quod excelsum Mohyloviense Gubernium ipsissimo propriae, ac ubilibet depraedicatae aequitatis munere regi solitum non patietur laudari, imo efficaciter condemnare dignabitur ortam in Ecclesiasticis et Presbyteris ad Mohyloviensem

Cathedram spectantibus temeritatem, qui per meas Parochias, sub vario praetextu, cursitant, Parochianos ad Rebellionem pertentant, atque ut Uniti rebellionem concipiant jam largissimo cremato, jam excogitatis persecutionibus, jam denique minacissimis Potestatis militaris terroribus saepenumero utuntur. Vellem, ut hi homines sibi ipsis invigilent, catholicam vero concordiam non dissipent atque melius perpendant: an talis naturae Apostolatus Domino et Monarchico Jure licitus eis esse potest? Declara, Ill.me D.ne, in Spirituales, ovileque meum excelsam protectionem, quatenus unusquisque in sua pacifice perseveret religione, propria exequatur munia, ac liberius auctoritatis meae adimpleat obligationes, sine ulla aliorum praepeditioe. Quid etenim spiritualis Catholici Pastoratus Jurisdictionis sub Regimine Rossiaco valebit, quoque modo verificabitur assecurati Catholicismi promulgatio, si spiritualis Parochianorum, Parochorum, Decanorumque subordinatio, Jure Pastori debito a sola uniuscujusque voluntate, saepenumero vero a privata ignorantia aut temeritate, non autem a canonicis Constitutionibus pendebit? Nolo fieri molestus Ill.mae D.ni ampliori afflictionis meae descriptione; deprecor tantum ejus Gratiam, et Praesidium meo Pastoratui, et meae Personae praestandum, inque strictissima debitae gratitudinis, et carissimae aestimationis obligatione manens, non desistam fore, quemadmodum sum

Ill.mae D.is faventissimus, et humillimus Servus

JASON Archiepiscopo Polocensis.

Die 1 Iulii 1773, Strunie.

### 38.

*Polock, 14 . VII . 1773.*

*Relatio amplissima omnium actorum ab Archiepiscopo Polocensi in eius visitatione Archieparchiae, aliisque, inde a die 17 octobris 1772. Adducuntur plura allegata documenta, quae suis locis posita fuerunt (secundum tempora).*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, foll. 81-96v.

Eccellenza Rev.ma.

Se si degnerà V.ra Ecc.za Rev.ma di considerare la vigilanza sul luogo in cui vivo, la gelosia del Governo, che tiene l'occhio sopra di me, la moda di risigillar l'altrui lettere qui e la ben verificata, e finalmente le cautele, che per l'ulterior prosperità della Religion Cattolica devono governarmi, certamente non vorrà condannar il silenzio, che dalli 17 Ottobre<sup>81</sup> dovetti si lungamente seco lei osservare, non avendole scritto più che incidentalmente l'ultima da Papin alli 23 Febraro. Ora dunque, che dal P. Silvestro Ardecki, Provinciale de' Basiliani di Lituania, sono assicurato dell'immane destino della pre-

---

<sup>81</sup> Deficit haec epistola in nostra collectione. Forsan iam tunc plurimae litterae perierunt vel interceptae fuerunt.

sente, volentieri ripiglio la penna, per rassicurar V. E. dell'illibatissima servitù mia e fedeltà, non meno che per ragguagliarle il mio qui e la operato.

Già si ricorderà V. E. della mia del 17 Ottobre che per motivo de' doveri dell'odierno sudditato mio, e per gl'impulsi del nuovo Governo, portarmi dovevo io alla Dominante Russa, singolarmente quando traspirai, che oltre li deputati delle Provincie v'instradavansi anche li Padri della Comp.a di Gesù sempre e dapertutto a me poco propizi.

Partii adunque da Polock <sup>2</sup> alli 22 Ottobre verso la sera, con 10 cavalli di Posta, accompagnato dal P. Sofronio Grodzicki, Basiliano, actual Professore della Teologia scolastica, e dal Sig. Grocholski, primo aggiutante del Signor Generale Kreczetnikow. Alli 25 detto dormii nella Citta Russa, Opoczka nominata, ove fui complimentato dal Comandante e dal Voivoda locali. Alli 27 medesimo verso mezzogiorno, giunsi all'antica e vasta Città Pskov o sia Ple-scov detta; in questa Capitale (f. 81v) di 70 Chiese adorna, fui incontrato, visitato, e splendidamente trattato fino a mezza notte da tutte le persone primarie dell'uno e dell'altro sesso. Alli 29 (sic) nottai nel Borgo di Newa. Alli 30 celebrai la Messa nella Cappella di Tamburgo, ufficiata da un P. Riformato, Missionario, che mantienesesi per comodo spirituale di molti Cattolici, fabbricanti di Panni e di Seterie, sotto la direzione del Signor Bernardo Vaillé, Francese. Questa Città di pianta affatto nuova e veramente magnifica, a spese dell'Imperatrice si fabbrica, vi si vede di già una Chiesa Russa di bellissimo disegno, l'uguale si ha da fabbricare anche per li Cattolici.

Terminai finalmente la centesima lega da Polock, mettendo il piede in Pietroburgo al 1 Novembre doppo mezzo dì, e discesi nel famoso Albergo detto London. Prima della sera il Signor Conte Zacharia Czerniszew, Vice-Presidente del Collegio di Guerra, Gen.le in capite e Governatore universale della Russia Bianca, mi complimentò per mezzo del suo primo aggiutante, mi offrì la sua Corrozza, della quale pochi giorni mi sono servito, e deputò uno de' suoi Palafrenieri con un Tenente Ufficiale, che mantenni per comodo del mio soggiorno in quella Capitale, veramente mirabile, perchè nel decorso di soli 70 anni divenuta si magnifica, si ben ordinata, si ricca e si dotta.

Alli 2. 9bre mi portai dal sudetto Conte Governatore nel di lui Carrozzino, fui onorevolmente ricevuto alla Porta della Camera di Compagnia e doppo le prime Cerimonie, lasciati li Convitati, si ritirassimo soli due al Gabinetto, ove il (f. 82r) Conte mi confidò, che S. M. Imperiale mi avrebbe confermato nella possessione del mio Arcivescovado; che non permetterebbe Ella le Appellazioni sortir fuori de' limiti del Suo Impero; che non soffrirebbe verun Vescovo ne' suoi Stati, che non fosse suo suddito; e che finalmente ogni spedizione Romana dovrassi presentare alla Corte prima di esser pubblicata. A tali proposte risposi con modestia, che non essendo io Pastore illegittimo, nè avendo commesso verun crime, sicurissimo riposavo sempre nella giustizia Imperiale,

---

<sup>22</sup> Agitur de anno 1772, et de itinere Archiepiscopi Petropolim.



che n'avrebbe mai permesso di farmi separare dall'Ecclesiastica Sposa, e privarmi del possesso della Diocesi, che canonicamente possiedo; che non volendosi permettere le Appellazioni fuor de' limiti Russi, converrebbe onninamente far ricorso al Papa, per validamente costituire dentro li Dominii Imp.li qualche soggetto per la Decisione Apostolica delle Cause appellate. Non del tutto piacque al Conte questa ultima rispostina mia, ma convinto delle ben frequenti necessità d'appellare, soggiunse potersi appellare all'Imperatrice; a ciò replicai spiegando darsi frequentemente giuste Appellazioni sulle Materie di Coscienza, di Canone, ed anche di Sacramento, ne' quali casi qual Potenza secolare valerebbe provvedere?

Circa il nuovo Vescovo latino della Russia Bianca, proposi tre cose doversi assolutamente considerare, cioè la divisione dell'Antica Chiesa, l'Unione di più Chiese, e finalmente la costituzione del nuovo Vescovo, del nuovo Vescovado; or se queste opere possono validamente seguire senza l'autorità suprema ecclesiastica, lasciai giudicare l'(f. 82v) universo mondo, e insieme allegai potersi tutto ciò conseguire con facilità; qualora li motivi giusti e validi, con decenza e senza imposizione venissero rappresentati alla S. Sede Ap.lica ed a chi la regge. Quanto all'accennata esibizione delle Lettere Ap.liche, dissi non intercederne verun'ostacolo a tenore dell'uso introdottosi di già anche nelle Corti Cattoliche; da queste mie riflessioncelle parve il Conte abbastanza convinto, mentre al fine replicatamente mi dichiarò, che tutto si tratterebbe nelle più migliori formole.

Terminata questa Conferenza si portassimo a tavola, che fù molto squisita, fra li convitati si trovò il Conte Solmo, M.ro Plenipotenziario di Russia, da cui fui domandato, se conoscevo il Signor Psarski, M.ro di Polonia, non ebbi tempo di rispondergli perchè il Conte Gov.e celerissimamente mi prevenne rispondendogli in due replicate volte, che non lo conoscevo, e con ciò mi fe' ben comprendere, che non dovea io conoscerlo, come in effetti non ho voluto pubblicamente conoscerlo quantunque nascostamente avevo con lui delle amiche correlazioni, per via delle quali restai anche confermato nella credenza del risigillamento delle lettere eziandio ministeriali.

La mattina seguente mi condussi dal Signor Conte Panin, M.ro della Corte da cui ricevetti tutte le più fine dimostrazioni, ma senza entrare in alcuna materia delle cose eccl.che. Siccome poi a nessun Foresto vi è lecito fuor di domenica e di qualche altra Festa presentarsi alla Sovrana, quindi non prima delli 8 9bre (f. 83r) fui dal Conte Gov.e presentato all'Imp.ce, e questa accompagnata dal Gr. Duca, da' M.ri, e dalle Dame di Corte, mentre tornava dalla sua Cappella, fù da me nel salone pieno di Gente pubblicamente salutata in Polacco, A., si degnò la Monarchini di sentirmi con grazia, dippoi porgermi l'Imperial mano, e finalmente per bocca del Conte Gov.e esibirmi la sua benignità e protezione. Dopo un ora fui introdotto dal Gran Duca, a cui senz'altro complimento in voce, baciai la mano, e fra' breve fui dal medesimo dimandato su' successi del mio viaggio. La sera poi per consiglio del Conte andai all'Assemblea della Corte, ove Sua Maestà essendosi levata dal breve giuoco di carte, ed avendo per solito conferito co' M.ri esteri, bel bello s'avvicinò a me, e si

compiacque dimandarmi del viaggio, della salute, e della lingua Russa.

Dalli 9 9bre cominciai le visite dell'Arcivescovo di Pietroburgo, di Iveria e di Pleseov, tre' Sinodali dotti ed umani, quindi seguitai a visitare li Senatori, Cavalieri più distinti, le dame di Corte, e li M.ri anche esteri.

Alli 11 9bre il Co. Governatore diede splendissimo pranzo, 'in cui mi trovai anche io in compagnia del Co. Panin, di alcuni Senatori e de' trè Sinodali sopradetti. Alli 18 medesimo pranzai col Co. Gio. Czernizew fratello minore del Conte Gov.e coll'intervento del Co. Panin, de' M.ri esteri, di molte e fino a 45 le più elevate Persone dell'uno e dell'altro sesso contate; gran lusso di questa Tavola ammirai specialmente nella delicatissima fattura dell'argenteria. Alli 20 stesso, fui invitato a pranzo dal Conte Rozumowski, (f. 83v) Felt-Maresciallo di Russia,<sup>83</sup> uomo di m. 300 scudi di annue rendite, primo Riccone dopo il Conte Szeremetov, per lo splendore e per la liberalità chiamato da alcuni Radzivil di Russia; fra li Convitati fino a 60 persone numerati, si trovarono il Conte Panin, li M.ri esteri, le dame e li Cavalieri di primo rango. Cosa mirabile, in un clima sì rigido, nella stagione ivi allora ben avanzata, avessimo in questa tavola le uve freschissime, le pere gustosissime, li carciofoli, li Cocomeri, e persino li faggiuoli di pianta colti allora. Ne disprezzar si deve l'invenzione del Conte Nariskin della Musica di corna de' Cacciatori, essendo ognuno d'essi un sol tono differente, e la musica consiste nelle sole pause, dalle quali viene regolato il tono, in somma quanti toni e semitoni si trovano nell'arte musicale, tante corna rispettivamente si contano, conforme osservai l'uno e l'altro al Caffé di questo Felt-Maresciallo. Successivamente pranzai dalla Contessa Voronzov, Vice-Cancelliera, prima dama di Corte, e molto memore delle finezze ricevute in Italia, e specialmente in Roma, poi intervenni al Cerimonial Pranzo, nella Festa di S. Catarina, dal Principe Gallizin, Vice-Cancelliere dell'Impero, ed al privato dell'Arciv.o di Pietroburgo, oltre molti altri di confidenza.

Nelle sudette Compagnie sempre s'attaccava qualche discorso sopra la differenza della Religione, senza però verun disprezzo della medesima, e senza condannare quella de' Russi. Non vi fu giorno di Festa, che le più distinte persone Russe dell'uno e dell'altro sesso (f. 84), fra questi contai le due Contesse Czerniszew, la Felt-Marescialla Gallizin, la Contessa Rozumovska, la Contessa de Bruse, de Nariszkin, non intervenissero a sentire le mie Messe, le quali nella Chiesa di que' Cattolici celebravo, a sì chiara voce, che nè partivano convintissimi di non intercedere alcuna essenziale differenza fra' la mia Messa, e fra' quelle di Russia. In diverse conversazioni spesse volte, quantunque in buona maniera, fui quasi rinfacciato, perchè dico le Messe basse? perchè li secolari mi vestono all'Altare, e toccano le vesti sagre? perchè al Vangelo si trasporta

---

<sup>83</sup> Cyrillus Rozumovskyj, qui fuit usque ad annum 1764 dux cosacorum ucrainensium (hetman), dein vero a Catharina II constrictus fuit ut abdicaret huic dignitati et officio, et vera fuit ultimus in serie ducum cosacorum. Obiit an. 1803. Aliis divitiis ditatus et dignitatibus insignitus, vixit Petropoli apud Aulam Imperialem.

il Messale, si suona il campanello al Sanctus? alla Consacrazione? perchè finalmente si spesse volte celebro il Sacrificio? alle dimande rispondevo barzellettando con modestia, farsi ciò da noi ragionevolmente e per necessità, senza però vulnerare l'essenziale de' Sagri Riti Greci; v. g. dico la Messa bassa perchè non ho chi canta; mi vestono le persone secolari, perchè non ho meco che' un sol Prete, si trasporta il Sagro Vangelo, si suona il Campanello, perchè il Popolo del rito latino, frequentando le Nostre Chiese, certamente senza un tal segno non saprebbe quando alle Messe Greche degli Uniti è Vangelo, ne' quando Sanctus, ne' quando Consagrazione, celebro frequentemente, perchè meno sono impedito, nè con ciò pregiudico a chi si sia. Colle rispostine di questa sorte parvero svanite le obbiezioni e convinti gli osservanti.

Li sumenzionati tre' Sinodali, una sol volta si portarono da me, allora quando cambiai l'alloggio che con 50 r. dovetti al mese pagare; la disgrazia però fu che allora mi trovai fuor di casa. Per quanto si poteva congetturare, questi Prelati sostenendo le proprie prerogative, o forse ignorando le leggi della reciproca civiltà, non si degnarono di visitarmi (f. 84v) formalmente, ciò non ostante, io col P. Sofronio li frequentissimo ben spesse volte, senza però veruna bassezza, ed in piena confidenza tenevamo diversi ragionamenti ed anche famigliari disputarelle, sopra li Capitoli della divisione eccl.ca, e sopra l'unione della Chiesa se non puramente Greca dal Turco affogata, almeno Greco-Russa, libera e ne' propri Paesi dominante; non manca in tali occasioni far loro sovvenire ciò che per ordine del Gran Pietro li Prelati Russi di quel tempo risposero alla lettera Sorbonica invitatoria all'Unione eccl.ca e deduttiva delle ragioni di essa e restai però attonito e scandalizzato nel sentire, che la sudetta risposta fosse solamente stesa, ma non mai ai Sorbonici trasmessa, poichè pretendono d'avervi inviata un'altra risposta la quale se artificiosamente esiste ne' libri Russi, certamente non si inviava in qua' di Francia, e con buon fondamento si può dubitare, che all'Archivio Sorbonico siasi mai essa affacciata; circostanza importante che col solo cenno di V. E. facilmente potrassi in Parigi scrivere, sincerizzare, e finalmente a chi in elusione della verità seduce il Pubblico si dovrà per mezzo mio dedurre. Avvenne ancora, che dovendo io per sette consecutive ore coi surriferiti Sinodali conversare sulli Rituali, sul canto e sui dogmi, ben m'accorsi, che la forma Eucaristica non già nelle parole di Cristo, ma in quelle umane, che dipoi si recitano, da loro abusivamente si (f. 85) costituiva. Mi opposi fortemente ad un tal sentimento come distruttivo dell'essenziale sacramentale, e come elusivo della partecipazione reale di Cristo; quindi francamente e con zelo dichiarai loro o non consagrarsi oggidì nell'Impero Russo, e defraudarsi la pia credenza de' Popoli, o non essere stata l'Eucaristia vera prima de' tempi di S. Basilio, di S. Gio. Crisostomo, e di S. Giacomo, creduti autori di quelle susseguenti parole. Chiusi la conversazione col pregar li Sinodali a voler maturare meglio una materia sì grave in se stessa, sì importante ai Popoli, e sì pericolosa al credito ed anche all'esistenza di tutti gli Ecclesiastici nell'Impero Russo viventi. Riscaldato dalla conversazione sì longa, e per istrada attaccato dalla febbretta, dovetti quattro giorni guardar letto, nel decorso de' quali divertendomi co' libri,

scelsi cinque autorità delli SS. Padri Greci sopra le forme Eucaristiche, e per mezzo del mio P. Sofronio, sempre ben guardato da' Sinodali, le inviai all'Arciv.o di Iveria, Maestro per le cose dogmatiche del Gran Duca, Platone chiamato, e le accompagnai del mio biglietto, B. Questo Prelato, dopo averle lette, disse freddamente al P. Sofronio trovarsi ne' SS. Padri promiscue l'autorità pro e contra sù questo articolo; io poi non vedendo alcuna risposta in iscritto al mio biglietto, nè di poi essendo in voce interpellato, credetti non dover più attaccarli sopra un punto di già dedotto. Accadde pure un giorno in casa del C. Gov.e, che ivi sopra la Processione dello Spirito Santo fui assalito da un Sig. Russo, secolare Teologo, Kozanow chiamato, (f. 85v) ma subito ne fu spalleggiato dal medesimo Conte in maniera tale, che tutta la Compagnia concluse non essere questione se non se di sola voce, e non intercedere altro vero motivo della divisione ecclesiastica, se non se unicamente la Monarchia del Pontefice Romano, della quale anche ben intesa nulla vogliono i Sig.ri Russi sentire; restarono nulladimeno fortemente sorpresi, avendo da me compreso, che il Papa non altro cerca, se non unicamente l'Union dogmatica, nel rimanente poi, che riguarda li Sagri Riti, e consuetudini veramente pie ed oneste, come anche l'eccl.ca libertà, suole senza difficoltà discendere alle brame delle Nazioni, conforme condiscese Eugenio IV alle proposizioni Greche nel Concilio di Firenze, Clemente VIII alle dimande de' Ruteni di Polonia, esimendoli fino dalla Ap.lica Dataria, allora quando ritornavano questi all'Unione eccl.ca. Ah! mio Rev. Monsignore, ora comprendo quanto sia contribuito alla cocciutaggine de' disuniti, e alle presenti sciagure di Polonia, quel zelo interessato de' PP. Gesuiti, ed anche di alcuni Vescovi Latini, per di più di cento anni dannosissimamente esercitati, a render vilipeso, ridicolo ed anche aborrito il sagra rito eziandio de' medesimi Uniti, affine di occupare li Beni delle loro Chiese, di trasferire tanti villaggi, tante Città, e tante le Famiglie Nobili del Rito Cattolico Greco al Latino, avendo in questa maniera debilitato la Chiesa e lo stato degli Uniti, e rinforzato quella de' Disuniti. Ridicola e pregiudiziale conversione, ma non già tale (f. 86) che non avesse ritenuta l'esecuzione del Decreto Ap.lico, con cui Urbano VIII, sotto le pene gravissime nell'anno 1624 interdisse ogni traslazione degli Uniti al Rito Latino, senza la dispensa Pontificia.

Per consolazione di V. E. debbo riferirle, che il Sig. Felt-Maresciallo Rozumowski e Sig. Principe Orlow per mezzo del Conte Massin, Comendator della Religion di Malta, e frescamente dichiarato Contr'Ammiraglio di Russia, più volte e con somma segretezza m'informavano l'opportunità del continuar la mia conversazione co' Prelati Russi specialmente Sinodali, anzi m'offrivano ogni loro appoggio, qualora si venisse all'intavolamento dell'Unione.<sup>4</sup>

Tutti poi Cavalieri nel pubblico ed in privato mi risguardavano con buono

---

<sup>4</sup> Est res vere nova, quae demonstrat inclinationem ducis Rozumovskyj ad unionem ecclesiasticam.

occhio, e fino le Dame primarie, e singolarmente la Contessa Madre del Felt-Maresciallo Ruminzow, chiaramente mi si spiegavano approvando il mio vestire, e biasimando quello de' propri Ecclesiastici, soli Monaci e Preti secolari veramente rozzi parevano sfuggirmi sempre. Quindi vado lusingandomi, che il Memoriale, colla saputa de' Monsignori Coadiutori Szeptyeki e Mlodowski, anzi coll'approvazione del medesimo Vescovo disunito di Mohilovia, fatto da me sopra l'Unione nell'anno 1768, in Varsavia,<sup>85</sup> poi alla Maestà Regia segretamente presentato, finalmente da questa comunicato al Principe Repnin, allora ivi Amasciadore Russo, sia stato ben palesato alli Sinodali suddetti, anzi tengo nelle mani una risposta del (f. 86v) menzionato Prelato Mohiloviense, che l'affare in quella memoria da noi progettato, sia onninamente partecipato a chi conveniva in Pietroburgo, e che di là fosse rispostogli doversi aspettare suo tempo, conforme V. E. potrà valersi dall'annesso paragrafo della suddetta risposta, C., e meglio sincerarsene da codesto Signor Conte Ogrodzki, Gran Segr.io della Corona, a cui contemporaneamente ne trascrissi la copia, per unirli colle carte del medesimo memoriale, in seguela del Regio volere, depositato nelle mani del Signor Co. Borch, Vice Cancelliere di Polonia. Con tutto ciò nulla sentii toccato in quella Capitale su questa partecipazione, soltanto più volte fui dimandato, se conoscevo il Vescovo di Mohilovia. M'immagino pure, che il medesimo abbia di molto moderato ogni prevenzione, che vi si avea contro gli Uniti, ed abbia eziandio conciliata per me qualche benevolenza di quei Signori, singolarmente poi de' tre' Prelati sinodali, i quali, all'occasione del mio congedarsi, cordialmente ringraziarono della sincerità, con cui sempre gli ho trattati. Il Vescovo poi di Plescovia, che presentemente, all'esclusione di quello di Mohilovia, tutte le Chiese de' Disuniti nel Governo Polocense contate da Ordinario regge, mi scongiurò, che ripassando io quella Città volessi loggiare nel di lui Palazzo tenutovi allestito per me; ma non potei servirmene, accelerando il mio ritorno a Polock, quantunque il di lui Vic. Generale fortemente su di ciò mi avesse tormentato.

(f. 87) Sono stato ben guardingo di nulla cercare in quella Capitale, nè per me, nè per il mio Clero, allegando sempre a tutti, che non dovendo dubbitar io punto delle Imperiali solenni dichiarazioni a prò della Religion Cattolica publicate, alle quali come ad un Vangelo sono sempre certo, non mi rimaneva nulla a dimandare, a desiderare dalla Sovrana. Quando poi traspirai, allestirsi in quelle stamperie una dichiarazione ai Disuniti del cangiar la propria Religione, e permissiva ai Cattolici di abbandonar la sua, mi portai subito dal Conte Governatore ispiegarliene l'inconvenienza, ed unitamente lo pregai, che tali dichiarazioni prima di uscire alla luce, sieno a me comunicate, col permesso di glossarle. Ottenni in vero la promessa desiderata, ma non già l'effetto di essa,

---

<sup>85</sup> Cfr. de hac re « *Analecta OSBM* », vol. IV, pag. 183: « *De pacificatione concilianda inter Unitos et non-Unitos Ruthenos* », ubi datur textus et etiam cfr. supra, sub an. 1766.

| Regimen et Famulatus Seminarii, ut in distincto Registro,<br>nempe pro Regente, Praefecto, Oeonomo, Coquo, Ja-<br>nitore, Chirurgo, Calefactore, Sartore, Sutore, Lotrice,<br>Dispensatore, Braxotore, Floren. 2844 . . . . . | 355   | 4    | —   |
| Necessitates Domus, ut Mulsum, Vinum, bini, Equi, ligna<br>ad fornaces et culinam, Floreni 928 . . . . .  | 116   |      |     |
|   | Facit | 1771 | 4 — |
| Deficeret quidem ad annuas Expensas, sed ex integra non<br>modica pro tot Alumnis designata Provisione Seminarium<br>faciliter sibi compensare poterit . . . . .  | 85    | 6    | 20  |

Locus ita proviso Seminario omnibus rationibus in Polocensi Arce aptus ad Cathedralē Ecclesiam, pro cuius designatione integra Dioecesis, per suum Pastorem, Imperatoriae potestati supplicabit, prospiciendo salubritati aëris, amplitudini aedificiorum, tranquillitati Domus, atque propinquitati Ecclesiae et Professorum.

Studia hisce Alumnis PP. Basiliani, utpote ejusdem cum illis linguae ac Ritus eadem tradent, quae, Deo benedicente, suo in Monasterio Polocensi Juventus hodie tractat aequae hos atque illos erudiendo in optimo genere Logicae, Methafisicae, Historiae Ecclesiasticae, Theologiae dogmaticae et moralis, atque etiam in ipsa praedicandi arte.

Regimen Seminarii committetur PP. Regenti, Praefecto, et Oeonomo, tribus de Basilionorum Congregatione Viris, quos Pastor cum Superioribus Monasticis utiliter seliget; ejusmodi autem Regiminis commissio originem trahit ex identitate idiomatis et Ritus, ex praestantia studiorum, ex copia Professorum atque ipsa ceremoniarum ecclesiasticarum commoditate.

Juvenes pro hocce Seminario per ipsum Pastorem eligentur, ad praefata nihilominus studia aptiores; Quod si locus iste, nova Dei providentia, in suis Proventibus excresceret, tunc, de Superiorum (f. 302) Monasticorum Consilio, facilibus mediis provisus, ad inferiores quoque classes suscipientur; in suscep-

tione tamen haec observabitur regula, ut, in concursu duorum aequalis capacitatis Candidatorum, Juvenis fortunae tenuioris suscipi debeat; cui nunc opulentior ad desideratam educationem vias praecludere poterit, vel potius proprio peculio perfectiora Studia non assequi teneretur?

Regulae Seminarii, partim ex Vilenſi Alumnatu, partim ex Collegio Craſlaviensi, servata proportione Regionis, Ritus, et Status, hoc Anno colligentur.

Amictus unicuique Alumnorum unus idemque genere et forma, ac Statui Cleri saecularis conformis providebitur.

Cassa Seminarii, penes Monasterii Cassam Polociae, sub Pastoris Sigillo, Archidiaconi vero clavibus, asservari debet.

Calculum de Cassa Seminarii R. Archidiaconus, de expensis vero P. Regens, Pastori, aut ab illo selectis de Clero Viris omni anno reddet; si quid autem ex annuis Seminarii expensis superfuerit, id titulo novae Capitalis Summae Libro Seminarii inseretur.

Educatio Alumnorum subsequente hujusce anni Autumno initium sumet, Alumni tamen non nisi soli sex idque annua 225 Tallerorum pensione ad interim in praefato locabuntur Monasterio; Maiori etenim Alumnorum numero locus Monasterii non sufficit. Tali ergo numero Alumni omnem habebunt educationem, quousque necessaria Seminarii Fabrica plene non perficietur.

Fabrica Seminarii praesenti Anno ita ordinabitur a Pastore, ut, in decursu subsequentis Anni, remanente, et ad 1460 Talleros Florenosque 5 et Asses 10 numerato Fructu, necessaria Materialia, videlicet lapides, lateres, calx, arena, et arbores parentur; anno autem 1776, structura domus inchoetur, nullatenus intermittendo, iuxta pecuniae sufficientiam, reliquorum Materialium preparationem.

Hoc sanctum, perutile, nobisque ex antiquo desideratum, Divina autem benedictione captum et consummatum Opus, majoris fidei roboris et valoris gratia, Nos infra scripti, hic congregati, propria manuum subscriptione comprobamus. Datum Strunji, die 23 Junii, 1774 Anno.

Obviando improbae variorum hominum opinioni, hanc expressam et solemnem adiicio Cautelam, quod si temporaneum Cleri mei Additamentum, in supra expresso Fructu ad 350 Talleros (f. 302v) reductum, RR. meorum Decanatum Parochis displicuerit, aut pro qualicumque gravamine apud ipsos reputaretur, ejusmodi additamentum ex eodem Fructu eliminabitur, numerusque Alumnorum 7 Personis minuetur; qua de re RR. Decani, in spatio trium mensium, expressis singulorum suorum Parochorum subscriptionibus certiore me facient. Sub tali ergo Clausula, modernam Dioeciesani Seminarii institutionem approbo, et penes consuetum sigillum propria subscribo manu.

Jason Smogorzewski, Arch. pus Polocen.

Sequuntur subscriptiones RR. Decanorum N<sup>o</sup> 28 et Delegatorum Parochorum N<sup>o</sup> 54.



## 51.

Polocia, 23 . VI . 1774.

*Modus erigendi Seminarium Polocense, cum subscriptione Decanorum et Delegatorum ecclesiarum Parochialium.*

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 669-672.

## MODUS

Pro Dioecese Polocensis Seminarii Ereptione, in Strunensi AA. RR. Decanorum Congressu adinventus. Die 23 Junij, 1774 Anno.<sup>105</sup>

## FUNDUM FRUCTUS.

|   |               |             |
|---|---------------|-------------|
| Pastor ab Anno 1762, ad 1774 annum, ex incertis suae Dioeceseos Obventionibus, quae olim aliter diffuebant, collegit, in Librum Seminarii retulit, et in paratis produxit, Taller . . . . .   | 6914. f.      | 1. g. 4/3   |
|   |               | 476. 7. 27. |
| Pastor hisce diebus noviter Seminario donavit, libroque ejusdem inscripsit . . . . .  | 1209. 6.14. - | 85.2.15.    |
| Pastor ex ulterioribus praedictis incertis, Seminario promittit quotannis . . . . .   | 300. -.       |             |
| Pastor binos Tymphiones (a.) pro Advocatorum Pensione, a quolibet 598 Ecclesiarum Parocho exigi solitos, et ante Monetaram Reductionem, ad 1514.28/30, Florenorum Summam computatos, singulis annis, cura AA.RR. Decanorum mense Majo colligendos in Seminarium convertet . . . . . | 189. 2. 28.   |             |
| Pastor tres Tymphiones ab unoquoque Beneficio pro Expensis ex antiquo in quantitate 1794 debitos, et ad Summam Florenorum 2274. reductos, ac mense Martio singulis annis ex tota Dioecesi cura AA.RR. Decanorum colligendos applicat Seminario . . . . .                            | 284. 2. -     |             |
| RR. Parochi quousque Capitalis 5000 Tallorum Summa non congregabitur, juxta suorum Beneficiorum tenuitatem, promittunt quotannis pro Seminario contribuere . . . . .  | 350. -.       | -           |
| Facit... Taller . . . . .   | 8123.7.18/3.  | 1685.7.10.  |

(f. 669v) EXPENSA:

Victus et Amicitus consum pro unoquoque Alumno, juxta distinctum computum 50 Talleros

<sup>105</sup> Idem ac « planum » de quo supra; adduximus et hunc « modum » ob quasdam differentias in ipso textu.

|   |            |
|---|------------|
| absorbet, adeoque pro 26 Alumnis quolibet anno<br>exiget... Taller . . . . .  | 1300.      |
| Regimen et obsequia, ut in distincto computo,<br>videlicet: pro R. P. Regente, Praefecto, et oecono-<br>mo, tum etiam pro Coquo, Janitore, Barbitonsore,<br>Custode, Sartore, Sutore, Lotrice, Dispensatore, ac<br>Braxatore consument 2844 Florenos, seu . . . . . | 255. 4. -  |
| Necessaria domestica, scilicet: Vinum, Mul-<br>sum, duo Equi et ligna pro tota Seminarii Domo<br>requirent 928 Florenos, seu . . . . .  | 116. -. -  |
| Facit... Taller . . . . .   | 1771. 4. - |
| Deficiunt pro annuis expensis . . . . .   | 85. 4.20   |

Id tamen sibi facile compensabit Seminarium, ex communi, sat liberaliter designata, pro tot Alumnis Pensione.

Locus pro sic instituto Seminario convenientissime in Polocensi Arce ad Cathedram nostram electus, pro cujus tamen determinatione integra Dioecesis per suum Pastorem Dominanti Potestati supplicabit, habito respectu super aëris salubritate, Fabricarum amplitudine, Domus tranquillitate, atque etiam ecclesiae Professorumque vicinitate.

Litterarum studia PP. Basiliani, utpote unius linguae et Ritus, talia Alumnis ministrabunt, qualia, benedicente Deo, propriis Juvenibus in Monasterio Polocensi hodie tradunt, curaturi illos aehualiter cum istis exercere, in optima Logices, Metaphysices, Historiae Ecclesiasticae, Theologiae Dogmaticae et Moralis, simulque Praedicationis Divinae methodo.

Regimen Seminarii committetur PP. Regenti, Praefecto, et oeconomio, tribus de S. Basilij Ordine Viris, pro quorum deputatione Pastor cum Ordinis ejusdem Superioribus utiliter convient. Ejusmodi autem commissio, praecipue ex linguae et Ritus identitate, ex studiorum flore, et Professorum vicinitate, tum denique ex ipsa a SS. Rituum commoditate, ortum ducit.

(f. 670) Candidatos pro Seminario Ipsemet seliget, ad supra enumeratas Scientias magis idoneos. Si vero haec Domus, Coelo benedicente, novis adaugeretur Proventibus, tunc facile cum Ordinis praedicti Superioribus provide-  
rentur media, ad Classium quoque minorum institutionem. In electione vero Juvenum id omnino servabitur, ut in concursu duorum aequae idoneorum, pauperior candidatus acceptari debeat, cui ditior veluti propriis impensis studere valens, possetne ad optatam praedjudicare educationem?

Regulae pro Seminario partim ex Vilnensi Alumnatu, partim ex Craslaviensi Collegio, habita loci, Ritus, et proventuum ratione, praesenti anno formabuntur.

Vestitus omnibus Alumnis plene uniformis, statuique Clericorum Saecularium accomodatus praescribetur.

Pecunia Seminarij in Monasterio Polocensi, sub sigillo Pastoris, subque Archidiaconi Polocensis clavibus asservabitur.

Calculum ex Seminarii Summa Capitali, D. Archi-Diaconus, Expensarum

vero rationem P. Regens Pastori, aut ab Ipso deputatis viris Ecclesiasticis, omni anno reddere tenebitur. Si quid autem ex annuis Seminarii expensis super fuerit, id pro Capitalis Summae incremento in Librum Seminarij referri debebit.

Tempus ad inchoanda Alumnorum studia, pro anni praesentis autumnopraefigitur. Ipsorum vero Alumnorum numerus ad sex tantum reducitur, annua 225 Tallorum Pensione manutenendos, interimque in memorato Monasterio collocandos. Loci etenim angustia, majorem Alumnorum nullatenus patitur numerum. Tali igitur numero Alumni convenientem ibi suscipient educationem, donec necessaria Seminarii domus plene construatur.

Domus autem Seminarii in praesentiarum sic a Pastore coordinatur, ut sequenti anno ex residuis et ad 1460 Talleros, 5 Florenos, 10 Grossos, reductis Proventibus, necessaria Fabricae veluti sunt lapides, lateres, calx, arena, ac ligna parentur, anno autem 1776 ipsa Fabrica initium sumat, quin intermittatur cura, ne quidquam pro ulteriori Fabrica, juxta pecuniae sufficientiam deficiat.

Hoc sanctum, utile, pluribusque saeculis exoptatum, Deo autem juvante (f. 670v) inchoatum, ac terminatum opus, pro majori fide, valore ac robore, infrascripti huc Congregati, propriis manibus subscribimus.

Datt. in Strurie, solita Pastoralis Residentia, 23, V. S. mensis Junij, 1774 anno. Sinistris quorumlibet opinionibus occurrendo, hanc expressam ac solemnem interpono cautelam, quod nempe, si temporaneum Dioecesis meae supplementum, in supra adnotato Fundo ad 350 Talleros reductum, RR. Decanatum meorum Parochis displiceret, vel eisdem quodammodo onerosum videretur, hujusmodi Supplementum ex praedicto Fundo eliminabitur, simulque numerus Alumnorum septem juvenibus minui debebit. Qua de re, AA. RR. Decani in trium mensium decursu, claris omnium RR. Parochorum testimoniis, me certiorare tenebuntur. Hac igitur adjecta cautela, praesentem Seminarii Dioecesiani Institutionem confirmo, ac penes solitum sigillum propria manu subscribo.

Polocensis Archiepiscopus, Jason Smogorzewski. (L.S.).

Vitebscensis Vice-Officialis et Decanus, Josephus Jurjewicz.

Delegati: Philippus Chrucki, Parochus Vitebscensis SS.mi Salvatoris.

» Alexius Jurjewicz, Vicarius Vitebscensis Resurrect. Xti.

Smolanensis Decanus Gregorius Karnillowicz.

Delegati: Leo Szostak, Parochus Jurevscensis.

Ciecierzynensis Decanus Demetrius Gawarkowski.

Delegati: Joannes Antoniewicz, Parochus Bialynicensis S. Nicolai.

» Dionysius Mackiewicz, Parochus Uchvalscensis.

Borisoviensis Decanus Sabellius Hrehorowicz.

Delegati: Joannes Konstantynowicz, Parochus Loszvicensis.

» Thomas Suchocki, Parochus Radzicensis.

(f. 671) Vielizensis Decanus Joannicius Harasimowicz.

Delegati: Elizeus Skoryna, Parochus, Hlazomirensis.

- » Paulus Misiewicz, Parochus Chrzestoviensis.  
Holoveczynensis Decanus Laurentius Szelepien.  
Delegati: Gregorius Kochanowicz, Parochus Chocialoviensis.
- » Joannes Zubakowicz, Parochus Cieplanensis.  
Dabroviensis Decanus Antonius Korsun.  
Delegati: Joannes Petraszkievicz, Parochus Swaloszycensis.
- » Dionysius Przywalinski, Parochus Rosacienensis.  
Horecensis Decanus Constantinus Jarmolowicz.  
Delegati: Antonius Wysocki, Parochus Horodecensis.
- » Joannes Stratonowicz, Parochus Horecensis SS. Trinitatis.  
Braslaviensis Decanus Joannes Zaborowski.  
Delegati: Gregorius Malukiewicz, Parochus Jkaziensis.
- » Ignatius Puzyrewski, Parochus Kozianensis.  
Oswiejensis Decanus Basilius Nikonowicz.  
Delegati: Basilius Toczyski, Parochus Lauderensis.
- » Theodorus Zybolowicz, Parochus Lisnianensis.  
Czerejensis Decanus Antonius Jarmolowicz.  
Delegati: Antonius Chojecki, Parochus Bobroviensis.
- » Joannes Daebinski, Parochus Hruszcensis.  
Bielicensis Decanus Theodorus Okolowicz.  
Delegati: Theodorus Danilewicz, Parochus Ullanovien.
- » Stephanus Swiderski, Parochus Viadziensis.  
Polocensis Decanus Benedictus Piotrowicz.  
Delegati: Hippolitus Zaborowski Parochus Dziernovicensis.
- » Antonius Koniuszewski, Parochus Rosensis.  
(f. 671v) Siebiecensis Decanus Andreas Zawileyski.  
Delegati: Michael Mankowski, Parochus Niewiedronensis.
- » Adamus Pocalujewski, Parochus Neveliensis.  
Czasznicensis Decanus Basilius Szydowski.  
Delegati: Eupremius Chrucki, Parochus Gilanensis.
- » Vincentius Orlowski, Parochus Nizholoviensis.  
Bobynicensis Decanus Joannes Rodziewicz.  
Delegati: Josephus Demidowicz, Parochus Wielzynensis.
- » Paulus Pszczotka, Parochus Homelensis.  
Lepelensis Decanus Elias Daszkiewicz.  
Delegati: Basilius Markowski, Parochus Dolecensis.
- » Elias Pozniak, Parochus vetero-Lepelensis.  
Holubicensis Decanus Joannes Malukiewicz.  
Delegati: Stephanus Baldyczewski, Parochus Swidscensis.
- » Matheus Reykowski, Parochus Kublicensis.  
Zapolanensis Decanus Jacobus Citowicz.  
Delegati: Demetrius Demianowicz, Parochus Szamoviensis.
- » Leo Citowicz, Parochus Dobrozielensis.  
Mikulinsis Decanus Alexius Juriewicz.

- Delegati: Joannes Lukaszewicz, Parochus Loznianensis.  
 » Sabba Jarmolowicz, Parochus Olesiejoviensis.  
 Bychoviensis Decanus Leo Majewski.  
 Delegati: Basilius Cielica, Parochus Hluchoviensis.  
 » Theodorus Koslowski, Administrator Zeymanoviensis.  
 Howdecensis Decanus Petrus Hluszniewicz.  
 Delegati: Antonius Tarnawski, Parochus Wirowlanensis.  
 » Alexander Zacharewicz, Parochus Bolecensis.  
 (f. 672) Toloczynensis Decanus Basilius Prozoka.  
 Delegati: Josephus Komar, Parochus Toloczynensis S. Eliae.  
 » Pawlus Szelepien, Parochus Drucensis.  
 Bieszenkoviensis Decanus Joannes Towpniec.  
 Delegati: Gregorius Tarnawski, Parochus Chodezanensis.  
 » Nicolaus Zablocki, Parochus Swiecinensis.  
 Mscislaviensis Decanus Daniel Kopecki.  
 Delegati: Gregorius Lachtonowicz, Parochus Kolesnikoviensis.  
 » Jacobus Naramowski, Parochus Dziedzicensis.  
 Pro Zasczensi Decano infirmo Joanne Citowicz.  
 Delegati: Josephus Klementowicz, Parochus Osmolovicensis.  
 » Joannes Rogowski, Parochus Chronieviensis.  
 Pro Wielaszkoviensi Decano infirmo Gregorio Jaroszewski.  
 Delegati: Alexius Skoruniewicz, Parochus Losvidzensis.  
 » Timotheus Slonimski, Parochus Wielaszkoviensis.  
 Pro Kryczeviensi Decano infirmo Izaaco Benedyktowicz.  
 Delegatus: Stephanus Citowicz, Vicarius Krzyczeviensis.

Et quia ego integro huic supra-scriptae Erectionis Actui praesens adfui, ideo, in horum omnium fidem Nomine et Cognomine meo tum quoque sigillo quo in Publicis utor Instrumentis communi, ab omnibus eandem Seminarii Dioecesanii Erectionem instituentibus rogatus et requisitus. Die, Mense, et Anno quibus supra.

Michael L. Sledkiewicz, Publicus Sacra Autoritate  
 Apostolica Notarius (L.S.)

Praesentem copiam, ex originali Polonice exarato, et ad Acta Curiae Archiepiscopalis Polocensis ingrossato, fideliter in Latinum idioma interpretatam, Manu quidem aliena, mihi tamen apprime fida perscriptam, collationavi, et confrontavi, quam cum suo Originali de verbo ad verbum concordare attestor, In horumque omnium fidem manu propria subscripsi, Signoque, Nomine et Cognomine meis, quibus in Publicis utor Instrumentis communi, rogatus et requisitus, hac die Lunae 21 Julij, veteris styli, 1774 Anno in Strunie. Michael L. Sledkiewicz Publicus Sacra Autoritate Apostolica Notarius.



## 52.

*Strunie, 24 . VI . 1774.**Professio fidei Decanorum et Delegatorum eparchialium in Congressu Struniensi emissa, praeunte Archiepiscopo, et confirmante.*APF, *Scr. rij. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 11, f. 673-677v.

Professio Fidei Catholicae iuxta Formulam ab Urbano PP. VIII, Graecis praescriptam, per RR. Archiepiscopatus Polocensis Decanos, Decanatumque Delegatos in Congressu Strunensi, die 24 Iunij, anno 1774, emissa.<sup>106</sup>

Ego N.N. firma fide credo, et profiteor omnia, et singula, quae continentur in symbolo, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet.

Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, factorem Coeli et terrae, visibilibus omnium, et invisibilibus.

Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine et Homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas.

Et ascendit in Coelum, sedet ad dexteram Patris: et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis.

(f. 673v) Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit;

Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas.

Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum;

Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi Saeculi. Amen.

Veneror etiam, et suscipio universales Synodos, prout sequitur, videlicet: Nicaenam primam, et profiteor, quod in ea contra Arium, damnatae memoriae, definitum est: Dominum Jesum Christum esse Filium Dei, ex Patre natum unigenitum, idest, ex substantia Patris, natum, non factum, consubstantialem Patri; atque impias illas voces recte in eadem Synodo damnatas esse, quod aliquando non fuerit, aut quod factus est ex iis, quae non sunt, aut ex alia substantia, vel essentia, aut quod sit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei.

Constantinopolitanam Primam, secundam in ordine; et profiteor, quod in ea contra Macedonium, damnatae memoriae, definitum est: Spiritum Sanctum, non esse servum, sed Dominum; non creaturam sed Deum, ac unam habentem cum Patre et Filio Deitatem.

<sup>106</sup> Exempli gratia hanc professionem hic ponimus, ut testimonium fidei Ecclesiae Unitae hisce difficillimis temporibus.

Ephesinam Primam, tertiam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Nestorium, damnatae memoriae, definitum est: Divinitatem, et humanitatem ineffabili, et incomprehensibili unione, in una Persona Filii Dei, unum nobis Jesum Christum constituisse eaque de causa Beatissimam Virginem vere esse Dei Genitricem.

Chalcedonensem, quartam in ordine, et profiteor quod in ea contra Eutychem, et Dioscorum, ambos damnatae memoriae, definitum est: Unum eundemque Filium Dei Dominum Nostrum (f. 674) Jesum Christum, perfectum esse in Deitate, et perfectum in humanitate, Deum verum, et hominem verum, ex anima rationali et corpore, consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum, secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, et propter nostram salutem, ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum Filium Dei unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam Personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum eundemque Filium et Unigenitum, Deum verum Dominum Jesum Christum.

Item ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Divinitatem, secundum quam consubstantialis sit Patri, et Spiritui Sancto, impassibilem esse, et immortalem; eundem autem crucifixum, et mortuum tantummodo secundum carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo, et in Epistola Sancti Leonis Romani Pontificis, cuius ore Beatum Petrum loquutum esse, Patres in eadem Synodo acclamaverunt. Per quam definitionem damnatur impia haeresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in praefata Chalcedonensi Synodo decantato: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus et immortalis miserere nobis, addebant: Qui crucifixus est pro nobis; atque adeo Divinam Naturam Trium Personarum passibilem asserebant, et mortalem.

Constantinopolitanam Secundam, quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi definitio renovata est.

Constantinopolitanam Tertiam, sextam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Monothelitas definitum est: (f. 674v) In uno eodemque Domino Nostro Jesu Christo duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, et humanam ejus voluntatem non contrariam, sed subjectam Divinae ejus, atque Omnipotenti voluntati.

Nicaenam Secundam, septimam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Iconoclastas definitum est: Imagines Christi, ac Deiparae Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, et retinendas esse, atque eis debitum honorem, et venerationem impertiendam.

Constantinopolitam Quartam, octavam in ordine, et profiteor, in ea Photium merito fuisse damnatum, et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

Veneror etiam, et suscipio, omnes alias Universales Synodos auctoritate

Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita sunt, videlicet:

Quod Spiritus Sanctus ex Patre, et Filio aeternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul, et Filio, et ex utroque aeternaliter, tanquam ab uno principio, et unica spiratione procedit.

Item dictionem illam (:Filioque:) veritatem declarandi gratia, et imminente necessitate licite et rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Item in Azymo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in alterutro ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae Ecclesiae, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.

Item si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, et omissis, eorum animas poenis purgatorii post mortem purgari; et, ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, Orationes, et Eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri (f. 675) consueverunt, secundum Ecclesiae instituta; illorumque animas, qui post Baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae, sunt purgatae, in Coelum mox recipi, et intueri clare Ipsum Deum Trinum, et Unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius, illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Item Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum, et Ipsum Romanum Pontificem Successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae, caput, et omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere; Et Ipsi in Beato Petro pascendi ac gubernandi Universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam, ut eadem Florentina Synodus asserit, in gestis Oecumenicorum Conciliorum, et in Sacris Canonibus continetur.

Item legalia veteris Testamenti, seu Mosaicae Legis Caeremonias, Sacra Sacrificia, et Sacramenta Domino Nostro Jesu Christo adveniente, cessasse, et, post promulgatum Evangelium, sine peccato observari non posse. Eiusdem etiam Legis veteris ciborum mundorum, et immundorum differentiam ad caeremonialia pertinere, quae, surgente Evangelio, transierunt.

Illam etiam Apostolorum prohibitionem, ab immolatis simulacrorum, et sanguine, ut inter Judaeos, et Gentiles dissensionis materia tolleretur, cuius Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.

(f. 675v) Pariter veneror et, suscipio Tridentinam Synodum et profiteor, quae in ea definita, et declarata sunt, et praesertim offerri Deo in Missa verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento (:juxta fidem, quae semper in Ecclesia Dei fuit;) contineri vere, realiter, et substantialiter corpus, et sanguinem una cum



anima, et Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, fierique conversionem totius substantiae Panis in Corpus, et totius substantiae Vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, et sub unaquaque specie et singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri.

Item septem esse novae Legis Sacramenta a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem iterari non posse.

Item Baptismum esse necessarium ad salutem ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse, et a quocumque et quandocumque sub debita materia, forma, et intentione collatum esse validum.

Item Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse et quamvis, propter adulterium, haeresim, aut alias causas, possit inter coniuges thori, et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud Matrimonium contrahere fas esse.

Item Apostolicas, et Ecclesiasticas Traditiones suscipiendas esse, et venerandas.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maxime salutarem esse.

(f. 676) Pariter quae de peccato originali, de iustificatione, de Sacrorum Librorum tam veteris, quam novi Testamenti Indice, et interpretatione, in praedicta Tridentina Synodo definita sunt, suscipio et profiteor.

Caetera item omnia suscipio et profiteor, quae recipit, et profitetur sancta Romana Ecclesia, simulque contraria omnia, et Schismata, et haereses ab eadem Ecclesia damnatas, reiectas, et anathematizatas ego pariter damno, reiicio, et anathematizo.

Insuper Romano Pontifici, Beati Petri, Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro.

Hanc Fidem Catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis vel illis, quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri, et praedicari, quantum in me erit, me curaturum.

Ego N. spondeo, voveo, ac juro; sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

R.P. Josephus Juriewicz, Vice Officialis, Decanus Vitebscensis, Parochus ecclesiae sub titulo Resurrectionis Christi Vitebscensis.

R. Alexius Juriewicz, Decanus Mikulinen.

R. Benedictus Piotrowicz, Decanus Polocensis.

R. Constantinus Jarmolowicz, Decanus Horecensis et Mohiloviensis.

- R. Laurentius Szelepien, Decanus Holowczynensis.
- R. Daniel Kopecki, Decanus Mscislaviensis.
- R. Jacobus Cytowicz, Decanus Zapolanen.
- R. Joannes Cytowicz, Decanus Zasczensis.
- R. Gregorius Jaroszewski, Decanus Wielaskovien.
- (f. 676v) R. Andreas Zawileyski, Decanus Sebiezensis.
- R. Leo Maieuski, Decanus Bychovensis.
- R. Alexander Korsun, Decanus Daebroviensis
- R. Joannicius Harasimowicz, Decanus Vielizen.
- R. Gregorius Petrus Karnilowicz, Decanus Smolan.
- R. Joannes Towpieniec, Decanus Bieszenkovien.
- R. Antonius Jarmolowicz, Decanus Czereien.
- R. Theodor Okolowicz, Decanus Bielicensis.
- R. Basilius Szydowski, Decanus Czasnicensis.
- R. Joannes Boyna Rodziewicz, Decanus Bobynicen.
- R. Elia Daszkiewicz, Decanus Lepelensis.
- R. Sabelius Hrehorowicz, Decanus Boryssensis .
- R. Joannes Zaborowski, Decanus Braslavien.
- R. Basilius Prozoka, Parochus et Decanus Toloczynen.
- R. Josephus Dominicus Malukiewicz, Parochus Pliscensis, Administrator  
Decanatus Holubiensis.
- R. Demetrius Gawarkowski, Decanus Ciecierzynensis.
- R. Onufrius Klimowicz, Decanus Horbdecensis.
- R. Basilius Nikonowicz, Decanus Osveiensis.
- R. Jsaac Benedyktowicz, Decanus Kryczewiensis.

## DELEGATI

- R. Philippus Chrucki, Parochus ecclesiae sub titulo Transfigurationis  
Christi Vitebscensis.
- R. Joannes Lukaszewicz, Parochus Lożnanen.
- R. Sabba Jarmolowicz, Parochus...
- R. Alexius Skoruniewicz, Parochus Losvicensis
- R. Thimoteus Slonimski, Parochus Wielaszkovien.
- R. Hippolitus Zaborowski, Delegatus.
- R. Antonius Koniuszewski, Parochus Rosensis, Delegatus.
- R. Antonius Wysocki, Parochus ecclesiae Horodecen.
- R. Joannes Stratonowicz, Parochus Horecen.
- R. Gregorius Kochanowicz, Delegatus Decanatus Holowczynensis, Parochus  
Chocialoviensis.
- R. Gregorius Lachtonowicz, Parochus Kolesnikoviensis.
- R. Demetrius Demianowicz, Parochus Szamoviensis, Delegatus.
- R. Leo Citowicz, ex Decanatu Zapolanensi Delegatus.
- R. Gregorius Malukiewicz, Parochus Jkaziensis, Delegatus.
- R. Ignatius Puzyrewski, Parochus Kozianensis, Delegatus.
- R. Josephus Demidowicz, Parochus Vielzynensis.

- (f. 677) R. Paulus Szczotka, Parochus Homelscensis.  
 R. Josephus Klementowicz, Parochus Zarozensis, Delegatus.  
 R. Joannes Rogowski, Parochus Chorowiezensis, Delegatus.  
 R. Stephanus Citowicz, ex Decanatu Kryczeviensi Delegatus.  
 R. Basilius Cielica, Parochus Hluhovien.  
 R. Theodorus Kozłowski, Administrator Zeymanoviensis.  
 R. Joannes Petraszkiewicz, Parochus ecclesiae Svaloczycensis.  
 R. Onisimus Przewalinski, Parochus Rasozien.  
 R. Eliseus Skoryna, Parochus Hlasomiren.  
 R. Paulus Misiewicz, Provisor Chrestoviensis.  
 R. Leo Szostak.  
 R. Gregorius Tarnawski, Parochus Chodezanan.  
 R. Nicolaus Zablocki, Parochus Sviecinensis.  
 R. Theodorus Danilewicz, Parochus Ullanovien.  
 R. Stephanus Swiderski, Parochus Wiadzecensis.  
 R. Eupremius Chrucki, Parochus Gilianensis.  
 R. Theodorus Zybolowicz, Parochus Lisnianen.  
 R. Basilius Toczyski, Parochus Lauderensis.  
 R. Basilius Markowski, Parochus Malodolecens.  
 R. Elia Pozniak, Parochus Staro-Lepelensis.  
 R. Joannes Konstantynowicz, Parochus Loszvicensis.  
 R. Stephanus Baldyszewski, Parochus Swidzensis.  
 R. Josephus Komar, Parochus ecclesiae S. Eliae Toloczynensis.  
 R. Michael Mankowski, Parochus Nieviedronensis Delegatus.  
 R. Adamus Pocaloiewski, Parochus Nevielensis, Delegatus.

Ad publicum Catholici Gregis solatium praesentibus notum facimus qualiter universi Dioecesum Nostrarum RR. Decani cum RR. Parochis, Decanatum vero suorum Delegatis, huc pro boni regiminis incremento legitime vocati, et congregati, post Divina intra Corporis Christi Octavam, ipso Divi Joannis Baptistae Festo die, scilicet 24 Mensis decurrentis, ad hanc ecclesiam Parochialem peracta, Fidem Catholicam, Formula praerecensita, unanimique ore, et corde, coram Nobis Pastore proprio sunt professi, eandemque solemni juramento firmatam, propriis manibus subscripserunt; ad quorum omnium perennem memoriam praesens totius supradicti Actus testimonium manu Nostra propria firmamus, sigilloque Nostro communiri mandamus, Datt. in Strunie, solita Residentia Nostra, hac die 24 Junii, styli veteris, 1774 anno.

Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis, Vitebscensis, Mscislaviensis, Orsensis, et Mohiloviensis Episcopus (mp). — Locus Sigilli — Michael (f. 677v) L. Sledkiewicz, Curiae Archiepiscopalis Polocensis Auditor (mp).

Praesentem Copiam, ex Rutheno originali, ad Acta Curiae Archiepiscopalis Polocensis ingrossato, et fideliter in Latinum idioma interpretato transumptam, manu quidem aliena perscriptam, mihi tamen bene nota, collationavi, et confrontavi, quam cum suo Originali de verbo ad verbum concordare attestor, in horumque omnium fidem, manu propria subscripsi, Signoque,

Nomine et Cognomine meis, quibus in Publicis utor Instrumentis communivi rogatus et requisitus, hac die Lunae 24 Julij, veteris styli, 1774 anno, in Strunie.

Michael L. Sledkiewicz, Publicus Sacra Autoritate Apostolica Notarius (mpp).

## 53.

*Polocia, 24 . VI . 1774.*

*De variis negotiis ad Nuntium, de libris ad defendendam Unionem, de Suffraganeatu Mstislaviensi, de Archimandria Braslaviensi, de dispensatione Silvestri Klimowicz, etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, fol. 116.

Eccellenza R.ma.

L'ultima di Vostra Eccellenza è stata per me de' 4 Aprile, la mia poi fu sotto li 15 Maggio.<sup>107</sup> Oggi mi revalgo d'un Espresso, che questo Signor Lustratore spedisce per Vilna col suo piego, appartenente alla Commissione delle Scuole.

Non ho mancato di confermare nell'ottima idea il Chierico consaputo, e di tranquillizzare la di lui coscienza col mezzo dell'autorità confidatami da V.E. Restarà dunque questo Galant'uomo nel suo antico piede sino a nuove avviso, ed oggi le partecipa il traspirato nell'annessa Copia.

Ho ben compreso, che piacerebbe a questo Signor Governatore di non avere in queste Parti il Vescovo S.<sup>108</sup> e continua ad asserirmi, che a questo Prelato unicamente premeva e preme di assicurarsi dell'annua pensione di 10 mila Rubli.

Le stampe consapute ebbero qui ottima esecuzione e produssero uguale effetto. Una di esse capitò nelle mani del Sig. Governatore. Più su questo particolare leggerà V. E. nell'annesso Foglio, sotto il N° 15.

Per servire meglio le mie remote Parti di questa Diocesi, e per assicurarsi l'Unione Santa, bramaria stabilmente erigere un Suffraganeato nella Provincia di Mscislav, e per sufficiente sostenimento di tal Suffraganeo convertire la Badia di Onufrej, quando questa doppo la morte dell'odierno Monsignor Arcivescovo di Smolensk<sup>109</sup> venisse a vacare. Ho già propizio a questa idea il Signor Governatore, ma prima di far qualunque passo nella Corte, ricorro alla decisione di V.E.; a mio parere non sarebbe male, che l'Arciv.º sudetto avesse Coadjutore col titolo perpetuo del Vescovo in Partibus, e col peso del Suffraganeo Arcivescovile di Polock, purchè la S. Sede v'acconsenti a perpetuità.

(f. 116v) Devo prima abboccarmi col P. Provinciale de Basiliiani di Lituania, sopra il soggetto, per la Badia di Braslav, capace di coadjutare questo

<sup>107</sup> Cfr. supra.

<sup>108</sup> Verosimiliter agitur de Stanislao Siestrzencewicz.

<sup>109</sup> Josephus Lepkowskyj, Archiep. Smolenscensis (1771-1778).

Pastorato in quelle Parti. Mi lusingo peraltro che l'odierno Abbate non avrebbe grande ripugnanza di accettarvi tale soggetto a titolo di Coadjutore, considerando il bene che da tal'assunzione ridonderebbe alla chiesa; nè credo, che Ap.lica Sede volgia a ciò contraddire.

Silvestro Klimowicz, mio Diocesano, frescamente ritornato da Roma, non so per qual motivo evita di comparire qui, soltanto m'inviò da Vilna la lettera di V.E. favoritami sotto li 27 Marzo, in cui ella mi dimanda, se convenga d'aggraziarlo della dispensa sopra l'irregolarità contratta per aver nella Chiesa de Disuniti celebrato la Messa non essendo egli piucchè suddiacono. Nulla mi dice del presente suo stato, scrivendomi da Vilna, dimanda unicamente la sua Dimissione. Or prima di vederlo, nulla posso eseguire, non valendo prima sapere le precise circostanze della di lui Persona.

Finisco la presente, perchè i miei Decani cominciano già congregarsi, e mi levano la penna dalle mani. Conferirò con essi sopra l'erezione del Seminario,<sup>110</sup> principal sostegno della S. Religione, e del risultato fedelmente signifierò a V.E., e frattanto baciandole la S. destra, con tutta venerazione sono

Di Vostra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore  
G.S. AP. (mp).

P., 24 Giugno 1774.

P.S. — Utile sarebbe a questi Fedeli, se V.E. si degnasse parteciparmi li provvedimenti di Roma contro questi Impiccioni e Ribaldi, altramente vivendo all'oscuro facilmente restaranno sedotti i Fedeli di Cristo.

## 54.

*Polocia, 3 . VIII . 1774.*

*De Alumnatibus, de actione Aularum catholicarum in favorem Unitorum in Moscovia, de aequivocis nominibus, de conservatione Ritus, de Stanislao Siestrzenewicz, de pessimo statu aedium ecclesiasticarum, de suppressa Societate Jesu, de Congressu Decanorum, de erectione Seminarii, de studiis clericorum, de interdictione appellationis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 141, fol. 117-118.

Ill.ma e R.ma Eccellenza.

Doppo li 24 Giugno, e prima d'oggi, non ebbi alcun'occasione sicura per codesta volta; in ora dunque ad un Monaco Basiliano, che da queste Parti si trasferisce a quelle di Lituania, confido la presente, e per mezzo di questa umilio a V.ra Eccellenza R.ma ben vivi ringraziamenti miei, per essersi ella degnata d'appoggiare la Risposta, che fin da' 4 Xm.re scorso le inviai per la San.tà di N.ro Sig.re.

<sup>110</sup> Cfr. documenta praecedentia, sub die 23. VI. 1774.



Dovrassi eternamente qui benedire il zelo, con cui V. E. R.ma, per maggiormente assicurar la Religion Catolica in questo Clima, già due Alunnati nel Collegio di Prop. Fide impetrò, e procura degl'altri in quello di Vilna, per li Chierici di questa ben povera ed afflitta Diocesi. Non mancarò adunque di scegliere due capaci Giovani per inviarli a Roma nel prossimo Autunno, e pronti terrò gl'altri per allora quando s'incontrarà nel Collegio di Vilna qualche vacanza; frattanto poi con sì dolci avvisi consolarò tutta la mia Diocesi. Monsignor mio Riveritissimo, già mi pare di veder qui degl'Alunni Pontifici come li più autentici Testimoni e monumenti dell'Ap.lica giurisdizione, carità, e provvidenza.

Lodato sia il Cielo, che l'instancabile zelo di Sua B.ne finalmente si serve di quello delle Corti Catholiche, per vieppiù assicurare anche qui la Religion di ambi due Riti, ugualmente catolici e santi. Piaccia però al Divino Nume, che la sovrana interposizione anzi mediazione incontri la contemporaneità delle vere indigenze di chi ora non vuol sapere, cosa significhi il sopportar qualunque soggezione; altramente si potrebbe temere qualche incaglio degl'animi o mal disposti, o ben cocciuti. Basta, V.E. R.ma mi comprenda, e meglio sà l'odierne circostanze d'una parte, e l'indigenze dell'altra. In verità, tutto il male, ed ogni pericolo pare ora involupato nella perplessità di questa parolina « Catolici », quasi non dovesse convenire se non se a soli Latini. Crederia potervi chiudere la porticella a tutte le magagne, politiche, restrizioni, e pericoli, quando si convenisse doversi qui fuori e dappertutto dire e scrivere chiaramente: « Catolici di Rito Latino, Catolici di Rito Greco, Catholicici di Rito Latino e si anche di Rito Greco ». Dipende ora dal saggio consiglio di V.E. R.ma, se convenga (f. 117v) di subito avvertire su di ciò anche il Principe Lobcovitz? Non mi pare questo semplice ripiego poter incontrare veruna difficoltà in qualunque luogo ed all'altra parte troppo è giusto anzi provido.

Adoro poi la perspicace provvidenza dell'Ap.lico Soglio nella sospensione della conferma de' consaputi stabilimenti, e nella determinazione di far con esse seguire la decisione di Urbano PP. VIII, contro l'arbitraria petulante pregiudiziale e troppo scandalosa descrizione de' Sagri Riti. Tempo fà, ebbi occasione di ragionare molto con questo Signor Pro-Governatore sopra la suddetta Decisione, e egli francamente mi dicchiaro, che esibendosi quella a chi conviene, certamente resterebbe pubblicata come affatto giusta e reggionevole. Mi basterebbe animo per farne qui la dovuta pruova, quell'ora B.mo Padre credesse potermi confidare qualche suo Ordine v.g. per l'esatta osservanza del menzionato Decreto, accomodando le enunziative di esso alle circostanze del tempo e del luogo. Cotale pruova unicamente consisterebbe nel mero e privato tentativo, nè prima rischiarei l'autorità Pontificia al publico, se non quando restassi assicurato del bramato effetto. So da tall'uni credersi fortemente che il Rito Latino privatamente sia proprio per sostenere e garantire l'integrità della Religion Catolica; sbaglia però chi pensa così e poco riflette a tante Provincie, quante nel secolo decorso sonosi smembrate dal Regno Polacco, nelle quali ora manco vedessi un sol vestigio de' Riti latini quantumque al-

lora fioriti anzi dominanti.

Si leggono qui le stampe del Processo per la Visita di Monsignor Siestrzencewicz secondo l'annessa copia (A.). Per me non sò capire il titolo, ch'egli s'appropria quello del Vescovo Catolico, unicamente al Sovrano Pastore conveniente. Certamente ambidue qui siamo Catolici, ma non già Vescovi Catolici o sia Ecumenici, e se giustamente si prevalerà egli di tal titolo, sarò anche io forzato di servirmi di esso, mentre non sono ne scismatico nè eretico, e devo prevenire, che la posterità, da si diversi titoli sedotta, non mi reputi per tale. Sarebbe adunque per ogni parte più conveniente e più vantaggioso distinguere il nostro Catholicismo colla summenziona diversità de nostri SS. Riti. Poco importano tanti incensi, quantunque fuor di staggione, nel medesimo Processo esibiti, ma la pubblicazione delle cose spettanti al Governo secolare, e da questo già comandate vien qui riputata per impertinente; l'insinuazione poi Pastorale degl'Editti esteri, e per la Religione Santa cotanto ferali, è a mio pensare troppo vergognosa e sommamente pregiudiziale per li Catolici. Tutto questo a V.E. R.ma scuopro a solo fine di prevenire ogni conseguenza o dannosa, o poco onorevole, per lo scanzo della quale, eccole tutto il mio sangue.

Questo Signor Pro-Governatore, nella visita delle Provincie a se confidate, restò sommamente scandalizzato della vilissima struttura di alcune mie chiese e Cappelle; quantunque senza mio previo consentimento edificate, conforme V.E. R.ma potrà osservarne nel qui aggiunta Copia (B.). Dio buono! cosa io vaglio contro l'assolutismo (f. 118) ordinariamente irregolare degl'Eredi dalla mia Giurisdizione affatto esenti, apunto perche dal Rito Greco disertati? in ora forse mi converrà di meglio badare tali e simili storture; e frattanto non sò comprendere perche gl'Eredi non debbano soggiacere al Pastorato di quel Rito, di cui sono le Chiese, li Preti e le contestazioni; supplico V.E. R.ma di rendermi su questa importantissima circostanza istruito, perche gl'Eredi latini, vilipendendo la mia giurisdizione, mettono in scompiglio ogni Regola Ecclesiastica, pregiudicano ai Benefizi, bastonano li Benefiziati, ed impediscono l'esecuzione della mia sollecitudine; la povertà poi del mio clero non permette, che incessantemente lotti colla Potenza ne' Concistori latini, per lo più contrari al Rito Greco. O! quanto sarebbe necessaria un'Enciclica Pontificia per regolare tali cose.

Umilia a V. E. R.ma le sue nuove (C.) il consaputo Chierico, colla di lui benedizione santa, persistente nel suo antico stato e luogo tranquillissimamente; vive egli sicuro della paterna di lei protezione quallora venisse encargli ogn'altra provvidenza da queste Parti. A tali nuove rinuovo a V. E. R.ma le mie riflessioni sopra lo stampatore delle Gazette Polacche, il quale troppo esorbita nel favorire l'estinta Compagnia ed apertamente insulta il Capo della S. Chiesa. Il Re fedelissimo ben sferza l'ardire Exgesuitico; e l'ortodosso Monarca permetterà all'Exgesuitismo le armi di stampa per ingannare e sedurre il Publico, per deridere l'Ap.lica Sede? Non sarebbe male, che V. E. R.ma mettesse sugl'occhi del Sovrano gl'estrattini delle maligne Gazette, e gli facesse positiva istanza per la remozione dalle Stamparie gl'Exgesuiti, i quali

mai cessarono d'intorbidare le cose del mondo e della Chiesa sino all'ultimo.

Per motivo di vera cordialità scrissi a Monsignor Siestrzencewicz, avvertendolo della pubblica voce, quasi foss'egli stesso l'accusatore in Pietroburgo del povero Vicario di Vitebsco (*D.*). In risposta ricevetti l'annessa apocalisse (*E.*), ma l'afflitto sacerdote mi canta diversamente (*F.*). Vedo poco sperabile quantunque al sommo necessaria l'amicizia e la confidenza per questi Pastorati.

Nell'ultimo, e fin' ai 10 giorni protratto Congresso de' miei Decani e di Delegati Decanali, primieramente dichiarai questo P. Abbate in mio Vicario Generale; secondariamente stabilii alcuni Provvedimenti per miglior direzione del Clero, quali fra breve trasmetterò a V. E. R.ma. Per fine fissai l'erezione del Seminario Diocesano secondo l'esemplare annesso (*G.*). Terminai il sudetto Congresso colla Messa solenne, col Te Deum laudamus, e colla Professione di Fede secondo la Formola riferita qui sotto (*H.*). Siccome poi si è stabilito doversi ogn'anno tenere simili Congressi, ogn'anno dunque si rinnoverà la menzionata Professione, in barba di chi si sia, in gloria della Religion Catolica, ed in conferma dell'Union Ecclesiastica. Non sò per altro, se penso bene nel mentre supplico l'Eccellenza V.ra R.ma primieramente per la Pontificia conferma di tall'atto, affine non venga rovinato da miei successori; secondariamente per l'Indulto della Benedizione Papale da darsi al Popolo intro Octavam Corporis X.ti, all'occasione che li miei Decani ogn'anno dovranno quà congregare, e colla rinnovazione della Professione Catolica raffer (f. 118v) - mare l'Union Ecclesiastica in quel medesimo termine. Contemporaneamente poi umiliarò a questa Dominante le mie Istanze, per la stabile permissione di sito e di locazione e vorrei coll'approvazione di V. E. R.ma incalorire il zelo de' primari Eredi, a quali compete il Padronato di molte Chiese in questa Diocesi, per l'accrescimento del numero de' Seminaristi, e quindi per l'assicuramenti della Religion Catolica ne' Feudi di tali Eredi, come anche della salute delle anime de' loro sudditi.

Che incommodo portarebbesi *v.g.* alla Famiglia de' Principi Sanguszco dell'annua pensione di 50 Ungari per due suoi seminaristi? Fra brieve ne stenderò la minuta per tali lettere, e la sottometterò alla decisione di V. E. R. In oggi unicamente mi tormenta l'incertezza del vero amore e del sincero impegno de' monaci, non ben affetti al Clero secolare, per la buona educazione della Gioventù di esso; perché il disprezzarla, maltrattarla, e fraudolosamente educarla, sarebbe l'istesso che far raffreddare nel Clero la volontà di studiare, e richiamar l'ignoranza per lo sterminio della Religion Catolica. Per ovviare dunque a tali enormità e pericoli, sarebbe convenientissimo se da V. E. venisse raccomandato all'Ordine Monastico miglior affezione per il Clero secolare e sommo impegno per la più efficace educazione del medesimo; 2, la precisa deputazione de' Monaci Alunni Pontifici, maturi, graduati, vocali, idonei ed anche al Pastore grati, per la direzione del Seminario; poiche il Reggente e Prefetto di tal calibro, saprebbero dar l'educazione ai Seminaristi e far l'onore al Clero, al Pastore, al Paese ed alla Chiesa, nè si riputerebbero per tanti abgetti



nella sua Religione servendo al publico della Diocesi; 3, la maniera paterna ed umana a chi governarà li Seminaristi; 4, l'impegno sincero ai Professori per l'ottimo profitto ne' studi della gioventù del clero secolare; 5, l'obbligo di coadjuvare li Pastori del suo Ordine e gli Ecclesiastici del proprio Rito.

In occasione della desideratissima educazione del Clero mi viene in acconcio di rappresentare a V.ra Eccellenza R.ma quasi necessità positiva di animare in ogni modo li Chierici secolari allo studio di Lettere; e per così allettarli, desideria, quando piacesse a V. E. R.ma, supplicare l'Ap.lica Sede per due Crocette allusive all'Union Ecclesiastica (I.), si chiamano in Polonia « *Distinctoria* », de' quali mi servirei per onorare li primari ministri del mio Pastorato, i li migliori soggetti della Diocesi, e per così ritener tutti nella Santa Unione.

L'apellazione interdetta al Foro Ap.lico, ed aperta al Collegio di Giustizia Peterburgica, mi da fastidio più d'ogni altra cosa. Sò che dal mio Vicario Gn.le non è permissibile d'apellare alla mia curia; sò non esser possibile, che ogni parte restar possa contenta delle sentenze del mio Vicario Generale, e quindi, non potendosi apellare ubi de jure, temo non si risolvi qualch'uno d'apellar a Pietroburgo. Per troncar dunque l'occasione a tali apellazioni, penso o d'inserire nello stromento Vicariale clausulam liberae repositionis Causae corammetipsis, o desiderare che Monsignor Metropolitano mi deleghi la sua autorità per conoscere le cause della seconda istanza. M'acquietarò su questo particolare con quello V. E. R.ma stimarà meglio convenire alle presenti circostanze, e frattanto le rafferma tutta la mia venerazione, ubbidienza, come sono...

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore  
G. S., A.P. (mp.)

P., 3 Agosto 1774.

## 55.

*Polocia, 20 . VIII . 1774.*

*De Abbate Benvenuti, de protectione Unitorum in Ucraina, de statu Ecclesiae Unitae, de Basilianis, etc.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 141. ff. 119-120.

Eccellenza Reverendissima.

Demandavit mihi Ill.ma Dominatio adhuc die 24 augusti quatenus eam informem, an in spiritualibus gubernii sui rebus, mecum, quamvis remotiore, an vero cum aliquo alio sibi propinquiore tractare debeat? Nosco opportunum id, congruumque esse, quod constituerem in unoquoque gubernio, imo provincia seorsivum potestatis meae vicarium: ast illud quoque non me latet, quod in mea meique cleri paupertate non possideo, quantum pro honesta tot vicariorum sustentatione ipsa aequitas exigeret; nec scio ubinam tantos viros collocarem. Contuli hic vicariatum dignissimae personae P. Caesaris Czudnouski ac ob congruam ei sustentationem providendum exuo me ipsum Abbatia Polocensi. Habeo alterum in Mscislaviensi tractu integerrimum talentorum religiosum P. Athanasium Marcinkiewicz, qui etiam Pustinensis ibidem monasterii superioratu provisos non caret de quo dioecesana obsequia praestet. Intendebam tertium in Orsanensi tractu constituere, verum nec locus nec modus sustentandi superest. Ill.mo quoque Archiepiscopo Lepkowski, Abbati Onuphriensi huiusmodi offerre vicariatum non audeo, perpendens illum et valetudine infirmum et excellenti dignitate praeditum, adeoque meis obtemperare mandatis minime obligatum. Ut sit, non desinam cogitare de vicario tertio saltem, huius autem sustentatio cum meas superet vires, altiore certe exigit providentiam, quae ab unica Ill.mae Dominationis pendet gratia, cui me ipsum meoque pastoratui commissos recomendo et cum profundissimo cultu maneo,

Illustrissimae Dominationis humillimus servus.

J. Smogorzewski, Archiepiscopus Polocensis.

Die 29 novembris 1774.

## 64.

*Polocia, 3 . XII . 1774.*

*De ecclesiis Rohaczoviensibus, de funere Summi Pontificis etc.*

Eccellenza Reverendissima.

Da gran tempo previddi, che l'odierna amministrazione delle Chiese di Rohaczevia presto o tardi ecciterebbe in questo mare qualche burasca; la indovinai a puntino. Per calmarla adunque procurai di scusar il fatto e l'autorità, secondo le annesse Copie del mio carteggio col Conte Czerniszeff,<sup>130</sup> questo General Governatore; per evitare poi ogn'incaglio, pregiudizio ed anche affronto, sarebbe assai giovevole farmi avere quel Vicariato di cui potria servirmi nelle più spinose circostanze dell'ulterior attacco, e simili copie oggi trasmetto a Monsignor Arciv.o di Smolensco, acciò anch'egli sappia difendersi, senza esporre l'autorità Ap.lica all'altrui elusione. Non mancarò significare a V.ra Eccell.za quanto sarò qui per succedere su questo proposito, e frattanto prego il Cielo, che il sudetto Ministro resti sodisfatto da' riflessi avanzategli nella mia risposta.

Ho di già spedito alle stamperie di Vilna il mio Processo <sup>131</sup> per l'anima de defonto Pontefice, secondo qui aggiunta translazione fedelmente tirata dall'original Polacco; ne volsi perdere una sì buon'occasione per autenticare la nostra credenza, per confermare in essa le mie Pecorelle e per confondere l'ostinazione di chi non vuol sapere la verità del Supremo Pastorato. Li testi sono trasportati pure dal Polacco.

Questo Signor Governatore finalmente ieri mi respinse la lettera della Cong. di P. F., il Decreto contra Transitum col Breve Pontificio.<sup>132</sup> Mi lascia egli in piena libertà per l'esecuzione di tali Monumenti. Manco male, almen auranno considerato, con quanta ragionevolezza, e con quanta stima per chi regna si carteggia col'Ap.lica Sede.

Inora m'affatigo per l'esequie Pontificie, le quali si faranno con ogni decenza per l'Ap.lica Sede e per il Sommo Pastore della Chiesa di Cristo. Spero che anche li Dominanti saranno spettatori di questa Funzione, perche intendo invitarli in quel giorno a pranzo.

L'ultima mia fù de 22 Novembre, consegnata a questo Signor Lustratore, e spedita nel Piego per codesto Gabineto. La presente poi azardo per Posta sotto la coperta del P. Procurator Leszynski. Per fine non occorrendomi altro per ora, le baccio la sagra Destra, e colla piena venerazione me le dico, conforme sono

Di V.ra Eccellenza divot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore  
G. A.P. (mp.)

Polock, 3 Xm.re 1774.

Ardisco supplicare l'E.V. per la rimessa sicura dell'acclusa lettera.

<sup>130</sup> Cfr. supra.

<sup>131</sup> Cfr. supra.

<sup>132</sup> Cfr. in *Documenta Pontificum*, vol. II, p. 236, nr. 812-813, sub dat. 16. IV. 1774 et 16. VII. 1774.

## 65.

Polocia, 11 . XII . 1774.

*De ecclesiis Rahačeviensibus, etc.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, foll. 129-130.

Eccellenza R.ma.

Sotto li 4 corrente significai a V.ra Eccellenza R.ma il mio carteggio con S. E. il Signor Conte Czerniszeff, oggi le umilio, quanto posteriormente sulle Chiese di Rohaczewia ricevetti dal Signor Governatore di Mohilovia, e quanto oggi glene rispondo. Non manco poi di pienamente informarne Monsignor Arciv.o di Smolensk, acciò coerentemente alle mie risposte sappia egli difendere l'innocenza propria. Vedo già chiaramente che il sudetto Signor Governatore studia di cuoprire il suo consentimento prestato all'odierna amministrazione di que' Decanati, e quindi temo per averlo affermato nella mia risposta al Conte, quantunque su tal verità io sia da Monsignor Arciv.o sudetto sino da bel principio fortemente assicurato. Ciò nonostante, voglio sperare, che un tal consentimento potrà bastantemente restar giustificato come nelle mie lettere apertamente ristretto a' primi momenti di nuova dominazione e sino a tanto, che non mi fosse per quelle Chiese accordata l'autorità spirituale.

Si allestisce qui tutto per la decenza delle Pontifizie Esequie, nell'esecuzione de' quali soffro di già molti ostacoli suscitatimi dal maligno Rettore; convien superarli anche per via de' ricorsi al Governo.

L'annessa farà piacere al Gran Generale di Lituania. Supplico sia (f. 129v) rimessa alle proprie di lui mani. E senza più resto colla più perfetta venerazione.

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore  
G. A.P. (mp.)

P., 11 Xm.re 1774.

(f. 130)

Ieri pranzò in casa mia questo Signor Governator Kreczetnikow, in compagnia de' suoi subalterni, raglionò pubblicamente meco sopra l'Union Ecclesiastica, anche da gran Pietro meditata,<sup>133</sup> anzi disse d'aver nozione, d'essersi trovato nella camera del defonto Papa non so qual Piano per unire tutti alla Chiesa di Cristo. In questa occasione ebbi campo di far onore alla Religion Catolica, e comincio meglio sperar per essa, anzi desiderarei trovarmi in Mosca all'arrivo dell'Imperatrice, ma non sono in stato di far tali spese. — G.

Supplico di segretamente notificare al Signor Conte Ogrodzki, Segretario della Corona, che questo Signor Governatore è dalla sua Corte destinato per fissare nuovi limiti colla Lituania. Tale nuova ho dalla bocca del medesimo Personaggio. — G.

---

<sup>133</sup> Agitur de quodam programme, de quo agebatur temporibus Petri I cum doctis Sorbonae Parisiensis.



## 66.

Polocia, 29 . XII . 1774.

*Responsum Archiepiscopi Gubernatori Mohiloviensi de Decanatibus Rohaczoviensibus, deque eorum administratione praesenti et statu.*

APF. *Scrith. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia, Ruieni*, vol. 12. fol: n. n.

A. — Epistola Gubernatoris Mohiloviensis Archiepiscopo Polocensi de Decanatibus Rohaczoviensibus, 20 decembris 1774.

Ill.mo Rev.mo Smogorzewski, Patrono Colendissimo.

Illustrissime, Reverendissime, Patrone Colendissime!

Post adnexum provinciarum Albae Russiae ad imperium Roxolanum ecclesiae Unitorum sitae in provincia Rohaczoviensi, ut praecisae ab unitorum Metropolitano, relictaeque sine pastore, commissae sunt administrationi Illustrissimi Rev.mi Domini Lepkowski, Archiepiscopi Smolenscensis, eo tantum, quo a potentissima imperatrice alicui regimen ecclesiarum unitarum commissum fuerit. Postmodum cum potentissimae imperatrici visum erat Vestram Ill.mam Rev.mam Dominationem in utriusque Albae Russiae gubernio super unitorum ecclesiis praesidem constituere, exinde existimavi illum Dominum Archiepiscopum Lepkowski regimen ecclesiarum Unitorum in provincia Rohaczoviensi sitarum commississe Vestrae Ill.mae Dominationi, Vestramque Ill.mam Rev.mam Dominationem jam pridie illud regimen suscepisse. Verum ex litteris tam Vestrae Ill.mae Rev.mae Dominationis, quam et Ill.mi Domini Lepkowski contrarium accepi. Quapropter scripsi ad Ill.mum, Rev.mum Archiepiscopum ut omnes illas unitorum ecclesias in Rohaczoviensi provincia sitas regimini Vestrae Illustrissimae Reverendissimae Dominationis committat, nec ullo modo negotiis illarum se ingerat. De his Ill.mae, Rev.mae Dominationi significando, atque exorando, quatenus eas ad suum recipiat regimen, cum omni cultu ac submissione maneo,

Ill.mi et Rev.mi patroni mei Colend.mi humillimus servus

Michael Kochowski.

\* \* \*

B. — Responsum Archiepiscopi Polocensis Domino Gubernatori Mohiloviensi de Decanatibus Rohaczoviensibus, 29 decembris 1774.

Ill.me Excellentissime Domine, Patrone Colend.me.

Non peccasti, Excellentissime Domine, quod ecclesias viduatas provinciae Rohaczoviensis curae Ill.mi, Rev.mi Domini Archiepiscopi Lepkowski ad ulteriorem Majestatis dispositionem commendasti, ita quidam regnans prudentia, maxime in primordiis gubernii exigebat. Nec etiam peccavit Ill.mus, Rev.mus Archiepiscopus quod nunquam ab Excellentissima Dominatione Vestra et cum canonica Sedis Apostolicae benedictione validam ecclesiarum derelictarum suscepit administrationem: mihi autem hoc peccato reputari nequit, quod postquam a potentissima imperatrice nostra ad praedictas ecclesias clementer nominatus fuero, eo instanti notulam exhibui ut spiritalis jurisdictio mihi conciliaretur,

quam nec videndo, nec de illa audiendo, ausus fui demum literis interrogare, utrum saltem egomet ipse ubi de jure curam de illa adhibere deberem. Cum vero praecessis et praeponderatis his omnibus circumstantiis placuit Excell.mo Domino de 20 decembris mihi demandare, ut jam ad praedictas ecclesias meum extendam pastorum, hoc ipso ergo placuit ipsi ex me desiderare, ut iuridice, honeste, conscientiose, canonice ac proinde valide illud ibi exerceam. Hoc igitur jussu et tam justo desiderio animatus, Christi Rahaczoviensis provinciae gregem ad ovile pastorum meo commissum, eo fortius pro spirituali potestate, veluti admodum mihi opportuna, jam ipse meos ad ecclesiasticam jurisdictionem hodie dirigo conatus et desideratum hac in re effectum cito obtinere spero. Excellentissimam vero Dominationem Vestram simplex exoro, ut tantum Ill.mus, Rev.mus dominus Archiepiscopus Lepkowski sua temporanea et valde brevi administratione nullum tam ex parte sui, quam ex parte commissarum sibi ecclesiarum detrimentum patiat. Spero in Deo, totam istam circumstantiam cito et bene sopire posse, nec dubito hae ipsi Excell.mae Dominationi gratum fore, quod ad Rahaczoviensium ecclesiarum regimen et modum una cum Ill.mo Rev.mo Archiepiscopo Smolensensi statuam etc. etc.

## 67.

*Polocia, 22 . XII . 1774.*

*Descriptio exequiarum devotionalium pro pie functo Pontifice Clemente XIV, in signum fidelitatis et demonstrationis coram auctoritatibus civilibus moscoviticis.*

APF. *Scrit. rif n. Congressi: Moscovia, Polonia, Ruteni* vol. 12, f. n. n.

C. Descriptio Exequiarum Polocensium pro anima S. M. Clementis PP. XIV.<sup>134</sup>

Brevis descriptio solemnium Exequiarum pro anima S. M. Clementis PP. XIV in ecclesia Cathedrali Polocensi per Illustrissimum Archiepiscopum Polocen. 22 Xbris s. n. 1774 anno.

Ad latera Mausolei, magnifice extructi, sitae erant quatuor Pyramides, cereis ab imo ad summum candelabris, stellarum forma elaboratis, optime ornatae.

In basibus triangularibus earundem Pyramidum, egregie depictum erat primis duobus ex lateribus stemma Summi Pontificis, videlicet, Ordinisque Serafici. In tertio autem cujuslibet Pyramidum basis angulo, expressa erat sedes vacans, quam Claves ad terram in umbella dimissae referebant. 1 — Pyramidis basis id habuit Inscriptum: 1<sup>o</sup> Exultabunt montes, Psal. 97, v. 8; 2<sup>o</sup> Stellae dederunt lumen, Baruch. 3, v. 34; 3<sup>o</sup> Placita erat Deo anima illius, Sap. 4, v. 14. + 2 — Pyramidis basis autem pars: 1<sup>o</sup> Erat manus Domini

<sup>134</sup> Celebratio haec correspondebat stylo illius temporis. Erat simul manifestatio fidelitatis et catholicitatis in hoc mari dissidentium et inimicorum Unionis.



cum Eo, Luc. 1, v. 66; 2° Stillabunt montes dulcedinem, Amos 9, v. 13; 3° Acurrite vos et plangite Sacerdotes, Ioil. t. v. 13. + 3 — Pyramidis basis, cujus inscriptio: 1° Hodie estis sicut stellae Coeli, Deut. 1, v. 10; 2° Scripsi vobis manu mea, Gal. 6, v. 11; 3° Militia est vita hominis super terram, Iob. 7, v. 1.

4 — Pyramis, cujus basis ternas quoque habuit inscriptiones: 1° Et erunt in unionem in manu tua, Ezech. 37, v. 17; 2° In manu est fortitudo, Gal. 6, v. 11; 3° Quomodo midit potens, qui salvum faciebat populum, 1 Machab. 9, v. 41.

Gradus funebres qualibet ex parte, secundum dimensionem eorundem, cereis stellatisque candelabris undique magna in copia erant adornati. In medio ejusmodi graduum, erectum erat Mausoleum quadratum ad tres condignationes altum, eo loco marmoreo, cujus extremitas erat convexa. Ad latus 1-um Condignationis hujus machinae situs erat liber Evangeliorum; in 2° latu Calix; 3° Infula Latinorum; in 4° Mitra Graecorum Episcoporum; In medio autem hujus quadrati conversi, eminebat Triregnum Papale, quod una ex parte Crux Patriarchalis ex altera pedum Latinorum ac Graecorum ac tandem Galerius Cardinalitius ad Machinae frontem dimissus (hujus funiculi Claves Pontificios iunxerant ad terram dimissos) adornaverat. In 2 condignatione ejusdem Machinae quadratae, pars 1 exhibebat prototipon seu effigiem p. m. Summi Pontificis, supra quam haec erat inscriptio: Imago bonitatis illius, Sap. 7, v. 46. In parte ejusdem 2 condignationis *C. P.* a fabre elaboratum, idest: Clemens Pontifex, ubi etiam inscriptio: Date Nomini Ep. ejus magnificentiam, Eccl. 39, v. 20. Pars 3 diptichum exhibebat: Angelum tuba ex nubibus resonantem haec verba: Mortuo non prohibeas gratiam, Eccl. 1, v. 37.

Loco tandem 4°, ubi Sedes vacans, expressa erat haec inscriptio: Coelum sedes mea, Isa. 60, v. 1.

In I autem condignatione ejusdem Mausolei, quasi marmoreo lapidi, insculptum erat hoc distichon.

1<sup>a</sup> ex parte: Gens Unitorum Clementi vota sacrando/Polociae maestas tollit ad astra faces.

2<sup>a</sup> ex parte: Ius Doctorandi quatuor concessit Alumnos/Ut Ritus vigeat, Bulla probabit eum.

3<sup>a</sup> ex parte: Moribus insignis, morum doctrina per Illum/Aspexit paxque quiesque simul.

4<sup>a</sup> ex parte: Occidit ach! Clemens praeclarum lumen in Orbe/Plus si luceret, nubila nulla foret.

Res Divinae eo ordine erant dispositae: Hora 9 Officium pro defuncto decantabant PP. Basiliani, his immediate successive PP. Ordinis Praedic., Ord. S. Francisci Conventualium ac Ord. S. Francisci Minorum, qui ob temporis angustias, omnes simul idem Officium peragebant, quo finito PP. Conventuales Divinum Missae Sacrificium celebrarunt, et hoc peracto concionabatur elegantissime in tandem pie defuncti PP. Ambrosius Kiryatt, Ord. S. Basilii Magni Professor Theol. Tandem Ill. mus Archiepiscopus ritu Orientalis Ecclesiae funebre officium solemniter peregit, omnesque huic actui praesentes, tum quoque ipsummet Ill. mum Gubernatorem Plescoviensem una cum ejusdem Civilibus et Militaribus Administris prandio humaniter excepit. Inde quisque

cum posteritate intelingat, quantum Romani Pontifices etiam post obitum in Ecclesia Catholica venerari debeant.

## 68.

Polocia, 8 . I . 1775.

*De ecclesiis Rohaczeviensibus, de exequiis Pontificis, etc.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 141, foll. 131-132.

Eccellenza R.ma.

Colla risposta di Monsignor Arciv.o di Smolensco restai nella settimana decorsa ben assicurato dell'essersi egli, nel carteggio e ne' Colloqui con il S.r Governator di Mohilovia, conformato alle mie espressive sopra li due Decanati di Rohaczevia, come anche d'averlo egli pienamente acquietato, sulla sua in quelle Parti giurisdizione. Oggi poi ricevo, secondo l'annessa Copia (:A:) funesto l'intimo della medesima giurisdizione espressamente inibita a quel Prelato, ed assolutamente a me addossata, senza nulla rispondermi intorno al difetto dell'Autorità Spirituale. Temo in verità, che tale Inibizione non abbia forza a coartare l'ulterior esercizio dell'Ap.lica ivi Delegazione, e non sia insieme qualche malignissimo giochetto, per sottrarre quel povero Clero all'Unità Ecclesiastica, quell'ora volessi io più differire l'uso del mio Pastorato in quei Decanati. Per troncar dunque ogni motivo alle competenze ed alle malignità, e per evitar il titolo d'un torbido, d'un sofisticato o d'un ribelle, rispondo presentemente al sudetto Signor Governatore, giusta qui compiegato l'esemplare (B.) cioè: che quantunque nulla mi si risponde sopra il connoto mio Memoriale rispettivamente al gius spirituale, nulladimeno, mentre inora mi si comanda di assolutamente prendere il governo di quelle Chiese, *pare* di ordinarlisi ancora, che debba io prenderlo canonicamente e quindi che per la giurisdizion spirituale ricorra *da me stesso* all'Autorità Ecclesiastica. Locchè volendo puntualmente eseguire, lo supplico, che frattanto Monsignor Arciv.o sudetto resti quieto nel temporaneo e breve esercizio della (f. 131v) giurisdizione si bene delegatagli. Non manco di comunicare tutto ciò al summenzionato Prelato, acciò pensi, scriva e parli coerentemente al mio ripiego; a Vostra Eccellenza poi umilio le mie ardentissime premure per la più celere Provisione del gius spirituale, nonostante l'odierna vacanza del Pontifizio Soglio; altramente si potrebbe di molto temere qualche infortunio o per l'Union Santa de' surriferiti Decanati o per la giurisdizion delegata a Monsignor di Smolensco, o finalmente per discreditto del mio Pastorato. Che pena! di dover combattere nelle più delicate materie con chi per l'ultima ragione porta « sic volo, sic jubeo ».

Già trasmisi a V.ra Eccellenza sotto li 4 Xmbre scorso la Copia del mio Processo Polacco per l'anima Pontificia pubblicato. Le accennai pure in data dell'11 medesimo le magagne di questi perfidissimi Reverendi, quali sotto mano fecero il possibile per impedirmi l'opera de due Pittori quantunque per-

messimi dal Signor Governatore; superati nulladimeno anche questi ostacoli, celebrai le Pontifizie Esequie con tutta la decenza, e colla dimostrazione non solo della dovuta gratitudine, dell'illibato rispetto, ma eziandio della vera unione de' Ecclesiastici quantunque diverso Ritu viventi. Tutto ciò V. E. potrà meglio considerare nella qui aggiunta descrizione (C.) la quale desiderarei potesse rimanere nell'Archivio di codesta S. Nunziatura, ed in quello della S. Cong.e di Prop.a Fide, in memoria e monumento della soggiogata ma non già pervertita l'Union nostra. L'unico dispiacere sperimentai in tutta questa Fonzone (f. 132) che il Signor Governatore, a motivo de' Corrieri sopraggiungiti, come si affermava, non potette intervenire ad essa; nulladimeno diverse persone del Governo la onorarono di loro presenza, e dopo Pranzo lo stesso Signor Governatore con tutti i suoi volse vedere l'apparato funebre, esaminò tutte le Pitture e le iscrizioni, senza avervi trovato nulla da rimproverare. Questi però scaltri Reverendi, quantunque da me non invitati, volsero furtivamente la struttura del Catafalco, il significato delle Iscrizioni, ed allusione della Predica (D), ma niente vi trovarono, dove potessero attaccarsi per nuocerme; solo sparlavano contro l'insolita e quasi affettata Fonzone. Non cessano questi di bestemmiare contro il Pontefice defonto, e predicano prossima risurrezione dell'estinto loro Ceto. Qui a buon fine supplico l'Eccellenza V.ra d'avvisarmi più presto le sarà possibile della prossima Elezione Pontificia, con individuarmi le di lui qualità principali, e trasmettermi il ritratto del futuro Papa, acciò vaglia io coll'estensione del Processo fargli più onore in questa Capitale ed in ogni Parte della mia Diocesi.

Finalmente domando scusa, se astretto dalle necessità del clima ardisco qui accludere la mia per il Signor Conte Ogrodzki, Seg.o della Corona, a cui supplico farla capitare di sicuro, e senz'altro resto con interminabile venerazione

Di Vostra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore  
G. A.P. (mp.)

P., 8 Gennaio 1775.

## 69.

*Polocia, 22 . IV . 1775.*

*Edictum Archiepiscopi Polocensis in electione Summi Pontificis Pii PP. VI.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia, e Ruteni*, vol. 12, foll. 217-220.

Jason Junosza Smogorzewski Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Polocensis, Vitebscensis, Mscislaviensis, Orsanensis et Mohiloviensis Episcopus.

Universo Clero ac populo Christi fidelibus, nostraeque sollicitudini commissis, pacem, salutem et benedictionem.

Legistis, dilectissimi Fratres ac Filii, in Litteris, quas vobis die 28 proxime elapsi novembris dedimus, quid Apostolica sit Romae Sedes? Quatenam in ea

Christi Domini Vicaria Potestas, sanctique Petri successio. Eiusmodi orthodoxae fidei robore suffulti, in apostolica S. Petri navicula secure consistimus, quae etsi Vobis relata per nos Clementis Papae XIV morte legitimo orbata esset Gubernatore, non tamen, licet tumentibus ipsius Inferni fluctibus, agitata, fracta submersaque est. Spiritus enim Sanctus, Patri Aeterno Filioque consubstantialis, Cardinales ad Vaticanum iure congregatos, praecibus universae orthodoxorum Ecclesiae pro sua misericordiae Providentia exauditis, edocere voluit, quem ad huius naviculae gubernaculum aeterno perspexerit decrevitque consilio. Hi autem caelesti obsequentes monito, divina quoque afflatus inspiratione, frustratis mundi infernique cuniculis, die 15 praeterlapsi Februarii, ad huiuscemodi ministerium canonicè delegerunt Cardinalem Angelum Braschi, quantumvis ordine vocationeque postremum, qui in Casenatensi nobili Apostolicae Ditionis Urbe e Parentibus senatoria dignitate conspicuis die 27 X-bris anno 1717 in lucem editus, teneros annos exornando scientiis animo transegit; maturiori autem aetate apud insignem Russo, Cardinalitii Collegii Decanum, Sedisque Apostolicae Cancellarium, sublime Vicarii munus obtinuit, quo tam egregie perfunctus est, ut ab illo saeculis memorando ingeniorum ponderatore Benedicto scilicet XIV Pontificius Camerarius, in gravissimis autem negotiis intimus Consiliarius institutus praeclaro in Divi Petri Basilica Canonicatu decoratus fuerit, quo in gradu, cui summa in idem pietate ac religione non praefulsit, cuius admirationem non excitavit, nullam praetermittens diem qua ad matutinam vespertinamque Divini Officii decantationem, licet e dissita habitatione, pluvio sive urente coelo, promptus non conveniret, Sacramque Hostiam non immolaret? In adiutorem quoque Cardinalibus, primum Hieronymo Columna, deinde Carolo Rezzonico datus, magna difficillimaque Camerae Apostolicae negotia sapienter, laboriose et viriliter expediendo a s.m. Clemente XIII in Supremum Sedis Apostolicae Thesaurarium declaratus, optime novit et aerarii tueri et iustis populi indigentibus subvenire, modo census clementer minuendo, modo earundem exactionem facilitando, tum denique commodiora ad agriculturam, manufacta, commertia, scientias adque christianae vitae rationem media suppeditando. Tam exemplari munerum sibi commissorum administratione magnis laboribus, intaminata fidelitate nec non singulari quaque summa illius aptitudine inductus s.m. Clemens PP. XIV, perutili ad Vaticanum antiquitatibus exornandum eius auxilio usus brevi Regiminis sui tempore, inter paucos ad Romanae Ecclesiae Purpuram evector, illum quoque die aprilis 1773 anno adnumeravit. Quicumque praemissas expenderit circumstantias, de facili percipiet virum meritis dotibusque adeo insignem ad Christi vices obeundas Petrique successionem, ac universae visio illis Ecclesiae gubernationem (f. 218), supremo duntaxat nutu, non autem aliqua mundi cura electum esse. Quemadmodum autem coelo inspirante nomen Pii VI assumere voluit, ita proprios eiusdem nominis Praedecessores recte factis et sanctimonia commendatissimos procul dubio aemulabitur. Pius namque huius nominis PP. I, Aquilanus, II florens saeculo, legem ab antecessore suo Hygino Graeco, recenter latam, ut nimirum de illo salutari Baptismatis lavacro qui levarent adhiberentur, tum ne ad Presbyteratum vocati, una huius Sacramenti gradus



omnes conscenderent, efficaciter firmavit; tempus celebrandi Paschatis determinavit; vir integerrimus vitae decem annorum intervallo apostolicis laboribus lassus, in Beatorum sese transtulit domicilia, promeritam assecutus requiem, cuius sanctitatem et miracula inter veros Dei famulos ad altaria colimus. Pius PP. II, Senensis, saeculo XV Ecclesiam Christi VI annis gubernans, S. Andreae Apostoli caput ex Amalfitarum partibus translatum in Basilica S. Petri condigne reposuit. Porro Sanctam ardentissime exoptans Unionem, nec Ruthenarum immemor Ecclesiarum, ad Gregorium II ex Archimandrita Constantinopolitano, post legitimam Cardinalis Isidori cessionem, in Kioviensem et Haliciensem Metropolitam, ab ipso Nicolao PP. V Romae consecratum, a Jona vero noviter non ubi par erat electo nimis vexatus apostolicas anno 1458, die 3 7-bris misit Litteras, quibus conscientiam eius ab implicato ibidem ovili valide liberavit, in dioecesum vero fideliter obsequentium gubernio iure solemniterque confirmavit. Pius autem PP. IV, post eiusdem nominis III in Cathedra Petri diebus tantum 26 sedentem, Mediolani natus, et Sancto Carolo Boromeo sanguine iunctus, quinque annis universam rexit Ecclesiam, salutarem necessitate pressus ad mutuo accipiendas pecunias rationem ingeniose reperit, et determinavit. Oecumenicum Concilium adhuc sub Paulo PP. III Tridenti anno 1546 congregatum et sub Julio PP. III continuatum feliciter anno 1564 terminavit, roboravitque totique Ecclesiae Catholicae servandum proposuit. Pius denique PP. V in Lombardia natus, in Ordine autem S. Domini celeberrimus saeculo XVI, ad Petri Sedem evectus, inter plura utilissima praeclarissimaeque decreta, illud quoque pro Latino Ritu instituit ut quaelibet nimirum Liturgia Evangelii, iuxta perennem veluti praecepta salutis nostrae mysteria continentis lectione terminaretur; sex tandem annorum spatio Ecclesiam Christi gubernanda pietateque transacta vita, magnis miraculis clarus debitum ad altaria recipit cultum, id quoque propriis apud Deum obtinuit meritis, ut Apostolicae Sedis Regimen ipsius affini delatum hodie revereamus.

Exaltemus itaque dilectissimi in Christo Fratres et Filii viva in Ecclesiis Pii PP. VI a Petro 252 Romae Pontificis, tamquam Oecumenici Pastoris commemoratione, ac mutua nobismet ipsis congratulatione, ardentissimas Divinae Majestati referendo gratias, quod nempe Petri navicula iam proprio gaudeat moderatore, quodve Christi in toto Orbe grex non mercenario, sed tali commissus sit Pastori, qui propria vita sanguineque eum tueri nunquam dubitabit. Quod demum Ecclesia Dei sub signo Sanctae Crucis militans visibile supremumque recuperavit Caput in persona Sanctissimi Pii PP. VI, cui mente corde ore ea declarem supplicesque profiteamur, quae olim praeclarus ille Ecclesiae Graecae Archimandrita Sanctus Theodorus Studia Leoni PP. III sua edixerat penna: «Audi Apostolicum Caput, a Deo designatus Christi ovium Pastor; Tu enim es Petrus qui Petri administras Sedem eamque condecoras Tibi dixit Christus Deus noster, confirma fratres tuos; ecce tempus, ecce locus, accepisti virtutem a Deo, quia omnibus antepositus es» (S. Theodorus Studita, Epistola 12, lib 2). Ad contestandam hanc laetitiam gratiarumque actionem et confessionem nostram, volumus et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ut in qualibet cuiuscumque administrationis Ecclesia parochiali quatuor

diebus Festis, ad sacri aeris pulsum, ante ipsam divini Sacrificii de Sancto Petro decantationem, Praesentes ad intelligentiam populi e suggesto vel ad majus altare legantur; peracta vero Liturgia, Παράκλησις (paraklisis) absolvatur. Omnibus autem hanc nostram ordinationem rite exequentibus, praefateque devotioni assistentibus, 300 dierum indulgentiam potestate nobis ab Apostolica Sede pro hac vice concessa, damus atque impertimur. Orate igitur Deum, Charissimi, ut naviculae Petri noviter electo Rectori ad tumidum huius mundi pelagus feliciter traiciendum, nosque in illa sibi subiectos ad coelestem portum perducendos, opem ferat atque divinitus electo ovilis Christi Pastori indicet seligenda pascua ovibus suis salutaria, quas si infirmae sint, efficaci sublevet medicina, si firmae, in tuto retineat ovili, si denique aberrantes, ad gremium reducat, quinimmo propriis deportet humeris, diuturna porro illius aetate, firma valetudine coelestibusque auspiciis, totum christianum populum misericorditem et salutariter beare dignetur.

Quod Christus Dominus S. Petro commiserit coelorum claves, quodve eundem visibiliter in sui Vicarium reliquerit, habetis, Dilectissimi, id confirmatum in Dei Scriptura. Quod S. Petrus, ita a Christo Domino institutus, supremam in toto orbe Sedem Romae obtinuit, in eaque sanguinem effudit vitamque posuit, ac Linum, post se primum, potestatis, muneris, sollicitudinisque apostolicae successorem ibidem habuerit, edocent vos Carthaginensis Concilii verba sequentia: «Apostolica Cathedra Romana dicitur Sedes, quia in illa Petrus, supremus apostolorum effulsit et post se primum Sacerdotem Linum constituit» (Cone. Carthag.). Quod denique Romani Pontifices Petri semper possideant Sedem legitimique illius sint successores, suprema eiusdem iurisdictione instructi, vicariam Christi post eum exerceant operam ac coeli aditus sint custodes, ipsimet in ecclesiasticis libris abundantissimas nullique dubitationi obnoxias utpote ex Oecumenicorum Conciliorum Sanctorumque Graecae Ecclesiae Patrum libris excerptas legis constitutiones, testimonia atque doctrinas. Habeatis praeterea, Charissimi, has quoque ecclesiastica doctrina inseparabiles binas virtutes: quia nempe Christus Dominus ex aeterna damnatione nos suo sanguine redemerit, quodque ita redemptos spirituali Petri Apostoli eiusque in Romana Sede successorum regimini commiserit: Christus sanguinem suum effudit, ut has oves acquireret, quas Petro eiusque successoribus commisit (S. Joan. Chrisost., liber De Sacerdotio, sermo 3, cap. 1).

Imploremus ergo Majestatem Divinam eamque expostulemus gratiam ut nimirum sincera praeceptaque erga Apostolicam Sedem obedientia tam praetiosae redemptionis fructum securi consequamur, libertatem redemptam ipsamque redemptionem ne minimo quidem exponamus periculo, inque Sancti Petri navicula, quae potissimum huic innixa Christi promisso: «Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua» (Luc. 22, v. 31), nullis mundi procellis submergi potest, imo vehementioribus agitata fluctibus, firmior evadere solet, ad coelestem portum tranquillo constanti obsequentique animo ac viva fide ita sub apostolico gubernaculo tendamus, ne aliquando Christus Dominus nos redarguet: «Quid timidi estis modicae fidei?» (Math. 8, v. 26), aut nostrum ulli exprobet: «modicae fidei, quare dubitasti?» (Math. 14, v. 31), aut postremo

de aliqua incredulitate nos in facie mundi coelique corripiat: « noli esse incredulus, sed fidelis » (Joan. 20, v. 27).

Terminamus praesentes vestrum cuilibet, Charissimi, temporalia ac aeterna bona corde precantes, utque pro nobis apud Deum piis precibus intercedatis, obsecrantes et hac apostolica doctrina praemonentes: « videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum » (Ad Coloss. 2, v. 8).

Dabantur ad Cathedram nostram Polociae, die 22 Aprilis veteris styli 1775 anno.

## 70.

*Polocia, 4 . VI . 1775.*

*De receptione litterarum de novo Summo Pontifice, de PP. Societatis Jesu, de ecclesiis Rohaceviensibus, de remissione Litterarum Apostolicarum in visionem Gubernii, de decanatibus Mohyloviensibus, de Coadiutoria Smolenscensi, de Coadiutoribus Metropolitae, de erectione Seminarii, de molestiis Unitorum ex parte Gubernii et cleri dissidentis, de pressionibus Gubernii pro apostasia Archiepiscopi, etc., etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 141, foll. 137-140.

Eccellenza Reverendissima.

Coll'un Espresso de' questi PP. Domenicani a codesta volta sotto il primo Maggio prevenni V.ra Eccellenza R.ma, che aurei riassunto il carteggio, quale, per causa della mia ben lunga e molto grave malattia, sino dalli 8 Gennaio tralasciai. Spiando poi da gran tempo la più sicura occasione per scriverle d'ogni occorrenza, finalmente la incontrai nella partenza d'un Monaco Basiliano da questo Monastero a quello di Vilna, da dove intattamente le capitarà la presente.

Mi sono pervenute, abbenche sempre tardi, le lettere di V. E. sotto li numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6; ora rispondendo a tutte, primieramente la ringrazio della benignità, con cui ella s'è degnata secondare in Roma queste mie sollecitudini, dirette unicamente a vantaggio della Religion Catolica; nel secondo luogo le resto infinitamente obligato, per avermi ella procurata e trasmessa troppo clemente risposta della S. Cong. di P. F., a cui se debba io rispondere, dipenderò da savi consigli di V. E., perchè non vorrei restar ivi riputato per alquanto audace. Finalmente le testifico ogni gratitudine mia per la condotta de' consaputi libri ed occhiali, quali per mezzo di questo P. Procurator de' PP. Basiliani Lituani sicuramente quà giungeranno.

In sequela de' veneratissimi suggerimenti di V. E. R. ho steso nuova circolare, con cui, in occasione del Sommo Pontefice nuovamente dato alla Chiesa, procuro di rinfrescare la Religion de' miei Diocesani, e l'ubbidienza di essi per il Vicario di X.to; già ne inviai l'originale alla Stamparia di Vilna, e qui



(.A:) unisco la copia di esso colla versione latina per V. E., avvertendolo, che Giona Metrop.<sup>135</sup> fù per la prima volta da' Moscoviti eletto meramente in odio dell'Unione Fiorentina; circostanza ne' tempi presenti molto delicata, e perciò da lontano toccata, non potendo offendere l'altrui Confessione, invigorirà la credenza di questi Uniti. Alla venuta di tali stampe, non tralascierò di pubblicamente ringraziar il Cielo, per un dono sì salutare, nè di testificare a chiunque sia le mie venerazioni per l'odierno Capo visibile della Chiesa Cattolica, di cui sommamente ed a buon fine qui desiderasi il ritratto in stampa ed in pittura.

Ostinati ramicelli dell'estinta Pianta<sup>136</sup> vieppiù qui fioriscono, inaffiate colla scritta e verbale divulgazione del Pontifizio favor per li Soppressi, e dell'ira contro i soppressori. In questa maniera crescono qui le condolenze, le tolleranze, ed anche gl'ajuti, sulla speranza della lor ripiantazione. Si espongono questi Ramacci coll'antica scorza negl'altari anche fuor di (f. 137v) queste Frontiere, e singolarmente nè Beni della Sig.ra Zabina, Staroscina Bialska, con applauso del S. Castellan Lipski, di lei Germano, qui presente, senza che verun ex officio si muova a rimproverarne loro. Povero Clemente PP. XIV, quanto qui in tall'occasione anche da' Cattolici soffrite, per aver sì valorosamente operato! Voi avet'estinta la Compagnia de' Malvaggi, e li Capi di essa nel Castello avete fermati, e qui si creano Superiori Provinciali, e si trama l'erezzione del noviziato. Per me sono sicurissimo che tutte le benignità divulgate siano mere apparenze, e vero stratagemma, per eseguire con più efficacia e quiete ciò da Clem. PP. XIV fù sì plausibilmente stabilito e promulgato.

Non so più che debba io pensare di questi Dominanti, mentre non rispondono alle mie ragioni, non mantengono la parola datami, e co' fatti liberamente contravengono alle pubbliche dichiarazioni della Sovrana, anzi vergognosamente eludono li Trattati (super statu quo) colle Potenze stipulanti. Mi rispose il Signor Governatore di Mohilovia sotto li 13 Gennaio che aureb'egli stesso impegnato Monsig. Arciv.o di Smolensk per continuare la giurisdizion ecclesiastica ne' Decanati di Rohaczew sino a tanto, che io avessi appianate le difficoltà del mio Pastorato; e poi gl'a intimati gl'ordini di non più continuarla. Poco doppo m' viddi attaccato dal Signor Governatore di Plescov coll'intimo più significante, di cui umilio a V. E. l'annessa Copia (B.) acciò ivi attualmente io fondi la mia giurisdizione; ne risposi in voce, e risponderò iscritto, che tutta quanta possiedo giurisdizione volentieri comunico a Monsignor Arciv.o sudetto, come in fatti tutta sempre farò apparenza, secondo le Istruzioni datemi da V. E., perchè credino li Dominanti a propria sodisfazione sul mio Pastorato, in que' poi Decanati non manchi la validità del governo ecclesiastico.

Nella medesima Copia mi si commanda eziandio di rimetter al Governo

---

<sup>135</sup> Non satis patet de quonam Iona agitur, an de illo qui erat ann. 1488-1494, an de illo ex ann. 1502-1507.

<sup>136</sup> Soc. Jesu.

le lettere, s'intende Apostoliche, senza prima aprirle, e l'Imperatrice, allora quando soggiornai in Pietroburgo, ordinò quelle soltanto lettere inviar al Governo, quali fuossero per pubblicarsi, ne' mai disse di non aprirle prima. Dio buono! Come, senza prelegerle saper potrei, se sieno destinate a publicarsi, e quindi se devono al Governo inviarsi? Come chiunque da me possa esigere, che colla esibizione delle lettere Ap.liche al Governo tradisca il Sigillo delle Confessioni, e palesi la segretezza de' Casi di coscienza? Così risponderò al Signor Governatore sempre giusto ed equo.

Ricevetti nel decorso Gennaio dal medesimo Signor Governatore l'umanissimo (f. 138r) avviso della consuetudine Russa, di contrassegnare tutte le spedizioni Concistoriali coll'arma Imperiale, e coll'Iscrizione propria del Concistoro locale. Converterà dunque, che anche io mi sottometta ad una sì strana, e Dio voglia non pregiudiziale novità, mentre Monsignor Siestrzencewicz si presto l'accettò e l'eseguisce. Ah! dovessimo consigliarsi insieme prima d'aderire a simili novità, per mezzo de' quali bel bello sradicate che saranno tutte le consuetudini e Regole de' Pastori Ecclesiastici, non restarà a questi Cattolici se non se inavvedutamente rinunziare ad ogni disciplina della Chiesa Cattolica, e poi ciecamente ubbidire agl'Ordini del Sinodo dominante, quale sempre a danno della Religion Cattolica tende.

Tre mesi continui nel decorso Inverno visitate furono dal mio Vicario Generale i Decanati più vicini a Mohilovia, dovendosi di poi visitare tutti gli altri della mia Diocesi. Si presentò egli colle mie raccomandazioni a quel Governatore, ed anche a que' Pastori utriusque Confessionis, fu da per tutto ben ricevuto, ed anche lodato nelle risposte favoritemi. In questa occasione l'ultimo Decreto Ap.lico contro l'informe Transito degl'Uniti al Rito latino, non volendo publicarlo formalmente, comunicai a Monsignor Siestrzencewicz, ma non ebbi fortuna di farlo registrare ne' Concistoriali di lui atti, nè manco vi si credette alla mia asseveranza, sopra la rivista di quel Decreto fattosi preventivamente da questo Signor Governatore. Rinuoverò ivi le mie istanze per il registrazione sudetto e nel caso della seconda negativa, crederò cercarsi da quel Prelato l'ulterior distruzione degl'Uniti.

Da vari motivi economici mosso dovetti il Congresso Decanale sino alli 30 Luglio differire, in cui però se ne prefiggerà il termine in futurum con quello, si crederà poter giovare a buon governo delle Chiese. E qui rinnovo a V. E. R. ma le mie suppliche, per aver in tali occasioni la facoltà di consolare questo Clero e Popolo all'avvenire colla Benedizion Pontificia.

Alli 15 Maggio fù nella mia Catedrale solennemente celebrato « Te Deum laudamus » in frequenza di tutti del Governo, per la Pace colli Turchi stipulata; qual solennità ogni anno celebrarsi dovrà in tutte le Chiese di questo Impero. In tal congiuntura perorò dal Pulpito il mio P. Kiriatt, e la di lui predica già si trasporta in Russo, per esser trasmessa dal Signor Governatore alla Corte. Veda ivi ogn'uno, come gl'Uniti sanno rispettare ed onorare il Trono.

Monsignor di Smolensco non pare di voler assumersi per Coadjutore della Badia il proprio Nipote, perchè non è così facile di spendere un bajocco per mantenerlo; or consideri (138v) V. E. se vorrebb'egli in questo genere pie-

garsi a favor di qualunque altro soggetto? Quindi è, che non ardisco inviargli la lettera di V. E. favorevole al P. Nowicki, per non metterlo in qualche dispezzazione. Sono anche io nel di lei sentimento, che al desiderato suffraganeato sarebbe molto più utile il P. Wolodzko,<sup>137</sup> P. Rostocki,<sup>138</sup> o P. Nowicki, mentre questi da gran lunga superano le capacità del P. Lisowski, a cui peraltro non manca nè sufficiente dottrina, nè ricercata prudenza, nè finalmente l'attitudine per guadagno della benevolenza de' Dominanti. Ha! Quall'ora potessi da me stesso bastare a cotale congrua, senza toccare quella Santa Badia d'Onufrey, spuntarei quest'affare in quattro giorni, ma ogn'uno sà, e ben vede le mie grandi spese e tenue rendite, specialmente nella circostanza de' nuovi Dazi, de' miei impegni per l'erezzion del Seminario, e di questa Badia volentieri al mio Vicario Generale ceduta; e quando fossi io in stato di mantenere colla mia Borsa un suffraganeo, certamente desideraria d'averlo piuttosto nella Persona d'uno de' tre surriferiti Religiosi. Ciò nonostante, propongo ancora a Monsignor suddetto se volesse egli stesso accettare il mio Suffraganeato, a condizione però, che subito accordasse al suo nipote la Coadjutoria della predetta Badia, per poi assicurargli così la successione del Suffraganeato; altramente potrei temere, ch'egli, essendo naturalmente più attaccato al proprio Nipote, impegnerebbe nel Governo tutte le sue forze contro qualunque pretendente di quella Badia, per farla avere post obitum al medesimo Nipote, ed in questa maniera frustrerebbe tutte le speranze di questo Pastorato sul particolare della Suffragania sì necessaria e chi sa, se di poi più fattibile.

Sia benedetto il Cielo, e mai permetta il Principe Catolico, quantunque dalle acatoliche Corti animato, d'invadere gli Stati Pontifici; per altro, considerate le qualità e le pratiche Imperiali una volta dovrà temersene qualche sorpresa. Anche il Conte Czerniszeff più d'una volta si fece sentire: « bisogna ridurre il Papa a quel stato, in cui si trovava ne' tempi di Carlo V, Imper., qualche liga fatale forse all'Imp.e sarà difficile? ».

È peccato, che la Corte codesta non è amica delle Borboniche, per mezzo delle quali più guadagnerebbe per se e per la Religion Catolica. Quanto a me, non so comprendere, perche, anche senz'ajuto Borbonico, a solo terror di Censure Ecclesiastiche non si potessero frenare le lingue e le penne de' Cassati.

Se li Coadjutori<sup>139</sup> di Monsignor Metropolitano sono cativi, ricercando da lui più di quello possa egli accordare, manco è buono (f. 139) il Coadjuto, sì renitente alla remunerazione delle loro fatiche. In verità egli stesso è caggione di propria rovina, non avendo voluto persistere nell'onestissimo sistema da me fatto, da lui solennemente accettato, e dalla Corte applaudito. V. E. muovasi a pietà per la Chiesa Rutena sì lacerata, induca le Parti sudette alla spontanea

<sup>137</sup> Ignatius Wolodzko, Procurator in Urbe (1760-1772), dein vero Archimandrita Zydzynensis (1780). Obiit die 13. IV. 1782.

<sup>138</sup> Theodosius Rostockyj, dein Episcopus Chelmenis et Metropolita Kioviensis (1788-1805). Hic fuit successor Smogorzewskij in sede metropolitana.

<sup>139</sup> Leo Szeptyckyj et Antoninus Mlodowskyj.

e quindi onorevole esecuzione di ciò una volta con vicendevole lor sodisfazione fù stipulato; perche in questa maniera restarebbero coonestate le Parti, sopite le querele, ristabilita l'amicizia e tolti di mezzo tanti scandali, quali non più si ponno soffrire. Ah! se in tale congiuntura e sù tal pretesto, a codesto Dominante io potessi accostarmi, forse trovaria qualche strada, per riconciliare gl'animi cotanto inferiti, ed insieme aurei la consolazione di gettarmi a piedi di V. E.

Poiche V. E. approva le attenzioni, che a questo Signor Governatore vado facendo, non mancarò di continuarle, desideroso di testificarle ancora al Governator di Mohilovia, ed al Conte Czerniszeff. Non bado ivi alle spese, da dove sperar posso qualche vantaggio per la S. Religione.

A tanti pregiudizi, quanti nell'ultima Dieta sono si fatti al nome Catolico, ed al Ceto degl'Uniti, non sarà mai indifferente preservativa dalle solenni Proteste di V. E. Anche ne' secoli passati, ugualmente violenti, si fecero le più vive Proteste dagl' Nunzi Ap.lici, e dalli Vescovi utriusque Ritus, conforme costà più volte dedussi. Desidero vedere l'autentico di tall'atto, per unirlo alle mie memorie, quantunque in ora sepolte, le quali, per mancanza di tempo e di quiete, non vaglio da me solo coordinare, e molto meno dar alla luce, locche per altro sicuramente eseguirei, quell'ora il P. Nowicki si contentasse in qualità di Superiore di questo Monastero ajutarmi nell'intrapresa opera, unendo le sue notizie alle mie. Terminai già la prima parte, e la consegnai alla Maestà del mio graziosissimo Sovrano, dimostrando l'antica Catolicità de' Greci. Incominciai anche la seconda, e sono arrivato all'epoca del 18 Metropolitano, mettendo sotto gl'occhi del Publico i fatti e le congiunture dell'antichissima Union de' Ruteni. Se questa operetta, nelle circostanze presenti, vedesse luce, certamente illuminarebbe gl'uni, e confermarebbe gl'altri.

Nulla sino ad ora sento dalla Corte sul particolare dell'erezione (f. 139v) di questo Seminario, e perciò dovetti sospendere ogni preparativo per la Fabrica di esso. Chi sa, se co tal'intenzione mia non abbia data qualche molestia alli connoti Synodali, sempre mal'affetti al miglior stato degl'Uniti. Vedo ancora che questo Signor Governatore resta su di ciò fortemente maravigliato. Ciò non ostante, vado di bel bello crescendo il Capitaletto destinato a tall'erezione e quell'ora non mi fosse più sperabile il desiderato permesso, procurarò d'eseguir la mia intenzione dall'altra Parte di Duna, cioè nel Territorio della Republica, ed in ciò imploro i Consigli di V. E. e quelli del Conte Ogradzki, Seg.o della Corona.

Seguendo le norme di V. E. anche io di quà innanzi contrassegnarò le mie lettere co' numeri e considerandosi sotto il N° 1, la mia inviatale sotto li 8 Gennaio, la presente segno col N° 2, e la futura sarà di N° 3.

Sono qui tormentato da' Governi or sopra il numero e qualità de figli Sacerdotali, e di Servi Ecclesiastici, or sopra le tasse Parocchiali. Materie gravi, ed onerose. Pazienza, nulla dies sine linea.

Comparve in questa Città il Signor Conte Lipski, Castellano di Lancizia, ed accompagnato da questo Rettorone, fece visita al Signor Governatore; fù egli intenzionato di onorar me ancora colla sua visita, ma dal maligno accompa-



gnatore furbescamente sedotto, mi privò di tall'onore, sul pretesto falsissimo, quasi che io espressamente allora mi ritirassi dalla Città per schivarlo. Mi consola peraltro, che tal furberia fù dal Signor Generale conosciuta.

Doppo tante minuzie, ora vengo alle materie più delicate.

È verissimo quel Decreto, con cui ordinasi, che la Prole, dal Matrimonio misto procreata, sia battezzata da Parocchi nella Religion dominante, e debba seguire la Confessione della Parte disunita. Renda ragione a V. E. Monsignor Siestrzencewicz, perche, senza consigliarsi, e senza rappresentar le ragioni Catholiche, cotanto facile, si prestò a pubblicare questa e simili materie. Cosa io solo ne' simili casi agir posso, mentre co' fatti del Collega vengo preventivamente pregiudicato? A mio parere non v'è rimedio altro, se non se di implorare le Corti Catholiche, acciò unitamente e con efficacia facciano rappresentare all'Imperatrice stessa, che si degni d'inibire ai Sinodali, ed a questi Governatori, perche lascino questi utriusque Ritus Catolici sudditi vivere in pace, secondo gl'Istituti e consuetudini della Chiesa Catolica, senza più attaccarli cogl'usi (f. 140) della Chiesa Russa, e senza vulnerar lo statu « Quo » in cui le Chiese e gl'Ecclesiastici Catolici sono venuti sotto il Dominio Russo; altramente introducendosi bel bello le novità, suggerite or da' Sinodali or d'altri Maligni, s'estirparanno tutte le regole e tutti gl'usi della Chiesa Catolica, anzi estinto sarà anche il nome Catolico. Ora che la Francia è in buona armonia co' Russi, facilmente colle altre Corti Catholiche s'unirebbe a far tali rappresentanze, potendo eziandio allegare, che siccome gl'Ecclesiastici Luterani sudditi dell'Impero Russo quietamente vivono colle antiche regole della propria Confessione, nè mai vengono attaccati colle novità della Chiesa Russa, così anche gl'Ecclesiastici di due Riti Catolici, essendo parimente sudditi della Sovrana, e pubblicamente da essa assicurati nel pieno esercizio della Religion Catolica, meritano di non esserne perturbati da veruno. A che serve la pubblicazione dell'Imperial Dichiarazione del Monarchico Trattato, quando colle novità de' Sinodali e de' Governatori le regole e li costumi della Chiesa Catolica si mettono sotto sopra, publicansi di continuo tali novità, nulla badando, se sieno pregiudiziali al gius de' Catolici, si permette libera Apostasia, si pervertono li Catolici, si occupano le Chiese, si coartano i diritti Parocchiali e Pastoralì, in una parola: or da vicino, or da lontano, si trama l'eversione della Religion Catolica, quando questa in virtù della dichiarazione e del Trattato dovrebbe restar intatta. Ecco, Monsignor mio riveritissimo, ne' Decanati di Rohaczewia due già Parocchiali fomentate dall'Economo e dal Padrone disunito sono passate all'altrui ubbidienza, e quantunque Monsignor Arciv.o di Smolensco se ne fosse lagnato col Vescovo disunito, non conseguì però altra risposta se non che questa, che egli non è inibito di ricettare quelli spontaneamente a lui ritornano.

Ex mandato Ser.mae Imperatricis dirigens Senatus, in solemni omnium Ordinum confluxu, ponderata memorialium vestrorum substantia, quibus expositis, quanam in Religione permanenda sit proles oriunda ex matrimoniis diversae professionis mixtis in Albae Russiae Guberniis, nec non attenta S. tae dirigentis Synodus hac super re sententia, simulque considerato factae in Tractatu anni 1768 nostrum inter Imperium et Rempublicam Polonam conventionis § 9 articuli secundi, in quo cautum est: — Ne matrimonia inter personas diversae religionis, scilicet romano-catholicae, graecae non unitate et evangelicae utriusque confessionis, ab ullo prohiberentur, et impedirentur, proles ex mixto matrimonio nata, masculi in patris, faeminae in matris fide educarentur, exemptis inter Nobiles conventionibus, si quae per contractum matrimonialem ante benedictionem eiusdem fierent. Quod etiam anno 1773, septembris die 17, in peculiari actu, articulo I confirmatum est, — unanimiter decrevit, servari id quod in supracitato anni 1768 Tractatu de matrimoniis inter personas diversae religionis iam constitutum. Quapropter contrahentes matrimonium variae religionis personas in recenter adiunctis ad Rossiacum Imperium Guberniis fulciantur eodem fundamento, prout in memorato Tractatu articuli 2 § 10 expressum est. Qua de re S. Dirigenti Synodo munitatum et Ser.mae Imperatrici humillime ralatum. Iunii 23 die, 1776 anno. (L.S.)

Authenticum subscriperunt: Ober Secretarius Johannes Artemiew, Secretarius Basilius Matwiejow, Cancellarius Johannes Huryczew.

## 78.

(*Polocia*), 18 . VI . 1778.

*Archiepiscopus Comiti Czernišev de Suffraganeatu Mstislaviensi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 344-350.

A. - Arch.pus Polocen. Comiti Czerniszeff, 18 Jun. 1778, super suffraganeatu.  
*Ex Polonico.*

Excellentissime Domine, Benefactor Amplissime.

Confisus benignissimis, sub die 17 Decembris 1774, sub 8 Aprilis 1776 subque 13 Augusti 1777 anno ad me directis Excellentissimi Domini Consiliis,

Serenissimam Imperatricem Monarcham, Dominam Nostram Clementissimam Pastorum Albae Russiae Unitorum mea sollicitudini committendo, meae quoque committere electioni Virum, qui in praecipuis ejusmodi Pastorum Officiis laboribusque in Mohiloviensi Gubernio sufficienter adjuvet, et necessitudinis causa in illis meas, meorumque successorum ibidem vices gerat, ausus sum die 15 Septembris 1776 anno rescribere affirmando, sub talibus videlicet obstantibus ex parte Illustrissimi Archiepiscopi Lepkowski, uti Archimandritae Onufriensis, nonnullis difficultatibus, nuntiassem Excellentissimo Domino, quemnam desiderarem in hac ipsa Archimandria meum instituere Suffraganeum, seu constantem Adjutorem, cum Vicaria Pastorum mei Potestate, non solum ad exercendam Juridicam aequitatem, sed etiam ad conferendos sacrorum Ordinum Gradus Imperatoris, a me vero remotioribus, in Mscislaviensi et Rohaczoviensi Provincia degentibus subditis. Maximam in hoc Illustrissimi D. ni praedicti Archiepiscopi expertus sum difficultatem, noluisse ipsum assentire, ut meus ejusmodi Coadjutor, nominatim Episcopalem exercens Jurisdictionem, in Onufriensi resideret Monasterio, ibidemque Archimandritae redditibus sustentaretur. Ad tollendam tam gravem difficultatem, Caeli ipsi ejusmodi mihi suggessere medium, cui etiam idem Illustrissimus Archiepiscopus, uti Archimandrita Onufriensis, jam integrum praebuit assensum, qui primus hujus Pastorum Suffraganeus, esset invicem ipsius Archimandritae Coadjutor, et successor, quatenus germanae ejus sororis filius R. Heracleus Lissowski, Basilianus, insigniter natus, bene eruditus, laudabiliter a non paucis diebus Orsense gubernans Monasterium, ac incolis carus. Constanti vero succedentium post ipsum Suffraganeorum sustentationi, jam eadem ipsa Archimandria perpetuo sufficeret. Accedente attamen Clementissimae Monarchae Dominae Nostrae provido consensu et confirmatione, quam eo ferventius ab Excell. mo Domino expeto et cum lacrimis precor, quo clarius meae meorumque successorum ac etiam remotiorum hinc Mohiloviensis Gubernii incolarum, insuperabilem Suffraganei cognosco necessitatem, quam utique Excellentissimus Dominus facile me etiam tacente cognoscet et comprobabit, si considerare voluerit: 1º, totum hujusmodi actum absque Monarchica Providentia, Voluntate et Confirmatione irritum fore; 2º, quemlibet Polocensem Pastorem non esse juvenem, esse viribus deficientem, et novis quotidie vero majoribus debilitatibus subjectum, idcirco Justitiam, (f. 344 v) Gratiam, Ministerium, Consilium et Sacram Ordinationem quaerentibus, non facile sufficientem ac quandoque prorsus forsitan satisfacere non valentem; 3º, cum Clementissima Monarcha, Domina et Mater Nostra, indes majora subditis suis, cum diminutione etiam proprii Thesauri providens commoda, iam sedes et forensem exercentes aequitatem personas ampliare dignata sit, numquid Materno Ejus Cordi non esset jucundum spiritualiter quoque Pastoralem auctam suorum subditorum audire utilitatem nemini noxiam, magnum vero unicuique subsidium et commoditatem afferentem; 4º, quis neget melius esse Foundationis proventus in Onufriensi Monasterio ejusmodi Archimandritae tribuendos, qui non modo se, Chorum suosque Monachos custodiat, sed Christi etiam Gregi invigilet, ac Pastorale onus portare adjuvet, et hoc ipso incolis, Patriae, Regimini, Clero et Ecclesiae Sanctae uti-

lior evadat. His omnibus, fundata iam nunc Imperatorii Vicariatus Potestate, a laboribus non nihil soluto, Excelentissimo Domino fideliter expositis, ac per Illustrissimum Dominum Gubernatorem Mohiloviensem, uti localem respectu desideratae suffraganiae moderatorem submissis, opinor me ejus Mandato satis fecisse adhuc die 8 Aprilis 1776 anno ad me transmissio, ut de Viro in hanc suffraganiam desiderato nuntiarem, cujus digneris iam, Illustrissime Domine, uti ardentem exposco, esse Creator, et hac Creatura, singulari certe modo, immortalam famam tibi comparabis, Divinam nomini et statui tuo ampliabis Benedictionem, mihi quoque meisque Successoribus novam impones obligationem incessabilis gratitudinis et magnae aestimationis, quam vere coram Caelo et terra profitendo maneo

Excellentissimi Domini Benefactoris Amplissimi...

## 79.

(Polocia), 18 . VI . 1778.

*Gubernatori Mohiloviensi de erigendo Suffraganeatu Polocensi in Russia Alba.*

ASV, Arch. Nunz. di Vars., vol. 145, fol. 345rv.

B. - Arch. pus Polocensis Gubernatori Mohiloviensi, 18 Jun. 1778, super Suffraganeatu. *Ex Polonico.*

Illustrissime Domine (f. 345).

Detuli Illustrissimo D.no die 24 elapsi Aprilis Illustrissimum Archi-Episcopum Lepkowski complete iam niti meo Arbitrjo respectu proprji ex germana sorore filii R.di Lissowski, Superioris Orsensis, ad Archimandricam in Onufriensi Monasterio Coadjutoriam nec non ad primitivam Pastoratus mei ibidem Suffraganiam. Mature porro exorabam Illustrissimum Dominum, ut benigne huic negotio apud Excellentissimum Dominum Vicarium Feltt-Mareschalco Comitem Czerniszew subvenias eo animo ut fructuosius praesenti Polotiae Feltt-Mareschalco rem integram exponerem. Quod tamen sine praemissa Illustrissimi Domini interventione facere minime sum ausus, praesertim videns hunc Comitem aperitione Vicariatus summe hic intricatum. Nunc huic Comiti a tantis negotiis paulisper remotiori, expono necessitatem et possibilitatem hujus Mscislaviensis Suffraganiae et ut suum eventum sortiatur ardentissimas preces eidem praemitti. Validum insuper Illustrissimi Domini implorans auxilium uti respectu Onufriensis Monasterii localis Gubernatoris utque Amplissimi mei Benefactoris et accomodando me adjunctae Copiae, meisque postremis Literis expectabo optatum auxilii Illustrissimi Domini eventum, quem cum Illust.mo Lepkowski et R.ndo Lissowski, imo cum omnibus meis coram coelo et terra grati animi officijs compensare non desinam, prout viva animi gratitudine et sublimi existimatione permaneo.

## 80.

Czeczersk, 7 . VII . 1778.

*Responsum Comitis Czerniszew de Suffraganeatu Albae Russiae.*ASV, *Arch. Nunz. di Vars.*, vol. 145, fol. 346rv.

C. - Comes Czerniszew Arch.po Polocensi, 7 Jul. 1778, super Suffraganeatu. *Ex Russico.*

Illustrissime Domine, Benefactor Singularissime (f. 346).

Quemadmodum Ecclesiae Unitorum, in Albae Russiae Gubernijs, commendatae sunt Vestrae, Illustrissime Praesul, Pastoratus Custodiae, suprema Imperatoriae Majestatis voluntate perinde sequitur, ut etiam institutio ejusmodi Adjutoris, qui Episcopalem Potestatem vobiscum dispartiretur aut participaret eam, hoc fine, ut etiam successor vester fieret, dependet a Supremo Serenissimae Imperatricis Mandato. Ideoque quamvis vellem consentire aestimatissimis litteris Vestris a 18-29 Junij ad me missis, attamen non invenio modum tam cito accedere ad explenda postulata Vestra. Caeterum Pater Heraclius Lisowski, quem sibi vos eligitis Adjutorem, ratione dignitatum suarum potest frui vestra confidentia eo, ut in remotis Rohaczoviensibus, et Mscisla-viensibus Parochijs inter Clericos jus et judicia nomine et potestate Vestrae Excellentiae gerat. Quod autem spectat ad ordinandos Praesbyteros aliosque Clericos, hoc quoniam convenit Episcopali tantum Potestati, quae in Albae Russiae Gubernijs sine voluntate Suae Imperatoriae Majestatis nemini conferri potest, ideoque etiam supramemorato Patri Lisowski ad ordinandos Praesbyteros Clericosque impossibile est accedere, sine praecipuo mandato. Itaque ut satisfaciam voto Vestro, non invenio nunc alium modum, praeter, ut in commoditatem dijudicandi, ob distantias longinquas Ecclesiarum constituere supra memoratum Patrem Heraclium Lisowski, quatenus expleat in ijs tan um munus Judicis inter Praesbyteros Clericosque et ipsos Parochianos, his tantum in Causis, quarum dijudicatio dependet a Spirituali Superiore; qua in re ego consentio, et quidem ita, ut ipse Heraclius in omni casu dependeat a Vestra potestate, et ut non tantum ille, sed etiam nec alius quicumque audeat ad Ordinandos Clericos accedere, praeter Vestram Excellentiam, uti constitutum a sua Imperatoria Majestate Archi-praesulem in Unitorum Ecclesijs, et hac conditione constituta (f. 346 v) ut ille vester Adjutor potest lucrari redditus atque fructus Abbatiae Onufrejensis, in qua suo tempore potestis illum constituere juxta voluntatem Vestram in locum Superioris vel Abbatis. Quod vero attinet ad Episcopum, qui gerat vices vestras fiatque vobis Successor, tum quoniam hoc immediate dependeat a voluntate Serenissimae Imperatricis, reservo mihi in posterum aperire mentem meam. Interim maneo cum summa veneratione - Illustrissimae D.nationis Vestrae humillimus Servitor - Comes Czerniszew - in Czeczersk, Julii 7 die, 1778 Anno.



## 81.

Polocia, 12 . VII . 1778.

*Nominatio H. Lisovskij in Vicarium ecclesiarum Rohaceviensium et Administratorem Onufriensem.*

ASV, *Arch. Nunz. di Vars.*, vol. 145. fol: 347rv.

Arch.pus Polocensis deputat P. Heraclium Lissowski in Rohaczoviensis Cleri Vicarium inque Onufriensis Archimandriae Administratorem, 1-12 Julii 1778.

*Ex Polonico.*

Iason Junosza Smogorzewski Dei et Apostolicae Sedis gratia Archi-Episcopus Polocensis, Vitebscensis, Mscislaviensis, Orsensis, et Mohiloviensis Episcopus. Admondum Reverendo Patri Heraclio Lissowski in Orseni O. S. Basilij Magni Monasterio Superiori, Nobis in X.tto dilecto fratri, salutem in Domino.

Cum ex Orseni et Mscislaviensi regione, imo ex ipso Monasterio Onufriensi die hesterna fideliter nobis nuntiatum sit de debili, periculosa, et ab ipsis fere Medicis derelicta Illustrissimi Iosephi Lepkowski, Archi-Episcopi Smolescensis, simulque Archimandritae Onufriensis valetudine, suplices protinus ad Deum optimum maximum fundimus preces ut tam praeclarum et tam emeritum Praelatum ipse sanare et longaevos in annos conservare dignetur; quodsi tamen Majestati Divinae praemisset brevi eundem ad aeternitatem traducere, quod tali in Casu ob bonum commissae eidem jurisdictionis super Rohaczeviensibus Decanatibus et Onufriensi Archimandria facere deberemus, id hodie fortuitis hac in circumstantia inordinationibus mature occurrentes facere constituimus, et ita procedendo R.tiae Vestrae, prout dicti Praelati ex germana Sorore filio, de Ordine Suo et Ecclesia S.a bene promerito, et in Archimandriticam in Onufriensi Monasterio successionem, necnon ad nostram in Mscislaviensi districtu Suffraganiam praevisto, jamque a nobis Imperanti potestati commendato viro, si, quod Deus avertat, mors eundem Archi-Episcopum praeveniret, Decanatus Rohaczevienses Spiritualem in Jurisdictionem et universam Archimandriam Onufriensem in temporaneam administrationem committimus, et ad ulteriorem potestatis nostrae dispositionem actualem utriusque instituimus et denuntiamus Moderatorem; Hoc a R.vtia Vestra stricte exposcentes ut in unico (f. 347 v) praeventae mortis periculo omnibus Onufriensis Archimandriae bonis nec non universis Abbatiae et Archiepiscopatus omnis generis suppellecilibus una cum Rnd.ssimo Patre Ambrosio Kiryatt, Mscislaviensis Dioecesis Nostrae Vicario et Pustinensis Monasterii Hegumeno, simulque cum R.ndo Constantino Jankowski, Monasterii Onufriensis Vicario, sub fide et constientia registratis, Monasterium Onufriense cum omnibus Mobilibus et Immobilibus ejus bonis in Administrationem praesentibus simul Regestrantibus suscipiat. Insuper suam in Rohaczeviensium Dacanatum in Spiritualibus juridice divulget et administret Jurisdictionem. Decursu quoque praesentium literarum No-

strarum volumus, poscimus, et omnino cavemus Rev. rentiam Vestram cum supra memoratis personis ejusmodi concinere Inventarium, ut cuilibet de jure et speciatim sero legitimo successori, non suspecta et secunda conscientia Calculus reddi possit et unum ejusdem Inventarii exemplar propriis manibus subscriptum et Sigillis communitum penes Monasterium Onufriense collocare, alterum simile ad Nos ipsos transmittere. Datum Polotiae, die 1-12 Julji, 1778 Anno.

## 82.

*Polocia, 12 . VII . 1778.*

*Eadem nominatio Lisovskyj. Aliud exemplar aliud, ut videtur, traductionis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 308rv.

Jason Junosza Smogorzewski, Dei et Ap.licae Sedes Gratia Archiep. pus Polocen. Vitebscen. Mscislavien., Orsanensis et Mohyloviensis Ep. pus.<sup>149</sup>

Adm. R. P. Heraclio Lissowski, OSBM, in Monasterio Onuphrejensi Superiori, Nobis in X. to Dilecto Fratri salutem in Domino.

Cum ex Orsanensi et Mscislaviensi Provinciis, imo ex ipso Monasterio Onuphrejensi die hesternae certum acceperimus nuntium de infirma desperata et a Medicis pene derelicta Ill. mi R. mi D. ni Josephi Lepkowski Archiep. pi Smolenscensis simulque Abbatis Onuphrejensis veletudine, arduas statim ad Deum fudimus preces, ut tam eximium tamque emeritum Praelatatum Ipse sanet, et in longos annos nobis incolumen servare velit. Si autem Divinae Majestati eundem brevi ex hac vita ad aeternam transferre placuerit, quod in tali casu propter bonum commissi sibi Regiminis in Rohaczoviensibus Decanatibus, et in Onuphrejensi Abbatia agendum esset, id hodie disordini, qui in talibus circumstantiis succederet et eveniret, mature occurrentes agere in animum induximus, taliterque faciendo Adm. R. P. V. ae, utpote ex germana sorore nepoti dicti Praelati, de Religione et Ecclesia bene merito, atque ad succedendum in Archimandria Onuphrejensi, nec non ad suffraganei obeundum munus in Dioecesi Mscislaviensi destinato, Dominantique Potestati jam a Nobis commendato viro, si mors eidem Ill. mo Archi- Ep. po (quod Deus avertat) obveniret, *Decanatus Rohaczovienses in Regimen spirituale*, Abbatiam vero Onuphrejensem in temporaneam nostram *Provisionem actualem illorum et hujus constituimus Administratorem et promulgamus*, id ab Adm. R. P. V. a districte optantes, ut in solo mortis (f. 308v) talis casu, omnibus Abbatiae Onuphrejensis *Bonis* omnique Abbatiali et Archiep. pali varii generis suppellectili, una cum Adm. R. P. Ambrosio Kiryatt, nostrae Dioecesis Mscislaviensis Officiali, et Pustynensis Monasterii Superiore atque cum P. Constantino Jankowski, Monasterii Onuphrejensis Vicario, juxta Deum et conscientiam conficiendo Inventario

<sup>149</sup> Agitur de alia copia ejusdem decreti nominationis, alia tamen manu traducta in linguam latinam.

inscriptis, Monasterium dictum Onuphrejense cum omnibus ejus *mobilibus et immobilibus* bonis, in praesentia dictorum Commissariorum, in administrationem suam accipiat, eamque super Rohaczoviensem Decanatum Spiritualem Jurisdictionem, prout juris est, denunciaret incipiatque. Tenore etiam praesentium volumus, optamus et omnino praecavimus, quatenus Adm. R. P. V. a cum praefatis Personis ita Inventario confecto, ut ex eo omni, cui de jure, et potissimum legitimo successori tuta et non suspecta conscientia ratio reddi possit, unum ejusdem Exemplar propriis manibus subscriptum et sigillis munitum in Monasterio Onuphrejensi relinquat, alterum vero simile ad nos transmittere non negligat.

Dat. Polociae, 1-12 Julii, 1778 anno.

## 83.

Kaluga, 24 . VII . 1778.

*Kreczetnikov Archiepiscopo Polocensi.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 350rv.

G. - Generalis Kreczetnikow, Imperialis Calugae Vicarius, Arch. po Polocensi, 13-24 Jul. 1778. Super Coadjutoria. *Ex Polonico.*

Illustrissime Domine (f. 350).

Allata sunt mihi per Illustrem legionis Praefectum, Dominum Meysner, ab Illustrissimo Domino eruditi operis Monachorum ejus duo exemplaria, testantia gratum ejus in me animum, correspondentem meo in corde nanciscuntur gratitudinem.

Esto certus, Illustrissime Domine, quod cuncta vestra erga me documenta omni tempore complete sciam aestimare, eo alacrius, quo in constanti, recentique memoria tenens magna animi tui judicia, certius de rectitudine eorundem convincar. Molesto fero causas, qua dilecti mei Amici, atque vigilantis de suo Ovili Pastoris vires ponderosis suo in Officio operibus gravatas debilitant. Moveor zelo Illustrissimi Domini, quod ipse desideres Ovilis administrandi causa adoptare aequae perfectum coadjutorem; libenter, libenter, et sincera fide hac super re operam meam praestabo, sistens me commode praesentem instanti Mense Petropoli; ubi cognitis, cum illustratione hujus laudabilis desiderii, animis ad eventum ejus obtinendum ostendam modum et omnem meam strenue adhibebo diligentiam.

Ejusemodi eventus ineffabili me perfundet solatio; de hoc quoque laetabor quod nactus sim occasionem demonstrandae voluntatis meae ei, quem summa aestimatione prosequi semper et ubique desidero, permanens

Illustrissimi Domini, Benefactoris singularissimi verus et sincerus servitor

MICHAEL de KRECZETNIKOW.

Die 13-24 Iulij, 1778 anno, Kaluga.



## 84.

(Polocia), 31 . VIII . 1778.

*Comiti Czerniszev de Suffraganeatu Mstislaviensi Unitorum.*ASV, *Arch. Nunz. di Vars.*, vol. 145, fol. 348rv.

*E.* - Arch. pus Polocensis Comiti Czerniszeff, 31 Aug. S. V. 1778, super Suffraganeatus aequivoco. *Ex Polonico.*

Excellentissime Domine, Benefactor Amplissime (f. 348).

Die adhuc 18 currentis anni Mensis Junij Excellentissimo Domino mea desideria exposui, eorumque causas, necessitatem, et media adjeci, de optato a me in Onufriensem Archimandriam Suffraganeo, uti adjuncta sub litera A. Copia testabitur. <sup>150</sup>

Dignatus es, Excellentissime Domine, die 7 elapsi Julij ad me rescribere, juxta copiam positam sub litera B., <sup>151</sup> significando: 1º. Quod fatearis a mea hoc potestate ac voluntate pendere, ut Reverendum Patrem Heracleum Lissowski, meum in Orseni Monasterio Hegumenum, eligam mihi ad onera Pastoralia adiutorem eumque Archimandritico Onufriensis Monasterij pane alam, imo ut ibidem eum mea autoritate, in casu mortis Illustrissimi Archi-Episcopi Smolescensis pro actuali Archimandrita instituam; 2º. Quod simul reservas oretenus mecum de hoc colloqui, quia nullus hic sibi novum, idque talem creare potest coadjutorem, qui praeter monarchicam voluntatem Episcopalem in se suscipiat Characterem, et Ordinario loci sit Coadjutor ac successor. Hucusque de nullo cogitavi Coadjutore sive Successore, imo semper hoc novi, enorme crimen esse, si quis auderet praeter Dominantium Potestatem quaerere sibi talem successorem aut Coadjutorem. Rogavi igitur ab Excellentissimo Domino talem unice, qui secundum communem Christianorum consuetudinem titulo Sufraganei insignitus, onera hujusce Pastoratus Ordinaria, Iudicialia, et Episcopalia ex Ordinarij Pastoris Mandato et nomine quidem peculiaribus in negotiis possit portare. (f. 348v). Non vero absolutus in regione Pastor, Coadjutor aut Successor esset meus.

His igitur desideriis cum tali illustratione iteratis ac simul cum veris eorum causis, necessitate, proprietatibus ac mediis in supra dicta copia A. expressis, humillime Excellentissimo Domino expositis misericordem respectum in aetatem, salutem, et Pastoratum meum eo ferventius imploro, quo certius defero, quod supra dictus Archi-Episcopus sicut meis rationibus inductus Onufriensem Archimandriam supra dicto Patri Lissowski sua sponte jam cedit, ita propria coactus invaletudine suum in Rohaczeviensi districtu juvamen ideo unice denegat, qui humillima submissione me in perpetuum subscribo — Excellentissimi Domini devinctissimus et humillimus servus.

<sup>150</sup> Cfr. supra, sub dat. 18. VI. et 7. VII. 1778.

<sup>151</sup> Cfr. supra.

## 85.

*Kraslaw, 31 . VIII . 1778.**Comiti Czerniszev de erectione Seminarii Polocensis.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 349rv.

*F.* — Arch.pus Polocensis Comiti Czerniszeff, 31 Aug. S. V.1778, super Seminario Dioecesano. *Ex Polonico.*

Excellentissime Domine.

(f. 349) Cum omnium saeculorum memoria dignissimus totius Russiae Imperator Petrus Magnus,<sup>152</sup> perfectiorem Christianae gentis sequens consuetudinem, inevitabilem erigendi Seminarii suo in spirituali regimine necessitatem agnovisset, ac ad ejus etiam erectionem Provincialia, et Oecumenica Concilia Pastores stricte obligent, numquid ideirco peccaverim, quod ad erigendum exoptatum in meis Dioecesibus Seminarium Consilio, et Auxilio totius Cleri usus sim, media secundum posse adhibui, et totam rem integre descriptam Illustrissimo Domino de Kreczetnikow, munus hic Gubernatoris sustinenti, tradidi, eo animo, et Excellentiam Vestram certiore reddat, expetendo supremum Potestatis consensum, loci commodi in Arce Polocensi designationem, et favorabile ibidem in primordiis fabricae auxilium.

Ausus equidem sum non semel, et praesertim 1775 anno, Martij 9, et 7.bris 15 die, Excellentissimo Domino meis literis de hoc opere meminisse, sed nullam hac de re in ejus rescriptis videns mentionem, juste conjexi, ejusmodi propositum meum aut aliena culpa ad manus Excellentissimi Domini non pervenisse, aut de causis non praevisis indignum memoria habitum esse. Ignoro igitur, quonam meam hac super re sollicitudinem in hujus Dioecesis Clero ampliari, testificari, aut justificari possim, cum talis laudandi propositi dilatio propriam conscientiam laedere, totamque Dioecesim defraudare, collectamque pecuniam inutiliter absummere videatur. Quapropter constitui ab Excellentia Vestra exposcere informationem, et mandatum, utrum hoc tam pium opus oblivioni jam prorsus tradendum, vel etiam anteriorem hujus ordinationem ad ponderandum, et corroborandum Excellentiae Vestrae transmittendum est. Mea intererit, niti perfecte arbitrio, voluntate, et Mandato Excellentissimi Domini, prout obligor cum summa existimatione permanere

Excellentissimi Domini, Benefactoris Amplissimi sincerus et humillimus servitor

Datum in Kraslaw, 1778 Anno, die 31 Augusti.

---

<sup>152</sup> Petrus, I, Czar Moscoviae (1682-1725)

## 86.

Polocia, 22 . IX . 1778.

*De variis negotiis: Suffraganeatus Russiae Albae, Seminarium, de Coadiutoria, de matrimoniis mixtis, de alumnis, de libris, de Archiepiscopo Smolenscensi non unito.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 309-310.

Eccellenza Reverendissima.

In adempimento di quella promessa, che sotto li 15 passato Giugno ebbi l'onore d'avanzar all'Eccellenza Vostra, oggi sicuramente le trasmetto in copia ciò sopra il mio Suffraganeato scrissi in data del 18 Giugno medesimo al Sig.r Maresciallo Czerniszeff (A) ed al Sig.r Kochowski, Governator di Mohilovia (B). Siccome poi questi subito dimise il suo Governo stimò bene di non più mischiarsi in questo negozio, e quindi consigliò, che il P. Eraclio Lissowski dovesse in Persona portarsi a Czezersk ed ivi presentar al Sig.r Maresciallo la mia sudetta Lettera; e ciò essendo pulitamente eseguito, ricevetti l'indicata Risposta (C), dalla quale ben si conosce, che il maresciallo, avendo dichiarato dipendere dal mio voler l'istituzion dell'Archimandrita e la deputazione del Vicario, prese in diverso senso le mie dimande, confondendo il Coadjutore col Suffraganeo quasi fossi io sì rozzo e sì temerario di cercarmi un Coadjutore senza l'oracolo della Sovrana. Or, non potendo io differir l'esecuzione della sudetta Dichiarazione, nè rigettar l'espresso dimande di Monsig.r Arciv.o di Smolensk e del Monastero Abbaziale di Onofrey, come anche volendo preservar da questi insulti l'autorità Metropolitana ed Apostolica, spedij subito le mie disposizioni per ricever dal medesimo Arciv.o la Rassegna di quella Badia, per costituirvi l'amministratore, e per publicar il mio Vicario ne' Decanati di Rohaczovia, conforme V. E. potrà leggere nel mio stromento (D). Trovandomi poi in Craslavia impiegato ai dispartimenti di quella eredità spettante agl'onoratissimi successori del fù Castellano Plater, ebbi l'ottima occasione di presentarvi al Maresciallo la dilucidazione (E) delle mie precedenti dimande, supplicandolo, in quel suo viaggio per Riga e Pietroburgo, si compiacesse d' esaminarla, e di risolvermela, di più informar il Ciambellan Ryk, perche spiacesse l'opportunità di secondarla, accompagnando sempre quel Sig.re in carrozza. Ogn'uno sa bene, nè incognito è alla Corte di Vienna, che qui non si vuol avere più d'un Vescovo per ogni Rito Catolico, nè mai si sofferiva il Titolo dell'Arciv.o Catolico di Smolensk; quindi può inferirsi tutta la circospezzione del Maresciallo, perche io non voglia pretestuosamente introdur a queste parti qualche distinto Pastore. Suanirà però tal sospetto dalla sola lettura del mio Memoriale (E), in cui chiaramente distinsi la Suffragania dalla Coadjutoria, e dimostrai l'impossibilità, che un Arcivescovo possa qui sussistere senza qualche suffraganeo; in appresso poi gl'insinuarò la convenienza del Titolo Vescovile in Partibus, senza tentar quello di Smolensk. Ne aspettarò adunque con pa-

zienza l'oracolo dominante, e non mancarò di subito (f. 309v) avvisarne l'E. V.

Contemporaneamente presentai al Maresciallo anche la mia Nota (*F*) sopra l'erezzion del Seminario Diocesano differita a solo motivo dell'invida malignità contro l'educazion degl'Uniti. Resti da ciò persuasa l'E. V. del mio sincerissimo impegno per una sì utile ed affatto necessaria opera; e meco pazientemente aspetti qualche risoluzione da cui su questo particolare mai fummi risposto.

Terminate in Craslavia tutte le mie facende, tornai quà jeri l'altro, e nel viaggio fui incontrato dal succennato P. Eraclio funesto nunzio della già seguita morte di Monsig.r Giuseppe Lepkowski, Arciv.o di Smolensk, Archimandrita d'Onofrey, Vicario segretamente Apostolico di Rohaczewia, e Fondator del Monastero in Orsa. Respinsi subito indietro quel Monaco coll'ordine nuovamente confermato di assumere il governo de' sudetti Decanati, di prendere in sua Amministrazione l'Abbadia vacante, e di preparar al defonto Prelato funerale onestissimo, al quale volendo assistere io stesso, domani partirò per Orsa, e prima di giungervi, sono intenzionato di visitar il S.r General Zoritz, celebre Erede di Sclovja, il General Pasich, nuovo Governator di Mohilovia, e finalmente coordinar le cose della vacante Badia. Ecco, dunque, cessato il bisogno della Coadjutoria e della rassegna Archimandritale, s'avvicina l'opportunità di provveder a quella Vacanza d'un Archimandrita semplicemente, oppure anche vestito della dignità Suffraganeale, purchè il Venerabile Consultorio del P. Protoarchimandrita monasticamente sofisticando non presuma d'intorbidirne l'effetto, nè difficoltar le mie presenti cure, poiche sento pretendersi da esso, non potervi sussistere verun Prelato senza il titolo dell'Arciv.o Smolensciense, locche supera le nostre forze.

Sino dal principio di questa schiavitù, conoscevo io bene la necessità di provvedermi d'un buon Coadjutore, ma non ancora mi sono azardato di scuoprire il desiderio al Maresciallo assai prevenuto contro l'Union Catolica. Nuladimeno tali intenzioni mie cautamente partecipai al S.r General Kreczetnikow, come antico mio buon Padrone, ed avendolo in ciò propizio, conforme m'assicura egli nella sua Risposta (*G*), spiarò le più giuste congetture, per servirmene del di lui appoggio, senza però mai offendere il Maresciallo, ed allora soltanto, quando la Maestà del mio prudentissimo Rè si risolvesse di cercar qualche plausibile pretesto, per raccomandar a questa Sovrana (: me quasi inscio:) qualche idoneo ma non ancora addocchiato soggetto, in cui oltre la Teologia spicchi la prudenza e civiltà. V. E. su di ciò potrà sicuramente conferire prima con il Sig.r Segretario Ogrodzki, e poi col Re, a cui si degni consegnar l'annesso Ordine di S. Stanislao, come per la morte di Monsignor Lepkowski in oggi vacante e da la (f. 310) qua trasportato; nè tralasci di rappresentarvi la necessità di proteggere li Beni appartenenti alla mia Catedrale ed al Monastero di essa quantunque rimasti fuor di questo Cordone; poiche la pietà de Catolici, o per via di donazione o per mezzo delle largissime limosine, è solita di contribuir all'onesto mantenimento de' Sacerdoti anche in que' Paesi, ove regna differente

Religione. Iure caduco non si va in Paradiso, e crepando di fame li sagri ministri lasciano la gregge di X.to al Pastorato de lupi.

Col tempo più libero V. E. sarà da me pienamente ragguagliata degl'Incidenti qui successi contro la Religion Catolica, purchè si degni ella d'indigitarmi la data del mio ultimo Carteggio con suo degnissimo Antecessore Monsig.r Garampi;<sup>153</sup> e frattanto le umilio la copia dell'Imperial decreto (*H*) sopra li Matrimonij misti, publicato anche da me in tutta questa Diocesi, e Vienna le attestara giustamente se e come avea io contribuito per finalmente spuntarlo. Oh! sic vos non Vobis.

Il Sacerdote Skoryna, Alunno Pontificio, in questa settimana giunto qua da Roma,<sup>154</sup> sempre sarà da me impiegato utilmente e risguardato a proporzion de' suoi Talenti; ora in di lui luogo vi spedisco il mio Chierico Tomasso Rodziewicz, Giovine di ottima vita, indole e capacità; supplico l'E. V. di favorirlo de suoi Passaporti e delle sue raccomandazioni.

La mia Libreria è molto povera, nè mi è cognita l'opera di Ballarini, de vi et ratione Primatus Rom. Pontif., si lodato nel suo gentilissimo Foglio, favoritomi sul principio d'Agosto passato, e fedelmente trasmessomi dalla Signora Zabina, sorella del degnissimo Sig.r Castellan Lipski. Quall'ora però si degnasse V. E. di permettermi, la supplicaria di farmela condurre con altri libri necessarij per la difesa del Primato Romano, e che ne rimetterei subito il rimborso con perpetua obligazione.

Monsignor Partenio di Smolensk predica dapertutto la Nostra Carità e Civiltà. Iddio lo illumini nel rimanente, a quell'effetto penso d'inviargli qualche buon libretto, e procurarò di coltivar la di lui amicizia. Sempre sarà meglio, ch'Egli meno bestemmi contro l'Unione Santa.

Finisco la presente mia lungheria con riassicurare V. E. dell'infinita venerazione, con cui eternamente me le dico e sono

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore  
GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o  
di Polock

Polock, 22 Settembre 1778.

Mille scuse faccio delle macchie casualmente accadute a questo foglio, e giuro, che non ho più tempo di trascriverlo.

## 87.

*Polocia, 14 . XI . 1778.*

*Iter Archiepiscopi: funus Archiep. Smolenscensis, Sclovia, Archimandria Onuphriensis, de Suffraganeatu Albae Russiae, de facultatibus, etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, f. 311-312.

<sup>153</sup> Annis 1772-1776.

<sup>154</sup> Alumnus romanus inde ab an. 1775. Cfr. *Indicem nominum et rerum*.



Eccellenza Reverendissima.

Superate tutte le durezza della presente stagione, finalmente allì 24 Ottobre passato mi restituì a questo mio Tugurio in buona salute, ma senza aver seppellito ancora Monsig.r Arcivescovo di Smolensk (: che morendo dispone anche in favor del mio Seminario ne' grani più di mille scudi :), poichè giunto che fui a Sclovia, intesi dal P. Superior d'Orsa, che li preparativi per quel Funerale non potrebbonsi allestire prima di due Mesi, perciò dovetti differirlo sino allì 17 Gennaio venturo; e quindi essendomi congedato con quel gentilissimo Erede, il Sig.r General Zoritz, m'instradai per Mohilow, ove per ordine di quel Governo preparata trovai per me ottima stanza, immantinente ricevetti le visite di quelli due Pastori nel Rito e nella Religione differenti, del Vice Governor, (: il General Pasik, Governor, allora in Pietroburgo dimorava: ) e di tutti li membri principali del Governo, a' quali subito resi le mie visite. Nel primo giorno vi pranzai da Monsig.r Siestrzencewicz, nel secondo dal Vice Governor, e nel terzo da Monsig.r Giorgio Koniski, Vescovo disunito, allora non si sà perche mestissimo. Procurai a diverse curiosità de' Convitati risponder sempre ciò deve sapere e sostenere un vero Catolico, nè mi fù difficile di farli con buona maniera intendere, qualmente il Pontefice Romano non solo nella Chiesa di Cristo è Capo visibile, ma eziandio nel mondo è Precipe rispettabile.

Nel 4 giorno mi licenziai con tutti que' Sig.ri e proseguì il mio viaggio per l'Archimandria d'Onufrej, l'amministrazione della quale confermai solennemente al P. Eraclio Lissowski, colla direzione de' decanati di Rohaczewia, ad onta del rumor anche qui malignamente sparso, quasi che l'Arcivescovo disunito di Smolensk avesse l'ordine d'impossessionarsi di quel Monastero. Non mancai intimar a' medesimi Decanati una Congregazioncella per li 30 Gennaio, acciò quel Clero veda e conosca il suo Pastore, anzi da esso resti confermato nella Religion Catolica, e sappia a chi ne' proprij bisogni debba ricorrere. Ebbi la consolazione di salutar nella medesima Archimandria Monsig.r Siestrzencewicz, e lo invitai per la sudetta Fonzione Funerale, acciò li disuniti vedano anche in Orsa, qualmente ambidue siano nella Religion Cato(f. 311v)-lica uniti, benchè nel Rito differenti, e come unitamente concorriamo alla decente sepoltura d'un nostro Confratello, dovendosi colle dovute predicche far nel primo giorno la Funzion latina, nel secondo la mia, e nel terzo quella del P. Cesario Czudowski, Abate Polocen. e mio Vicario Generale. Volsi ancora visitar il mio Concistoro di Mscislavia, e lo trovai perfettamente amministrato dal P. Ambroggio Kiriatt, Superior Pustinense. Allì 12 poi Ottobre ripresi il mio cammino per questa volta, ma nel mentre rinfrescavo in Wicyno, 7 leghe da Orsa distante, mi si fece avanti il P. Eliazewicz, Litvano, del P. Protoarchimandrita Segretario, il quale voleva: 1° portarsi ad Orsa per far in quella Cancellaria le sue Proteste contro l'ultima disposizione del defonto Prelato e contro la Famiglia d'un sì benefico Fondator, quasi incapace di ritener qualunque cosa rimasta per la morte di un Vescovo Regolare, o donata stante vita; 2° correre all'Archimandria d'Onufrej per autorizarvi l'amministrazione da me concessa, e per regolarvi il già regolato; 3° pretendere dal Governo, dal



Vicario Imperiale ed anche dalla Corte stessa, che, secondo li Trattati ultimamente colla Polonia stipulati, non puol sopprimersi il Titolo Arcivescovile di Smolensk per gl'Uniti, ne alli Superiori Regolari, quantunque sotto diverso Dominio viventi, deve proibirsi la visita e la disposizion piena de' suoi Religiosi, monasteri, predij e sudditi in questo Cordone esistenti; 4<sup>o</sup> contendere non potersi promuovere alla sudetta Archimandria il P. Eraclio Lissowski, ma piuttosto quello mi sarebbe suggerito dal Consultorio Protoarchimandritale. Non mi bastarono 6 ore di tempo per temperare l'infocato Religioso, nè di levargli dalla testa cotali animosità ed azardi, nonostante tutte le mie riflessioni in voce ed in iscritto insinuategli in prova, che, mentre qui esternamente cuopro tutta la giurisdizione de Superiori esteri da ogni scorno e vendetta, certamente non devo d'esser esposto a mille risate del publico nè alle angustie e pene severe, in sequela d'una elusione degl'Editti Imperiali, si imprudentemente scuoperta da chi dovea professarmi qualche gratitudine, e guardarsi dal maggior male. Lascio l'Eccellenza V.ra R.ma ora considerar, se mai sperarsi debba che la famiglia del defonto Fondator, a sola comparsa del P. Segretario in Orsa o in Onufrej, subito non si allarmi, e non (f. 312) corra al Governo contro un estero imbrogliator, e quindi non iscuopra tutto il mistero delle mie tendine? M'ingegnai pure di rappresentar al medesimo Padre grandissimi per lui e per questo Ceto Catolico pericoli, quell'ora s'azzardasse mai egli d'entrar qui o nella Corte in qualunque disputa sopra li Trattati e le Dichiarazioni Imperiali; che piuttosto conveniva lasciar tutto qui in statu quo, inviarne subito l'esatta Relazione al P. Proto-archimandrita, portarsi quà per vedere se e cosa l'Imperial Vicario risponderrebbe (: non ancora diede risoluzione:) al memoriale presentato da me in Braslavia sotto li 31 Agosto decorso, circa l'Archimandria d'Onofrej ed il suffraganeato di Mscislavia, ed aspettar qualche felice congiuntura, in cui potrebbe l'Eccellenza V.ra, siccome ardentissimamente desidero, senza difficoltà convocar costà tutti li Provinciali Regolari, per veder, quali fondamenti potrebberonsi scegliere più efficaci, per muovere codesto Sovrano a far (: nelle propizie circostanze ed in sequela de' Trattati:) insinuar a questa Monarchini le convenienze e le necessità d'una pubblica dichiarazione perche li Superiori Regolari utriusque Ritus quantunque esteri non più venghino prepediti nel governo di questi suoi Monasteri, conforme ne' momenti propizij gloriosissimamente riuscì al medesimo Sovrano di persuaderla sopra li Matrimonij, Battesimi e Sepolture. Per fine dovetti al medesimo P. Segretario schiarir anche questa verità, che mentre il P. Eraclio dal defonto suo zio e Fondator d'Orsa fù desiderato, dalli PP. Provinciali e dal P. Protoarchimandrita promosso, dal Governator di Mohilovia e dall'Imperial Vicario raccomandato, nè gli si è mai opposto niente, giustamente in oggi lo spalleggio a quella Archimandria, e per potergli conferir il suffraganeato di Mscislavia solennemente umiliai al Vicario Imperiale tante mie lettere e suppliche, conforme sotto li 22 Settembre scorso ebbi l'onore di partecipar all'E. V., perciò non esser già possibile di ritirar indietro tanti passi, tante cure e tante dichiarazioni fino alla Sovrana avanzate. Terminati tutti questi ragionamenti, diedi addio al P. Segretario e proseguì il mio viaggio, nè fino ad ora posso sapere se

siasi egli arreso alle mie schiettissime e ben fondate persuasive, se abbia continuato le sue imprese, o piuttosto risolvette di tornar in dietro; con tutto ciò replicatamente dal Viaggio scrissi al P. Eraclio, perche nullamente s'intermischi nelle di lui facende piene d'imbrogli (f. 312v) e di pessime seguele. Or si degni l'E.V. ricordarsi, se non ebbi ragione di dirle nell'ultima mia, che il Consultorio Protoarchimandritale (:da due teste calde soverchiato:) aurebbe tentato d'intertorbicare tutte le cure con tanta pena da me per il Suffraganeato di Mscislavia intraprese? Se forzato combattere con questi Eterodossi debba io anche lottar co' monaci catolici, miei confratelli, e preferir l'autorità d'un Consultorio Monastico agl'ordini di questa Sovrana, ai vantaggi ed alle tranquillità di questa povera Chiesa? non lascerò di significar all'E.V. tutto ciò qui seguirà dalle intraprese del P. Segretario e cosa mi risponderà l'Imperial Vicario, e frattanto caldamente prego Iddio, acciò si degni di preservar dalle teste calde questa quiete, riputazione, carità, fedelta e Religione.

L'Abbate Skorina, Pontifizio Alunno, sacerdote molto capace a coadiuvarmi in queste fatighe, m'accompagnò ne' miei viaggi, ebbe l'occasione d'abboccarsi con diversi Parochi, quali comprese, che in oggi generalmente si pentono essi di non aver abbracciata l'Unione S.a, mentre in ciò ancora erano liberi. Poveri disgraziati, ora tirannicamente governati, conoscon la Religion vera, ma non più vogliono seguirla, meritano compassione ma non v'è più rimedio; la trasgression contro lo Spirito Santo vediamo come punità è ne' Greci.

Distratto da queste cure e pene, non mi sono accorto prima, che il Quinquennio delle Facoltà Ap.liche, nell'anno 1773 accordatemi, spirano ben presto, siccome all'E.V. farà conoscere l'annessa Copia; e temendo, che in una simile strettezza di tempo non resti gravata la coscienza mia e de' miei Diocesani, ricorro alla benignità di V.E. supplicandola caldamente di voler intercedere la Santità di N.ro Sig.re per celere ulterior proroga delle medesime Facoltà.

Il renditor della presente è Antonio Bielikowicz, giovane onestissimo, ed a me attaccato, se mai implorasse qualche intercessione di V.E. presso Monsig.r Vesc.o di Plock, supplico favorirglielo, e confidargli sicuramente tutti li suoi ordini per me come tale, quale con perfettissima venerazione ed ubbidienza sono

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo Servitore  
GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock (mp.)  
Polock, 4. Novembre 1778.

## 88-89.

(Polocia), 10 . XI et 3 . XI . 1778.

*Documenta spectantia fundationem quamdam familiae Lepkovskij, lites et dissidia. Litterae Archiepiscopi et alia documenta negotium eiusque compositionem illustrantia.*

*In margine:* A. - D. Stolnik Lepkowski Arch.po Poloc. 3 nov. 1778.

Illustrissime, Excellentissime et Rnd.sme Benefactor Singularissime.

Videntur mihi PP. Basiliiani suo Magno in Orsa Fundatori fratri meo nullam habere gratitudinem, cum ita eum annihilent, ut, praeter illos, nulli alteri potuit quidquam de suis mobilibus largiri, ille qui non pauper Monasticum Premium intravit, hinc illius ultimam dispositionem impudenter damnant, et inter Familiam nostram magnas excitant flammās; hanc igitur eorum ingratitude, seu potius (:ut ita dicam:) avaritiam aegre ferens, confugere cogor ad potentissimam Excellentiae suae mediationem inter Nos et Congr.m Monasticam, cum profunda humilitate suam Excellentiam rogando, ut sua, quam tenet in omnes Graeco-Unitos, Pastoralis auctoritate disuadere illis velit inchoatas iam machinationes, et insuper monere eandem Congr.m in hoc, quod meo singularissimo Benefactori concedo: suggerunt mihi Magni et Illustres viri familiares et amici mei, ut, postquam inceperint PP. Basiliiani juridice turbare dispositionem Defuncti Fratris mei, admissis ipsorum documentis et argumentis, concedam etiam ego dispositionem defuncti invalidam esse, ac tandem ex defensore et Collatore Orsensis Monasterii, (:quod illi mihi surripiunt:) fiam delator; probans in Judicio, quod, si dispositio defuncti Archie.pi invalida sit, remaneat tamen in hoc casu mihi bona Constitutio anni 1767, disponens pro Religiosis Praelatis tres partes Bonorum in Successores, quartam vero in Monasterium; neque ad unguem latum recedam ab hac Constitutione, donec ad executionem ipsius pervenero, siquidem cum ista, et non cum posteriori Constitutione anno 1773, sub Russicum Dominium redacti sumus. Dignetur recommendare Ill.mus Dominus Superiori Orsensi, ut mecum sicut cum avunculo et Collatore suo vivat et exequat dispositionem defuncti, si velit habere quietem, et possidere id, quod praeter predium *Michalowieze* et duo Millia Imperialium in fundatione expressorum, possidet, nec intret cum extraneis in consilia, veluti nunc cum R.P. Eliaszewicz, nescio an in bonum suum, consilia facit. Ego vero pro mediatione suae Excellentiae in hoc negotio, quoad vixero, gratus ero, cum summa veneratione me subscribens.

\* \* \*

*In margine:* B.— Arch.pus Poloc. D. Stolnik Lepkowski, 10. Nov. 1778.

Magnifice D.ne. — Hac nocte cum Ill.mo D.no Generali Zorycz Polociam veni, ibique recepi Magnae D.nis suae epistolam 3-tia praesentis Orsa ad me scriptam, cui sincere respondens in hoc Dom.nem Suam tuto et solide certam facio, quod nunquam mea Congr. Monastica habuit, habet, aut unquam habitura est ita pudendam intentionem, quae proprio et tam insigni Fundatori suo, qualis vero fuit p.m. Ill.mus Archie.pus Smolescensis, vel minimam monstraret ingratitude, aut sanctam eius immutaret ordinationem, et quod majus est, in vita sua factam illuderet dispositionem. Si igitur, praeter quod ego sciam, et contra tales Congr. Monasticae intentiones, ad rumpendam exemplarem eius cum Illustri Fundatoris defuncti Familia amicitiam, aliquis faciat alicubi machinationes, is eoipso fit adversarius et recte Monachorum intentioni, et

mei circa bonum spirituale studii; scripsi non semel ad R.P. Lissowski, ne ipse ullo modo in tales machinationes influeret, neque suspicari possum, ut bonus ille Magnificae D.nis suae Nepos ex sorore, in Monarchicis Constitutionibus beneversatus, velit sese in hoc implicare, quod Monasticae intentioni, meae animadversioni, Fundatoris integritati, et famae, Monarchicorum denique mandatorum exequutioni possit esse contrarium.

Adiungo novas eidem Religioso animadversiones, ut ipse prius sibi datas a me reflexionis impleat, easque iterum R.P. Eliaszewicz proponat, ne scilicet necessariam hic amicitiam, quietem et meam Monachis ipsis bene notam tutelam perturbare audeat, ideoque expedit illum satius reverti in Litvaniam ibique ulteriorem Superiorum suorum expectare voluntatem. Si vero huius consilii mei repositio nullos apud illum effectus habuerit, dignabitur Magna D.tio sua, ex summa necessitate, et ex sola erga Monachos benevolentia, cum maxima discretione, uti secretissime mea (f. 313v) ad Gubernium Epistola hic adiuncta, ad effectum, ut praedictus Advena cum honore et prudenti gutte cognoscat necessitatem sine mora redeundi in Litvaniam, expectandique ibidem ulteriora suorum Superiorum mandata, nos vero hic in perfecta quiete et prudenti tutela relinquat gaudere; forsitan hodie ad Rnd.mum Proto-Archimandritam et P. Provincialem scribam. Praesentia praedicti Ill.mi Generalis, non tantum temporis mihi concedit, ut tam diffuse PP. Secretario predicto et Superiori Orsensi, omnia in adiunctis describam. Rogo igitur Magnam Dominatorem suam praedictis PP. private, et cum omnimoda erga Monachos amicitia praesentem Epistolam meam communicare, in publicum vero, ante adventum meum, non producere, ne inde sequatur scandalum, aut bona rumpatur harmonia, denique ne prodatur mea extraneis Iurisdictionibus favens tutela, maneo. — Rogo ne utaris Epistola adiuncta et Mohiloviam directa, si R.P. Eliaszewicz sponte sua vult reverti in Lituaniam; de successu volo informari.

*In margine:* C. — Arch.pus Polocensis D.o Polanski, Consiliario Mohiloviensis Gubernij. 10. Nov. 1778.

Ill.mo Sig.re, Sig.re P.rone mio Col.mo. — Pieno di vera riconoscenza per le bontà favoritemi da V.S. Ill.ma e da tutti della di lei gentilissima Compag.a in Mohilovia, vi ritorno testificandole i miei più precisi ringraziamenti, quali poi ratificarò in persona nel venturo mese di Gennaro. Frattanto caldamente la supplico, che da codesto Governo si dia discretamente al P. Benedetto Eliaszewicz l'ordine di ritirarsi da Orsa e dall'Archimandria d'Onufrey in Lituania, da dove pocchi giorni si portò egli in Russia bianca. Tale mezzo è sommamente necessario per mantenere la tranquillità de' Monaci di questo Dominio, e per meglio eseguire ciò mi fu dall'Imperial Vicario più volte raccomandato. Nel Monastero d'Orsa si saprà l'ubicazione del sudetto Monaco, ed il Renditore della presente ne informerà meglio. Desidero che questo passo si faccia presto, e senza veruna pubblicità, o amarezza, dirò poi a bocca i motivi della presente mia dimanda. Scrivo fuor di Casa, col lume della candela, senza occhiali, e fra tante distrazioni, in occasione del presente qui Sig.r General Zoritz. Resto costantemente con piena venerazione, etc.



\* \* \*

*A margine:* D. — Arch.pus Polocensis P. Heraclio Lissowski, Superiori Orsensi et Onufrien. Archimandrit. Administratori, 10 Nov. 1778.

Venerabilis Adm. R.nde P., P.ne Obs.me. — Sepius et eodem semper zelo obligaveram suam Paternitatem nomine meo, ob bonum pacis, abduceres R.P. Eliaszewicz, Ordinis Secretarium, a machinationibus contra necessariam nobis omnibus quietem, ab ipso intentis; quod eousq. P.tas sua perficere non poterit, quousque praedictus Pater sua in hisce Regionibus presentia alios exagitando ad minus necessarias plurimumque nobis nocivas factiones excitare destiterit. Brevis mala ex tali eius praesentia sequutura, eorumque preliminaria, in separato folio conscripta, P.ti suae communico, quae etiam a Magn.o D.no Lepkowski latius et distinctius cetera P.tas sua poterit audire. In ipsorum ergo arbitrio erit sponte aut involuntarie meis consilijs acquiescere, meum autem semper studium erit publice et privatim favere, a malo abducere, meque ipsum ab ultima calamitate praeservare. Sum voto et cultu tenerrimo. — P.S. Epistolam quam P.tati suae communico secreta teneat, neque rideat ex ea.

*A margine:* Idem eidem, 22. Octob. 1778.

Venerabilis Adm. Rev.de Pater. — Quod hodie Siennae prandii tempore R.P. Secretario Ordinis voce et scriptis proposui, id ipsum ex hac nocturna statione, redeunte cursore, per aliquot hoc bene perpensis omnibus circumstantijs, renovo, consulendo, et per viscera X.ti praedictum Patrem rogando, ne sua Orsa praesentia, neque sua intentione discedendi ad Onofrium Monasterium, excitet MD. Lepkowski ad inutiles et nobis multum damnosas machinationes, maxime vero, ne ipsum inducat ad revelandum Dominanti Potestati meam Iurisdictionis Superiorum extra limites positorum tutelam; si vero placuerit ipsi spernere mea consilia, et suas cogitationes tempore prandii mihi apertas cum suis argumentis ad effectum perducere, nostram in his partibus quietem turbare, apes in alve ante tempus excitare, cum Monarchia sine viribus et medjis contendere, et nos denique hic subiugatos suspicioni et injuriis exponere, moneo suam P.tatem, et per amorem Religionis obstringo, nec miuimum passum eius in hac re approbet aut in ejus consilio (f.314) influat, huius praecipue memor, quod nobis hic viventibus, gravius esse pati, quam ipsi extra limites habitanti respondere, nedum pro apertis Monarchicorum mandatorum transgressionibus, sed etiam pro defraudatione tutelae, qua externam Superiorum jurisdictionem hucusque feliciter praeservo. Ex ultima cum Excell.mo Comite de Czerniszeff collatione intellexi, summam esse necessitatem vere informandi Ipsum de statu totius Possessionis Archimandriae Onufriensis, in Administrationem P.tati suae traditae; descriptionem igitur eiusmodi (: quam iuvabit R.P. Nieczay :) a P.tate sua sine mora expecto, cum clariori summario Praediorum, Villarum, Agrorum, Sylvarum, Piscinarum, Subditorum, redditum annuorum ex agris, comertijs, censo, Tabernis, et industria provenientium; melius enim erit hoc omne in parato ad Eius requisitionem habere, neque me deceret, si interrogatus sufficienter respondere nescirem. Non dubito P.tatem suam nimis oneratam esse

varjis occupationibus circa funus defuncti brevi futurum, et circa comertium frumenti, ideoque satius esset tantisper aliquem in Onufriensi Monasterio relinquare, aut meum Officialem Mscislaviensem deputari, ad excipiendos ex Provincia Rohaczewiensi recursus, ne, ob difficilem ad nos, commodiorem Mohiloviae querant recursum. Reduco iterum in memoriam P.tati suae mea Consilia. 3<sup>o</sup> Ne administrationem Onufriensis Abbatiae sibi solemniter concreditam, et toti Regioni notam, aliqua actione sua vilescere, aut criticari permittat, hoc enim et meum honorem tangit; 4<sup>o</sup>. Recordari denique P.tati suae debet, non licere sibi, post tot passus ad Abbatiam Onufriensem iam factos, ab illa recedere, sicut nec me decet coram tota Provincia et coram universa Aula dominante mendacem esse, eo magis, cum P.tatem suam et Monachorum Congr. et ipse Vicarius Imperialis mihi recommendaverat, insuper quoque Sacra Nunciatura hoc negotium valide et sincere promovebat. R.P. Secretarium Ordinis ex corde saluto, distinctam ad ipsum Epistolam nox mihi scribere prohibet, consilia mea non praeiudicatae ipsius considerationi subicio, machinationes inutiles disuadeo, omnia in statu praesenti relinquere, et ad futurum tempus defferre commendo, de eius intentione et factis informari volo, et semper duraturae suae P.tatis amicitiae et orationibus me commendo manendo. PS. — Ita P.tas sua Onufriensem Abbatiam administret, ut suo tempore de omnibus rebus rationem reddere valeat; pudere enim nos debet, quod ipsa hucusque spoliata ecclesiam lapideam nondum habeat; ingens abusus est, quem diutius non patiar; saltem sua P.tas faciat Administratione sua mihi et sibi honorem, aedificet scandalizatos, et reddat Deo, quod antea Ipsi temere nec semel sublatum fuerat, etc.

\* \* \*

*In margine:* E. — Gamalia, 21 Octob. 1778.

Illustrissime ac Rnd.me D.ne, Patrone Collendissime.

Juxta thenorem Literarum Ill.mae ac Rnds.mae D.nis vestrae, respectu erigendi in suis Dioecesibus Seminarii, exposui Celsissimo Comiti Zachariae Gregoriewicz, Monarchico in Alba Russia Vicario; Quoniam vero initium huiusce propositi ex antiquis motivis promanat, nominatim vero ex Constitutione Petri Magni, paenes tot Decreta et Leges Serenissimae Imperatricis Catharinae Magnae, quae non solum Episcopos, sed etiam saeculares Gubernatores excitant ad omnimodam executionem voluntatis, E.pis, qua subditis suis, omnis via ad modernam et futuram felicitatem aperitur, secure potui concludere. Ipsum quoque Celsissimum Comitem magna cum alacritate salutare eiusce modi Ill.mae D.nis Vestrae Intentiones promoturum fore, dummodo hac de re Ipsum interpellare alia ratione velit, v.g. habendo pro Lege ac pro exemplo traditas a Serenissima et Magna Imperatrice Nostra Constitutiones, et hac suprema directione ad zelum erga Patriam et Ecclesiam Christi commotus, in animum induxi, erigere in Dioecesibus meis Seminarium. — Planus juxta quod Ill.ma D.tio sua Seminarium erigere intendit, in Russico idiomate simul cum literis ad Celsissimum Comitem transmittere curet, nam antea ab Ills.mo Michaele Nikitycz de Kreczetnikow huc missum videtur esse iam obsoletum, prae-



cipue cum ipsa summa ex fructu annuali potuit augeri. Ego cum haec ex Mandato Celsissimi Comitum Ill.mae D.ni V.rae defero, nactus sum occasionem tenerrimo cultu ac veneratione profitendi, quod sim Ill.mae ac Rd.ssimae D.nis V.rae humillimus servus. —

## 90.

*Strunie, 30 . XI . 1778.*

*De causa Lepkovsciana, seu de fundatione Orsensi; expositio facti et iuris, cum documentis alligatis (cfr. nnr. praecedentes). De quadam conversione apostatae, de libro Theophanis Prokopovyč, de bonis ecclesiasticis, de generali Zoritz eiusque opera et vita.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 317r-319v.

Eccellenza Reverendissima.<sup>155</sup>

La più bella occasione incontrai sotto li 4 cadente per inviari all'Eccellenza Vostra le mie umilissime righe con il Sig.r Ciambellano Bielikowicz, mio sperimentato Amico, che a quest'ora sarà di già giunto a codesta Capitale. Or ciò le promisi in quelle adempisco colla presente, ragguagliandola pienamente sui passi del P. Benedetto Eliaszewicz, Seg.o del Protoarchimandrita.

Nel mentre spasimavo sull'incertezza de' passi del sudetto Religioso, ricevetti le querele del Sig.r Stolnik Lepkowski, Germano del defonto Monsignor Arcivescovo di Smolensk, *A*, a cui, in presenza di questi monaci Cathedrali, subito risposi, *B*, procurando di disimpegnarlo dalle intraprese cautele sì fatali alle politiche tendine, colle quali vado sempre preservando l'estera giurisdizione da questi scorni e pericoli; mosso poi dall'insuperabile necessità, dovetti trasmetter al medesimo anche le mie Requisitoriali, *C*, perche almeno coll'ordine del Governo Imperiale restasse quel Religioso persuaso di dover ritornarsene in Lituania, e non più interturbar la quiete in questo Paese sì opportuna. Piacque nulladimeno alla Divina misericordia di utilissimamente frastornar tale forzato ricorso mio, con farmi notificar per mezzo di questo P. Superior Catedrale, qualmente il P. Seg.o sudetto alli 6 presente già si trovava in Lituania, nominatamente nel Predio di Sudzilowicze; non mancai perciò, di subito ringraziarne Iddio, e di ritirar dalla Posta le mie lettere, *B. C.*, credendo, che quel Religioso, quantunque riscaldato, finalmente da varie mie rappresentanze, e specialmente dalle qui annesse, *D*, convinto, si ritirasse da questo Cordone, lasciandovi ogni cosa in statu quo, e senza avervi inquietato veruno, nè tradita la mia tendina. Vane però furono cotali speranze mie, mentre egli, avendo sprezzate tutte le mie riflessioni, preghiere e scongiure, temeramente volò ad Orsa, e sino all'Archimandria d'Onufrey, ivi pubblicamente confermò l'Amministratore prima da me costituito, rifece gl'Inventari e le Perquisizioni de' (f. 317v) derelitti del defonto Prelato, sparse le sue ben dure

<sup>155</sup> Nuntio Apostolico, Joanni Andreae Archetti (1776-1784).

querele contro l'ultima disposizione del Fondatore, esacerbò li successori del medesimo; scandalizzò li secolari del Paese con tanta sua ingratitude ed avidità, suscitò li Monaci del Cordone a far delle Proteste nelle Imperiali Cancellarie, contro un sì benefico Fondator suo, e contro di lui successori, insomma, tutto superbamente operò in barba delle mie ragioni, cautele e scongiure, rese tutti maravigliati e sospettanti del mio precedente agire, e finalmente, spronò il Sig.r sudetto Stolnik a de' passi bastanti al rovesciamento della Fondazione Orsense, ed al totale tradimento delle mie tendine, non men che all'ultima rovina de' Superiori esteri. Per ovviar a tanti mali, procurai di fortemente ritenere il Stolnik dall'intrapreso impegno, e di scongiurar insieme il Padre Eraclio acciò sotto la pena di dover rispondere nell'Imperial Governo, niun simile suggerimento o comando del P. Seg.o si eseguisca da qualunque monaco della Russia Bianca, sino al mio arrivo ad Orsa, poiche il P. Seg.o non è tutta la Congregazione monastica, e questa prudentemente governata non vuole, non Ordine permette, che si faccia qualche ingratitude a suoi Fondatori, si presti qualche scandalo ai secolari, si sparga qualche discordia fra i Catolici, testifichi qualche scorno ai Pastori, si dimostri qualche animosità contro gl'Ordini Sovrani, e finalmente si cerchi l'estinzione totale dell'estero superiorato. Ed infatti, sarò assolutamente forzato di frenar colla potenza dell'Imperial Governo qualunque monaco estero ed anche di queste Parti osasse metter qui fuoco simile, da cui certamente resterebbe brugiata la mia tendina, periclitata la mia fedeltà, ed incenerita affatto l'autorità degl'esteri Superiori.

Prima di questi fatti, onorato fui da diverse lettere del P. Protoarchimandrita e doppio, seguiti quest'imbrogli, ricevetti la lettera insidiosa del P. Seg.o, sollevando però inutili dispute, e vedendo sprezzate dal P. Seg.o tutte le mie persuasive, ho differite le mie risposte sino alla Risoluzione categorica (f. 318) sopra li Memoriali consegnati da me all'Imperial Vicario in data de' 30 Ag.o in Craslawia, toccante la suffragania di Mscislaw, e questo Seminario diocesano; prevedo nulladimeno che tali Risoluzioni non potransi darmi presto, attesa la forza delle enunziative nel mio Memoriale opportunamente fatte, ed in qualche maniera al medesimo Vicario forse dispiacente. Or non potendo egli con tali enunziative portar al Trono la mia dimanda, perche pregiudicherebbe alla propria riputazione, richiede da me colla lettera del suo Segretario, E, un altro memoriale diversamente motivato; locche puntualmente eseguirò, e già per tal fine vado rivedendo li Regolamenti di Pietro il Grande, e della Regnante Sovrana, quali converrà ben incensar nel nuovo Memoriale.

Nella settimana scorsa fù qui scuoperta la più iniqua fellonia di un sacerdote, mio Diocesano, Volockievicz chiamato, per vari eccessi dalla sua Parochiale giudizialmente rimosso, di poi vagabondo, e per fine dagl'Ecclesiastici disuniti pervertito, istruito, e fortemente raccomandato, intraprese il viaggio per Pleseovia, coll'intenzion d'abbandonarvi formalmente la N.ra S. Religione, ed abbracciarvi quella de' Disuniti. Volse il Cielo, che da miei Domestici fosse in una delle mie Ostende ben inaquavitato, amichevolmente sorpreso, ed in buona maniera di tutte le carte spogliato, anzi fu segretamente da me condotto. Lo collocai in un monastero vicino, fuor di questo cordone, dove

s'esamina, s'instruisce e si riconcilia col Cristo e colla di Lui Chiesa, e poi sarà mandato per Capellano in qualche Casa Catolica. In tanto sia lodato Iddio per un sì caro guadagno.

Gira qui, con grandissimo trionfo, l'opera di Teofane Prokopowicz, Arcivescovo di Novgorod,<sup>156</sup> sotto questo titolo: « Tractatus de Processione Spiritus Sancti — nunc primum editus Gothae, A. D. MDCCLXXII, dedicatus Eminentissimo Ambrosio Arch. po Mosquensi », ripiena di falsità e di vere calunnie contro la Chiesa Romana, e contro l'Union Ecclesiastica. Non abbiamo qui ne buone Biblioteche, nè alcuni manuscritti, e quindi non siamo in istato (f. 318v) di validamente rispondere a' fatti antichissimi e malignamente storciuti. Roma è feconda di Biblioteche, di manuscritti, e di Uomini versatissimi nella storia orientale; se per l'ordine di N.ro Sig.re e per la gloria di Dio volessero tali soggetti adeguatamente, con tutta la carità e pulizia, in forma d'un dialogo, rispondere ad una operetta sì dannosa, certamente resterebbe questo dominio illuminato, disingannato, e convinto sulle verità schiette, nè qui si trascurerebbe veruna cura per render tutto ciò nell'Idioma patrio.

Per mia disgrazia sento, che questi Nobili, Swolynski, Snarski, Spinek, e non so chi altro, ciecamente protetti dal Signor Zaba, Castellan di Polock, abbiano ottenuto da codesta Corte Ius caducum sopra li Predii: Czerstwiaty, Sudzilowicze e Berezwecz chiamati, e per la Fondazione legittima spettante al Monastero mio Cattedrale, ed a quello di Berezwecz, come anche li Beni Dolce e Mawlicze, a saeculis appartenenti alla mia Mensa. Non sarà difficile all'E. V. d'impegnar il Principe Vescovo di Plock acciò, per via del Sig. Tesorier Tyzenhawz, suo dipendente, resti soppresso il mentovato Caduco, restituito alla Corte, o nel perpetuo silenzio seppellito. Altramente questa povera chiesa, in mancanza de' soggetti abili, in penuria del bisognevole conveniente sostenimento, finalmente nella continuata inquietudine poco a poco languendo, certamente nelle proprie rovine resterà seppellita.

Mille scuse dimando, se con tali longarie infastidisco l'E. V. perche la di lei benignità e la mia schiettezza a ciò mi ha incoraggiata, anzi sempre più mi confermo nella perpetua fedeltà, ubbidienza e venerazione co' quali riventissimamente me le dico e sono

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo obligat.mo ed umill.mo servitore  
GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock

Strunie, 30 Nov. 1778.

Sopra li Caduchi scrivo oggi anche al Sig. Ogrodzki, Seg.o della Corona, con cui ella si degni prima abboccarsi.

---

<sup>156</sup> Theophanes Prokopowicz (1681-1736). Ab anno 1704 magister poesis in Academia Kioviensi, dein magister philosophiae et praefectus (1707), anno 1710 superior monasterii confraternitatis Kioviensis, ab anno eodem etiam Rector et magister theologiae, ab anno 1716 Consiliarius Petri I, dein Episcopus Pskoviensis et demum Archiepiscopus Novogrodensis, vice Praeses Sanctae Synodi creatae eius instinctu. Erat sub influxu protestantismi in doctrina tradenda et in operibus promovendis.

P.S. (f. 319) — Il Sig. Generale Zoritz, prima celebre favorito, in oggi di molte pinguisime Possessioni Erede, e Cavalier di Malta, spera di rimettersi nel pristino favore, ed ora da suo famoso Selow proveniente, qui magnificamente si diverte, a motivo delle strade invernali non ancora sicure; fra pochi nulladimeno giorni egli partirà per i suoi Feudi in Livonia, nelle vicinanze di Riga. Faccio a questo Sig.re tutte le mie attenzioni, e lo servo anche di mia muta, ricevo da esso mille finezze, amicizie, anzi grazie singolarissime, nè dispero di poter una volta, per mezzo suo, spuntar anche l'affar della Coadjutoria si necessaria per me, per questa Chiesa, e per la Religion Catolica. Già egli m'impresò del denaro per la compra di due Predii, quali, per la morte de' Gesuiti, ora sono devoluti alla disposizion Reggia, chiamansi *Turowla* ed *Ekimania*, ambidue giacciono sul Fiume Dwina, torbidamente confinano co' Terreni della mia Mensa, situati sono in faccia alla mia Residenza e Catedrale, e per la Fondazione del Seminario Diocesano unicamente convenienti e desiderabili. L'esito felice di tali brame mie singolarmente dipende dal Pr.pe Vescovo di Plock, a cui V. E. conforme ardentissimamente la supplico, si degni esporre la giustizia e la santità di questo desiderio, ed unitamente impegnarlo, acciò il Sig. Tesorier Tyzenhawz, totalmente dai di lui cenni dipendente, voglia efficacemente facilitar, e spuntar si necessaria e si santa, purchè non esorbitante compra dalli attuali Possessori, suoi subalterni e familiari. Questi Predii sono la minima particella di que' grandissimi Beni, per la ricuperazion de quali il mio Predecessor nei Tribunali di Roma ed anche di Lituania 50 anni sostenne strepitoso Processo contro la Potenza de' Gesuiti, empì usurpatori delle Fondazioni Ecclesiastiche Rutene. Ora per pura necessità vorrei comprare quello mi si dovrebbe omni iure restituir. Sto confidando al Sig. Ciambellano Bielikowicz la Plenipotenza, col sufficiente danaro per un sì salubre acquisto, nè voglio persuadermi, che questo ascender possa a molto, sapendo, che l'oro contante facilitane e conclude presto li contratti, specialmente nel luogo e nel tempo d' gravissimi dispendii. V. E. a misura del suo zelo per la Religion Catolica, si degni prender a cuore questo acquisto, protegga le mie intenzioni (f. 319v) per l'erezione di questo Seminario e porga tutta la sua mano potente al sudetto mio Plenipotente, conforme la supplico colla Religion stessa.

## 91.

*Polocia, 22 . II . 1779.*

*Comiti Czerniszew de Seminario Polocensi. Expositio status quaestionis et rationes.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 320-321, alia copia, fol. 328-329.

Excell.mo D.no Supremo Copiarum Ducì, Imperatorio in Alba Russia Vicario, Equiti Comitique Zachariae Gregorjewicz Czerniszeff. *Ex Polonico.*

Synodus Zamoyseiana, anno 1720 convocata et absoluta, inter plurimas pro polono-Ruthenis Ecclesiis ordinationes, etiam tale promulgavit Decretum, ut quilibet Episcopus juxta proprias facultates sua in Dioecesi institueret



Seminarium, ubi Juventus Ecclesiasticum ad statum Deo vocante aspirans id omnino discat, sine quo sacerdos fieret animarum suo Regimini concreditarum verior lanio, quam Pastor, magisque evaderet in execrandum Vineae Chrysti vastorem et proditorem quam in Patremfamilias probum et utilem Operarium. Quare universa Concilia zelanter prohibuere, ne Literarum ignari Ecclesiasticum ad statum suscipiantur, sacrisque Ordinibus initientur, neve talium Curae Grex Paroecialis committatur.

Noverat ejusmodi officio Episcopos teneri Antecessor meus Florianus Hrebnicki, et singulari talis satisfactionis fine, illico absoluta Synodo Zamoyseiana, cui intererat, movit in Tribunali Lithuano anno 1721 et invitus protraxit usque ad annum 1758 in Romanis subselliis Litem, super Bonis adhuc de anno 1580 injuste suo Polocensi clero occupatis.

Verum adeo prolongata lite extenuatus atque enervatus, cum jam animadverteret, stante inopia Pastoratus et Cleri sui, fontem cessare, unde provenire possent qualescunque rivuli ad instituendam adeo necessariam strictaque praeceptam Dioeceseos Seminarii erectionem, adactus itaque acquievit duobus Alumnis, quos Apostolica Sedes misericorditer hucusque propriis impendiis Vilnae, in gratiam hujus Dioeceseos edocere pergit.

Neque me pariter latuit ejusmodi Episcoporum onus, sed amissa non tam spe, quam potius commoditate vendicandorum de potentiori manu Bonorum meis Ecclesiasticis illegitime ereptorum, simulque considerando manifestam meam meique Cleri egestatem, conciliavi ulteriorem Apostolicae Sedis clementiam ut insuper duo Vilnae totidemque alii Romae Alumni mei studijs imbuerentur.

(f. 320v) Ast tam paucis Alumnorum numero, veluti meae dioecesi sexcentas et amplius Paroeciales Ecclesias numeranti ulla tenus proportionato, potueramne hocce cultiori saeculo acquiescere? Quamobrem ipso mei Regiminis initio, videlicet anno 1762, cum mihi alia media non suppeterent, hoc unicum adinveni, ne scilicet obventiones, quantumvis exiguae de misero tamen Clero interdum provenientes, deinceps inaniter terantur, sed potius pro erectione optatissimi Seminarii ad unum duntaxat locum conferantur, atque in Libris hoc fine comparatis adnotentur, cum onere nihilominus redendi legitimum coram congregato Clero calculum veluti et in fronte talis Libri videre est, et in adjuncta Copia, A, meum testatur Decretum.

Videtur Deus misericors ejusmodi studiis mei benedixisse, cum de tam exiguis particulis in unum congestis, et de medio ori meo subtractis, clementissime permiserit jam colligere Rublorum decem millia, quae ob timorem alicujus Domo mea periculi, tutius collocavi apud D. Plater in bonis Bieszenkowieze, apud D. Szczytt, in Bonis Filipowo, apud D. Przysiecki in Bonis Zielki, et apud D. Luskina in Bonis Miedzielin, fructum vero in Polocensis Ecclesiae Cathedralis meae tectum ferrea lamina obducendum ideo expendebam, quod varias Regionis circumstantias diligentius ponderando omnigenasque vitae et status mei angustias penitius examinando denique Jure caduco in mea, meorumque monachorum ex Fundatione Bona (licet intra Poloniae Limites consistentia, Incolis tamen istius Regionis Tractatibus praeservata:) subdole

ab Aula Varsaviensi impretrato sentiens me vehementer exagitatum caepi respondere animum, num praeconceptae erectioni finem imponere potero, quemadmodum hac in re V.rae Excellentiae sincere, plenissime, fideliter atque in conscientia confiteor.

Cum vero hodie una ex parte oculos converto ad ecclesiasticum Magni immortalis memoriae Petri Regulamen,<sup>167</sup> quo Normam cultissimarum Nationum et Generalia secutum Concilia, agnovit inevitabilem erigendorum Seminariorum necessitatem, imo ad id perficiendum vehementer unumquemque Imperii sui Pastorem excitavit cumque alia ex parte exultans depredico etsi uberius collaudare non sufficiam illas singulares et plus quam Maternas Augustissimae Dominae Magnae Catharinae nunc Clementissime Nobis Imperantis Leges per V.ram Excellentiam perenni (f. 321) gloria dexteritateque huc allatas, promulgatas et executioni mandatas, quibus Clementissima Domina sapienter, magnanimiter, uberrime, religiose et praecipue ad ea dirigere dignatur, ut nedum praemunita cuilibet animi justitia acceleratione, sed etiam orphanis, infirmis pluribusque aliis ope prorsus destitutis, vere tamen illa indigentibus, praecustodito misericorditer levamine, atque praecepta et ad exemplum cuilibet intimata utiliorum studiorum has quoque ad Partes introductione, suos hic universim subditos multo feliciores reddat. Cum denique omnium sensu de hac veritate plus quam convictus palam fatear, quod adeo Materna Imperatricis erga Nos providentia Te, Excel.me Domine tam dextere semperque efficaciter hanc navem dirigente jam perfectae tranquillitatis portum attigimus, jam ad omnimodae securitatis Arcem pervenimus, jam denique in ameno pergratae felicitatis vertice consistimus, id unicum praeterea desiderantes, ut Imperatoriae voluntatis impletione de die in diem promptiori nosmet ipsos reliquis feliciores subditos universo Orbi exhibeamus, deducamus atque comprobemus.

His itaque omnibus bene perpensis num Ego, tam incomparabili Regnantis Throni zelo, adeo fere divina Imperatricis Nostrae Benignitate, sic provida Magnae Catharinae manuactione, atque ita exemplari per V.ram Excellentiam Imperatoriae mentis nostraeque prosperitatis impletione excitatus animatusve longius valeam cum Gentis scandalo differre praeconceptam Dioecessani Seminarii erectionem. Num praeterea septimam annorum meorum decadem, aut notam status Clerique mei penuriam, vel demum praedicta Juris Caduci tornitrua amplius pertimescere debeam. Haec profecto Imperatoris subditis, e quorum numero Me Clerumque meum esse glorior, nullum in Poloniae finibus damnum inferre poterunt, si quemadmodum supplex cum lacrimis praecor, unico Magnae et clementer nobis Imperantis Dominae verbo Varsaviensis Aula Regia praeveniatur.

Quod autem attinet Seminarij erectionem, ferventissimas V.rae Excellentiae fero preces, potissimum pro Supremo Clementissimae Dominae Nostrae hac in re Consensu et robore, tum pro commodi et salubris fundi Polocensis desi-

---

<sup>167</sup> Anno 1721, suadente Theophane Prokopowycz, Petrus I edidit s. d. Regulamen spirituale, quo res ecclesiasticae Moscoviae compositae erant, ad exemplaria protestantica.



gnatione ac denique pro benigno qualicumque subsidio ad inchoandam illic Seminarii Fabricam, cui optarem una fructuum parte, absque mora, manum admovere (f. 321v) paulatimque eandem continuare; altera vero parte proportionalem Alumonorum numerum penes Cathedrale hic Monasterium sustentare, et necessariis instruere literis e quibus ita instructis subditi imperatorii haberent successu temporis praestantiores Parochos, Informatores Patresque Spirituales, Patria numeraret cultiores et perfectiores Incolas, Thronus nancisceretur subditos aptiores instillandum cuilibet obedientiae et fidelitatis debitum, Vineam autem Christi obtineret capatiores majorique zelo incensos Operarios, Pastor denique miser tandem acquireret doctiores aptioresque suis laboribus adjuutores, ad Laudem Dei, ad Ecclesiae Regimen, ad Regionis Commodum et ad imperii Obsequia atque Gloriam.

Pro initiando igitur tam utilis ac necessariae erectionis primordio cum ego met ipse renuntiaverim universis obventionibus, neque a Parochis meis vel minimum Assem ultra veterem consuetudinem exegerim, quale cum Clero meo sub anno 1774 huc convocato in majora ejusdem commoda formavi Planum, tale sub Litera B fideliter translatum humiliter Excellentiae V.rae transmittito, omnia perfectissimae ipsius Decisioni subicio, pro obtinendo autem Imperatorio tam laudabilis operis Consensu, atque Approbatione, nec non pro elementi Subsidio has meas preces enixissime renovo, simulque super suffraganeatu nuper Kraslaviae oblatum in memoria revoco.

Iason Smogorzewski, Arch. pus Polocen.

Polociae, 11-22 Februarii, 1779.

## 92-93.

(Polocia), 22 . II . 1779.

*De negotio Seminarii Polocensis erigendi; litterae Secretarii Comitum Czerniszew et resposnum Archiepiscopi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 328-329.

*A margine:* B. — Gamalia Comitum Czerniszew Secretarius, Arch. po Polocensi, 21-30 Octobris 1778.

Illustrissime ac Rndissime D.ne, Patrone Colendissime.

Iuxta tenorem Literarum Ill.mae ac Rnd.mae D.nis V.rae, respectu erigendi in suis Dioecesibus Seminarii, exposui Celsissimo Comiti Zachariae Gregorjewicz, Monarchico in Alba Russia Vicario. Quoniam vero initium hujusce propositi ex antiquis motivis promanat, nominatim vero ex Constitutione Petri Magni, paenes tot Decreta et Leges Serenissimae Imperatricis Catharinae Magnae, quae non solum Episcopos, sed etiam saeculares Gubernatores excitant ad omnimodam executionem Voluntatis Ejus, qua subditis suis omnis via ad modernam et futuram felicitatem aperitur, secure potui concludere ipsum quoque Celsissimum Comitum magna cum alacritate salutare ejusmodi Ill.mae D.nis V.rae Intentiones promoturum fore, dummodo hac de

re ipsum interpellare alia ratione velit, v.g. « Habendo pro lege ac pro exemplo, traditas a Serenissima et Magna Imperatrice Nostra Constitutiones, et hac suprema directione ad zelum erga Patriam et Ecclesiam Christi commotus, in animum induxi, erigere in Dioecibus meis seminarium ». Planum juxta quod Ill.ma D.natio sua seminarium erigere intendit, in Russico idiomate, simul cum Literis ad Celsissimum Comitem transmittere curet. Nam antea ab Illustrissimo Michaele Nikitycz de Kreczetnikow huc missum, videtur esse jam obsoletum, praecipue cum et ipsa summa ex fructu annuali potuit augeri. Ego cum ex mandato Celsissimi Comitis Ill.mae D.nationi V.rae defero, nactus sum occasionem tenerrimo cultu ac veneratione profitendi, quod sim. — Ill.mae ac R.ndissimae D.nationis V.rae humillimus servus. — Simeon Gamalia. — In Jaropolce, 8.bris 21 die, 1778 Anno.

\* \* \*

*A margine:* C. — Memoriale Arch.pi Polocensis Vicario Imperiali, Comiti Czerniszeff, transmisum, 11-22 Febr. 1779

Synodus Zamosciana, anno 1720 convocata, et absoluta, inter plurimas pro Polono-Ruthenis Ecclesiis ordinationes, etiam tale promulgavit Decretum, ut quilibet Episcopus, juxta proprias facultates, sua in Dioecesi institueret seminarium; ubi Juventus Ecclesiasticum ad statum Deo vocante aspirans, id omnino discat, sine quo sacerdos fieret Animarum suo regimini concreditarum verior lanio quam Pastor, magisque evaderet in execrandum vineae Christi Vastatorem et proditorem, quam in patrem familias, probum et utilem Operarium. Quare Universa Concilia zelanter prohibuere, ne Literarum ignari Ecclesiasticum ad Statum suscipiantur, sacrisque ordinibus initientur, neve talium curae Grex Paroecialis committatur.

Noverat ejusmodi officio Episcopos teneri Antecessor meus Florianus Hrebnicki, et singulari talis satisfactionis fine, illico absoluta synodo Zamosciana, cui intererat, movit (f. 328v) in Tribunali Lithuano anno 1721, et in-vitus protraxit, usque ad annum 1758 in Romanis subsellis Litem, super bonis adhuc de anno 1580 injuste suo Polocensi clero occupatis. <sup>158</sup>

(Segue come al fol. 320 sq. del vol. 145, stesso ASV...).

## 94.

(Polocia), 25 . II . 1779.

*Generali Zoritz de funere Archiepiscopi Smolenscensis, de quodam opere, de quodam memoriali, et laudes Generalis Zoritz.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 322rv.

---

<sup>158</sup> Bona haec donata fuerunt a Rege Poloniae Stephano Bathory (1575-1586) PP. Societatis Jesu in Lithuania, et quidem Vilnensibus et Polocensibus (s. d. fundatio Bathorea), postquam regio haec in dominium venit Poloniae.

*A margine:* Ep. la Archiepiscopi Polocen. Generali Zoritz, Petropolim, 25 Febr. 1779.

Ex. ll. me D. ne, Patrone Colendissime. — Si Ex. ssimo D. no placuerit scire, quid hucusque egeremus, et cur siluerim, faveat benigne excipere seguentes notitias: Diem S. Basili transegi Siennae ob devotionem, atque ob jucundam conversationem cum docto multumque probo seniculo Generali Copiarum, Praefecto Puczkw, illius loci praesidium tenente, qui me certiozem reddidit, quod jam non Scloviae, quemadmodum meditabatur, sed Petropoli reliquos dies suos claudet. Tunc 17, 18 et 19 diebus Januarii, socio laboris Ill. mo Episcopo Siestrzencewicz, in assistentia vero numerosi concursus, ultima piae memoriae Archiepiscopo Smolescensi Lepkowski exhibui obsequia, et in spiritu illum allocutus sum: «Et haec quae parasti cujus erunt». Post meum obitum nullus me tali alloquio dignabitur; nam lapides et fragmenta laterum nemo concupiscet. Miscislaviensem et Rohaczewiensem Clerum meum, juxta rationes temporis facultatisque meae, adivi; totam autem Mohiloviam, licet absente Gubernatore, triduo usque ad vertebrarum dolores venerabar. Scloviam quoque, celeberrimi Domini praesentia orbatam visitavi, secunda vero Februarij ad hunc locum, etsi aspera via, sospes tamen redivi.

Post Lacticiniorum Bachanalia, benignis V. rae Excellentiae Riga 23 Januarii scriptis exhilaratus sum literis, eo, quod efficaciter etsi aliquantulum tardius amicus meus Varsaviam expeditus fuerit, ubi quid in mei operis pii et Starosielensis acquisitionis negotio praestitum fuerit, subsequentes nunciabunt Cursores; nunc autem devinctissimas Domino meo refero gratias, intrepideque affirmo ac oportuno tempore Orbi depraedico id, ad meas preces, ob commoda Imperatorium subditorum, a V. ra Excellentia peractum, quod calidissimo hocce saeculo cum summe sit rarum, procul dubio ditiores admiratione et pudore afficiet, pares fortiter aedificabit, Polonos istius Regionis singularius illustrabit, Dei Gloriam ampliabit, suumque, dignissime Generalis, tam ingens Publico et paupertati subsidium futuris saeculis pro insigni ad imitandum exemplari proponet, Augustissimae vero Catharinae, Dominae Nostrae Clementissimae Nomen, etsi jam admodum magnificatum, specialius exinde etiam immortalitati commendabit, quod tales fidelium suorum subditorum praecipue prosperare et exaltare (f. 322v) dignetur, qui non sibi duntaxat, sed etiam amicis, humanae Communitati, Patriae, Throno, ipsique Deo viventes, aptiores redduntur Imperatorii obsequii.

Quoniam vero, Excell. me D. ne, nondum finitam mei super eodem pio opere memorialis copiam, cum hinc abscederes, violente mihi de manibus eripuisti, et vix induci poteris, ut mihi ex prima Cursoria statione restitueres, cum onere mundam Ipsi postea transmittendi Copiam; hinc ejusmodi iussa libenter exequendo, omnia perscripta et emendata, cum fideli translatione, ita hodie V. rae Ex. llentiae in adjunctis *A. B. C.* foliis exhibeo, quemadmodum elapsa hebdomada Celsissimo Domino Mareshalco, Comiti Czerniszeff, Imperatorio his in Regionibus Vicario, Mosevam transmisi.

Arbitror, simulque spero, quod in huius generis supplicatione, cum neque meum privatum commodum, neque cujuspiam damnum ullatenus intendam,

id propter emolumentum Imperatoriorum subditorum ibi pulso, ubi suprema Justitia et plusquam materna benignitas omnia Clementissime cordinat, nefas mihi sit, hac in re formidare undecumque adversitatem; nihilominus, in quovis eiusdem casu, efficaciam Vrae Excellentiae praevengo mihimet ardentius auxilia, quo audatius bona conscientia honesto fine sic ejus invoco Clementiam: — Dignare hujusce operis salutaris, Personae mei et Pastoratus mei agere Defensorem, Patronum et Tutorem. — Videtur mihi Deus ad id singularius Vram Excellentiam elegisse, atque munificentissime ob id prosperare, quod fortuna lapsos fortiter erigas, erectos sapienter a casu defendas, hoc ipso eosdem ad fideliora Majestati obsequia eregis, coadjuves, et confirmes, quod brevi metro memoriae causa complector:

Te Deus, o Zorytz, radiantem reddidit Orbi!

Magna novam Lucem das Catharina sibi:

Luce serenetur Polocanus Praesul ab ista:

Non sibi, sed reliquis Lumina magna nitent.

Quod superest, cupidus certo rescindi de perfecta Vrae Excellentiae sanitate, deque plana Ipsius prosperitate, ardentem illi hoc utrumque e Caelis imploro, constanti autem fidelitate et omni cultu vivens ad funera permaneo.

## 95.

*Polocia, 8. III. 1779.*

*De funere Archiepiscopi Smolenscensis, de itinere Oršam et in Archimandriam Onuphriensem, de adventu novi Gubernatoris Mohyloviensis, de erectione Seminarii, de Suffraganeatu Albae Russiae, de ecclesiis Rohaczewiensibus, de provisione Ecclesiae Smolenscensis, de Archimandria Onuphriensi, de variis candidatis, de P. Wazynskij, de P. Lisovskij, etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, foll. 301-302v.

Ebbi l'onore di prevenir l'Eccellenza Vostra sotto li 4 dell'ultimo novembre che per maggiormente convincere li Disuniti sopra l'Union Santa, avrei procurato alli 17 Gennaio di sepelir in Orsa il defonto Monsig. Giuseppe Lepkowski, Arciv. di Smolensk, con tutta la decenza, utroque Ritu Catolico; ora poi assicurarla posso del puntualmente eseguito cotal significato mentre quelli funerali nel 1° giorno da Monsignor Mallien,<sup>159</sup> nel 2° da me, e nel 3° dal P. Protoarchimandrita,<sup>160</sup> inaspettatamente sopraggiuntovi, furono Pontificalmente celebrate, in assistenza di molta Nobiltà, ed anche di non pochi Disuniti, Secolari, ed Ecclesiastici, ben edificati delle Sagre Cerimonie di due Riti Catolici, della frequenza de' Sacerdoti, e delle Messe, della proprietà del Catafalco, e de' trattamenti modestamente lauti.

<sup>159</sup> Stanislaus Bohusz Siestrzencewicz. Cfr. *Indicem nominum et rerum*.

<sup>160</sup> Porphyrius Skarbek Wazynskij (1772-1780), et dein an. 1788-1790; demum Episcopus Chelmensis (1790-1804).



Terminate cotali facende, impiegai subito tutta la possibilità mia all'estinzione della scintilla temerariamente dal P. Segretario Eliaszewicz in quelle Parti accesa, la quale rimane in oggi alquanto attuffata del prudente P. Protoarchimandrita, a cui in confidenza feci leggere anche ciò su tale congiuntura in data de 4 e 30 novembre a V.E. scrissi. Ma non sò, come, in mancanza dell'esemplare sodisfazione del sudetto P. Segretario resterebbe reintegrata la riputazione del mio Pastorato troppo vulnerato, ed a' gravi pericoli esposto? come leverebbesi lo scandalo di somma animosità anche per li Monaci di questo Cordone? vedo pero tutta la convenienza di dover pazientemente sino a un certo tempo aspettarne l'oracolo Protoarchimandritale.

Da Orsa, in compagnia del P. Protoarchimandrita, mi portai alla Badia d'Onofrey, e nel termine prefisso, cioè alli 30 Gennaro v'ebbi la consolazione di veder miei Decani di Rohaczewia, quali esaminati, confortati, alquanto istruiti, subito licenziai col piano di formar terzo Decanato nella Provincia di Rohaczewia, e quarto in quella di Mscislaw; essendo ben persuaso ogni uno, non esser facile ad un Decano d'invigilar con efficacia sopra 30 o 40 Parochi rozzi, poveri, e dallo scisma circondati, tentati, anzi studiatamente perseguitati.

Volsi ancora scendere a Mscislaw, 3 sole leghe distante da Onofrey, ove col P. Protoarchimandrita visitai li Giudici Catolici, ed insinuai loro la necessità di fortemente proteggere in quel Tribunale gl'Interessi del Clero ubbidiente all'Ap.lica Sede; invitati poi ambidue pranzassimo da quel Egumeno disunito, in compagnia del Commandante, accompagnato da suoi Uffiziali. In quest'occasione mi riuscì di consigliar que' Barboni, che, restando essi spogliati della libertà di seguir la Religion conosciuta, almeno desiderino di vivere e morir in quella unicamente Religione quale da SS. Basilio, Grisostomo, Nazianzeno, Studita etc. fu professata, insegnata e difesa.

Sapendo poi sicuramente, che il bagaglio del Sig.r General Pasikow già era (f. 301v) giunto in Mohilovia, e che giornalmente v'aspettavasi quel Personaggio, stimai bene di portarmi in quella Capitale, per finalmente conoscere un sì degno Governator, esibirgli il mio omaggio, e raccomandargli il mio Pastorato. Deluse pero furono anche per questa seconda volta tali mie intenzioni, a motivo dell'indisposizione gravemente sopraggiunta a quel Sig.re nel viaggio; quindi, ben trattato da Monsignore Mallien, e dal Vescovo disunito Koniski, come anche da primari del Governo, nel 4 giorno m'istradaì per questa volta.

Alli 14 Febbraio sono dunque restituito quà, e subito ripresil' affare del mio Seminario, e del Suffraganeato di Mscislaw, a riguardo de' quali, quanto avea io per strada nell'idioma polacco già preparato, immantinentemente procurai qui di far picchè bene tradur nella lingua Russa, e tutto da due settimane spedii all'Imperial Vicario, Conte Czerniszeff, secondo le copie fedelmente in latino tradotte, e qui sotto, *A. B. C.*, annesse. Dovetti, nell'estensione di tal-poggetto, compiacer alle insinuazioni dal Sig. Gamalia, Segretario Vicariale, fattemi, e da me a V.E. sotto li 30 novembre communicate; nè potevo dar altro giro a tale materia, forzato di tacer tutti miei precedenti passi, di profumar il Trono, d'incensar il Conte, di scusar quasi trascuratezza mia e del mio Pre-

decessore, d'autorizzar la giustizia dell'impegno, e finalmente di gloriarmi dell'Ap.lica Misericordia.

Conviene ora, dunque, aspettar il fine de' fini in questo negozio, e per meglio riuscir nell'intrapresa opera, spedisco oggi, come sotto la lettera C., al Sig. General Zorytz le sudette copie, Russe, quali vol'egli per forza strapparmi, partendo da questa Città, nè desistette da tale forza, se non se prima riassicurato, che gle gli aurei trasmesse subito, quando fossero terminate, corrette, e copiate. Questo Signore ritrovasi già in Pietroburgo, ottimamente ricevuto dalla Sovrana, e da tutta la Corte, anzi dal Popolo fortemente acclamato; mi lusingo, vorrà egli far penetrare all'Imperatrice un profumo si grato, con ciò facilitar l'approvazione desiderata, eziandio allora, quando qualche malignità tentasse sopprimere ò difficoltà le mie supplichevoli dimande. Eccellenza, perchè io non debba così sperare, mentre già egli ha eseguite le sue promesse in favor de' connoti fondi per questo Seminario favoritemi? conforme il Sig. Ciambellan Bielkovicz, congedatosi alli 6-17 Feb.o (f. 302) in Riga, m'assicura già da Vilna in data de 12-23 medesimo e deve ben presto portarsi prima a Grodno, poi a codesta Capitale, ove a mio nome implorà l'intercessione e la protezione di V. E. per un acquisto si salutare.

Ora rispondo al gentilissimo Foglio di V. E., favoritomi in data de 17 Xbre e girato quà e là durante il mio viaggio sudetto. Aurà di già l'E. V. dalle mie precedenti ben compreso, che non si vuol qui permettere più d'un Pastor per ogni Rito Catolico, conforme questa Corte rispose chiaramente a quella di Vienna, l'Imperial Vicario co' fatti ne conferma, stando sempre sull'erta, perchè sottomano o pretestuosamente non s'introduca in questo Cordone qualche altro Pastore, e per lo passato gravissimi fece bisbigli contro l'Ap.lica Delegatione al defonto Arciv. Smolenscense, ne Decanati Rohaczewien. confidata, e poi col mio nome felicemente palliata. Non è dunque almeno per adesso sperabile, ne forse di poi possibile sicuramente toccar questa sì gelosa pedina; tanto più, che l'Arcivescovado da più d'un secolo rimane titolare, e l'Arcivescovo defonto s'aspettava da' Dominanti non già di Smolensk, ma unicamente d'Onofrey.

Ciò non ostante, ha ragione codesta Real Corte di voler nominare l'Arcivescovo di Smolensk, poichè così continuerebbe mantenere il suo gius, e preservar quello della S. Unione; purchè se ne prescelga qualche Persona veramente degna, morigerata, e sodamente dotta, altramente sarebbe incompensabile danno e vituperio per la Religion Catolica, di veder elevate a gradi Pastoralis Persone non affatto morigerate, e meno de' Disuniti addottrinate. Seguirebbe da ciò legittimamente, che un tal Nominato, non potendo collocarsi fissamente in veruna Parte di questo Cordone, dovrebbe aver il suo conveniente Ricettacolo in qualche sufficiente Monastero di Lituania, purchè il più vicino alle Frontiere Russe, come sarebbe il più proprio quello di Minsk, anzi quello di Vilna, ambidue sicuramente Archimandritali. Nè si pensi che un tal Prelato, essendo meramente titolare, resterebbe inutile, ozioso, ed alla Monastica Congregazione oneroso, poichè potrebbe egli non solamente coadjuvare il Suo Metropolitano nelle Pastoralis cure per tutta la Lituania distese, e di molto ajuto bisognevoli,



ma eziandio, nelle occorrenze di più ardui bisogni, invitato, aiuterebbe questo si bersagliato Pastorato, senza minima opposizione di questo Governo, quale umano è sempre per i ben venuti. Il preteso poi gravame subito sparisce in considerazione de' diritti Regi e de' commodi della Chiesa di Cristo, nè so capire, perchè sarebbe più grato alla Congregazione Monastica di alimentare un monaco semplice, unicamente dedito alle occupazioni claustrali, e non mantenere in di lui vece un Monaco Prelato di (f. 302v) Vescovile dignità ornato, ed al decoro, all'aiuto, anzi al sostegno della Religion Catolica prescelto e costituito? Dovrebbe la Congr. Monastica desiderar cotal nomina, e ben volentieri esibir tale Ricettacolo, perchè, seguita l'una e l'altra politissimamente si scanzerebbe ben pericolosa e fatale promozione d'un Russo, cioè del P. Czaday, <sup>161</sup> a cui Roma dia, se vuole, anche il Capel Cardinalizio, ma non lo esalti a veruna Prelatura degl'Uniti, mentre potrei scommettere, che, dopo la mia morte, che non può esser lontana, potrebbe occupar egli anche questa Sede, per poi totalmente rovinarla. Eccellenza, se questo timor non è giusto, sarebbe anche una chimera il preveder, che questa Corte allora prescioglerebbe un Monaco alla S. Unione e Dio sa come venuto, in Roma extra claustrum vissuto, e quel ch'è peggio, in Moscovia nato, cresciuto, educato, e militante. Per esperienza sò, che tali Convertiti sempre sono pericolosi, e quindi supplico l'E. V. di fortemente raccomandar ai Superiori della Congr. Monastica de Basiliiani, perchè tutti Monaci tali sieno distribuiti nè Monasteri li più discosti da questo Cordone.

Quanto alla persona del R. P. Protoarchimandrita Waszynski, <sup>162</sup> ingenuamente confesso all'E. V. che amo, stimo e venero si degno, si prudente e si dotto Religioso; nè comprender posso, come gl'altri, di minor merito e d'infior dottrina, siensi, in di lui pregiudizio, avanzati alle più commode Cattedre Vescovili? Temo fortemente, che la Chiesa degl'Uniti non cada, se non sarà provveduta de' Pastori li più degni, li più morigerati, dotti, prudenti, e zelanti, siccome sotto tali naeque, crebbe, sostennesi, e fioriva sino a nostri tempi. Quindi giustissimo ed alla Catolica Religione utilissimo sarebbe di far elevar questo Soggetto, come il più degno, all'Arcivescovile, quantunque titolare grado di Smolensk, nella maniera surriferita, e per le ragioni di già esposte. Nè tale titolo valerebbe pregiudicargli all'ulterior ascenso, a cui certamente chiuderebbe ogni adito l'ideata ma non ancora spuntata Suffragania di Mscislav, specialmente nella circostanza di tanti solenni passi già al Trono avanzati in favor del P. Eraclio Lissowski, quali certamente ritirarsine devono ne possono girar per la testa, che qualche membro della Consulta Generale, bramando disfarsi del suo Protoarchimandrita, perchè pacifico, perchè nemico

---

<sup>161</sup> P. Dionysius Czaday, qui ut Lector Collegii S. C. de Prop. Fide sibi procurabat primum Archimandriam Vilmensem et dein Trocensem. Cfr. *Audientiae Sanctissimi*, vol. II, Romae 1965 et *Supplicationes Ecclesiae Unitae*, vol. III et IV, Romae 1965-1966, secundum *Indicem nominum et rerum*.

<sup>162</sup> Protoarchimandrita Basilianorum (1772-1780, 1788-1790), dein Episcopus Chelmonensis, (1790-1804).

delle antiche sovercherie, e perche preveniente ad ogni malfazzione del futuro Capitolo Generale, s'ingegna destramente di confinarlo in questa Siberia; la giustizia però, la coscienza, e la prudenza stessa, richiede assolutamente, ch'un soggetto il più degno, non dovendo restar sepellito, sia onninamente mpiegato al sostegno della S. Unione, e della Chiesa Rutena. Questo Padre, nella settimana scorsa, parti da questa Capitale, affrettando il suo ritorno a Torocanie, a cui gagliardamente insinuai anche l'indispensabil necessità del Noviziato in queste Parti, e della division delle Provincie, ossia della deputazione d'un distinto Provinciale per li Monasteri in questo Cordone esistenti.

Se piacerà all'E. V. continuerò le mie a numerare ad marginem e frattanto debbo avvertirla di non essermi pervenuta la di lei lettera che dice d'avermi spedita sotto li 16 Agosto. Finisco la presente confermandomi per tale, quale con perfettissima venerazione e fedeltà me le dico, e sono

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore  
GIASONE, Arciv.o di Polock

Polock, 8 Marzo 1779.

## 96.

*Strunie, 8 . VI . (1780).*

*Instantia apud Ministrum Caesareum de protectione Unitorum in Imperio Moscovitico, de provisione Metropoliae, de candidatura Ep. Ryllo, de candidatura Smogorzevskyj cum retentione Archiep. Polocensis, de solutione Archiepiscopi a subditatu moscovitico, de sede vacante Polocensi, etc. expositio status rerum et dispositionum.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, foll. 355r-356v.

Al Ministro Cesareo in Russia.

Eccell.mo Sig.r P.ne mio Col.mo.

Dall'ostinata Febre sino ad ora tormentato, non valse in Polock rappresentar alla mia Clem.a Sovrana <sup>163</sup> le più urgenti necessità della Religion Cattolica, in oggi sommamente qui afflitta, nè portarmi a Mohilovia, si per avanzarvi ciò qui si omise, e si anche per umiliar a' piedi di S. M. Romano-Cesarea li più vivi ringraziamenti miei alla Clemenza, con cui Essa degnossi permettermi ne' suoi Stati ogni libero esercizio dell'amministratoreale Giurisdizione Metropolitana in spiritualibus.

In tali circostanze prendo libertà di presenter alla Maestà Cesarea miei doveri e voti nell'acclusa, secondo l'annessa copia, supplicando l'Eccellenza Vostra di volergliela benignamente consegnar, e di non riputar per qualche inconvenienza o arroganza ciò ne' seguenti articoli, con tutta la fedeltà, ed integrità, sono costretto d'esperle, acciò Ella possa meglio comprendere, e con più si-

---

<sup>163</sup> Catharina II, quae anno 1779 Russiam Albam visitavit et Polociae etiam aliquantulum commorata est.

curtà informare la Maestà Cesarea, in quali difficoltà e pericoli si ritrova qui la mia Religione Catolica, di cui S. M. C. è sommo Protettore in tutto il mondo, e specialmente in queste Parti.

1° L'Imperatrice Russa, <sup>164</sup> mia Sovrana Clem.a, nell'atto d'impossessarsi della Russia Bianca, con suo Manifesto pubblicamente dichiarò, di lasciar a tutti questi Catolici la loro Religione, Disciplina e Possessione.

2° La medesima Sovrana nel Trattato colla Polonia ultimamente stipulato, s'assicurò per l'eterno mantenimento della Catolica Religione utriusque Ritus *in statu quo*.

3° Il Vescovo di Plescovia e quello di Mohilovia, in barba de' tanti cardinali, cominciarono opprimere il Catholicismo pubblicando ed anche eseguendo gl'ordini severissimi, perchè i matrimoni misti, previa la sponsione in iscritto, colla futura sua Prole, in tutto e per tutto spettar dovessero ai Parochi non uniti.

4° Avvisato sù di tali assurdi il Rè di Polonia, <sup>165</sup> s'ingegnò di muovere questa Sovrana a far ordinare, che debbasi in tutto ciò procedere secondo il Trattato ultimamente concluso colla Polonia, di cui anche l'Articolo, riguardo a tali materie, ordinò di pubblicare.

5° L'Augustissima poi Regio-Apostolica Cesarea Maestà, <sup>166</sup> con sommo zelo scrisse all'Imperatrice Russa, non solamente per l'indennità di questi Catolici utriusque Ritus, ma eziando per l'istituzione d'un altro Vescovo per ogni Rito Catolico, attesa la moltitudine del Popolo, e l'estension del Paese.

6° Fu da Pietroburgo pulitissimamente risposto alla Corte di Vienna, ma al Principe Lichtestein Ministro di Essa si rispose con qualche acerbità, contro gli Nunzii Apostolici e colla positiva negativa sulla duplicazione de Vescovi.

7° Ed in fatti, morto che fù nell'anno 1778 l'Arcivescovo Greco-Catolico di Smolensk, da cento, e più anni costantemente solito mantenersi nell'Abbazia d'Onufrey sotto Mscislavia, non ebbi fortuna di impetrargli l'ulterior successore, di maniera tale, che in oggi si deplora l'estinzione di quel Catolico Greco Arcivescovado.

8° Spesse volte pregai il S.r Maresciallo Czerniszeff, perchè si degnasse di spuntarmi dalla Sovrana formal permesso di erigere quì il Seminario Diocesano, e la suffragania; mai potetti conseguirne manco risposta.

*De Provisione Ecclesiae Leopoliensis et de difficultatibus obortis pro Petro Bilanskyj, Nominato.*

APF, *Scrilt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 145-146.

Copia di lettera di Monsignor Smogorzewski, a Monsignor Nunzio.

Vedrà V. E. il tenor della nomina Leopolitana,<sup>185</sup> stesa sino alla Chiesa di Camenec, quantunque questa esista sotto il Dominio Polacco, ed ammirerà la franchezza austriaca nel risolvere li Dubbi proposti in Vienna, se il nominato di Leopoli debba professar li Voti Monastici, o almeno implorarne l'apostolica dispensa.

L'Abbate Zoltowski, Ufficiale Ruteno di Leopoli, mi rese qui la lettera del sudetto nominato colle autentiche Carte, secondo le annesse copie. *Domanda*,

---

<sup>185</sup> Nominatio Petri Bilanskyj, Episcopi Leopoliensis (1780). Primus sacerdos dioecesanus nominatus in Episcopum, contra praescripta Synodi Zamostianae (1720), sine ingressu in Religionem Basilianam et sine dispensatione apostolica.

che io deleghi qualcheduno per consecrarlo, e chiaramente mi dice, che il nominato more latino utetur Rocchetto, e non vorrà servirsi del Cappuccio nequidem in functionibus ecclesiasticis.

Domani quest'Emissario parte meco di qua, e m'accompagnerà sino a Torokania,<sup>186</sup> da dove risponderò al suddetto nominato, che prima dovrassi formar il solito Processo, e poi si procederà alla Consagrazione senza delegazione, perchè io desiderarei portarmi anche a Leopoli (:se la salute, ed il tempo mi permetterà:) per così meglio assicurar li dritti Metropolitici, preservatimi dalla Corte Cesarea, e per abbozzarmi con quel Governatore pro casu, che nella formazione del Processo si trovasse qualche canonico (f. 145v) ostacolo alla Persona del Nominato. Frattanto supplico V. E. di darmi tutti li lumi opportuni colla prima Posta sotto la coperta del R. P. Wazynski, perche io sappia rispondere al Nominato, e guardarsi dal non contravenire ne alle leggi ecclesiastiche, ne alle risoluzioni Cesaree concepite risolutamente. Pazienza finalmente, che la Chiesa Rutena per la prima volta vedrà un de suoi Pastori vestito da Prelato secolare extra functiones ecclesiasticas, ma in his converrebbe vederlo vestito da Vescovo Greco, e quindi col Cappuccio, come parte non già dell'abito monastico, ma bensì degli ornamenti ecclesiastici del Vescovo Greco; <sup>187</sup> almeno in questa maniera si darebbe minor scandalo ai vicini Disuniti, viventi nel Dominio Austriaco, Russo, e Turco.

Non serve più lottare con una Corte molto risoluta, e più cocciuta, ne convien più esporre al ludibrio le leggi canoniche, e l'autorità Apostolica, io piango su cotali circostanze, ma volendo resistere alle risoluzioni Cesaree farei sì, che il sudetto nominato si jarebbe consecrare da qualche Metropolitanano (f. 146) non di Russia.

Per fine bacio a V. E. le mani. Devotissimo, obligatissimo, ed umilissimo Servitore

GIASONE, A.P.M.R. Amministratore

Novogrodek, 27 Luglio 1780.

## 119-121.

Novogrodek, 28 . VII . 1780.

*De negotio provisionis Eparchiae Leopoliensis: status causae et documenta allegata, Gubernii et Nominati.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 150-152v.

<sup>186</sup> Torokanie, oppidum in Pidlasia, monasterium Basilianorum, et sedes Protoarchimandritae. In hoc monasterio convocatum fuit Capitulum Generale an. 1780, diebus VII. - usque ad IX. Cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954.

<sup>187</sup> Mos hic invaluit in Oriente, quia fere semper monachi promovebantur ad Sedes episcopales, ob defectum idoneorum sacerdotum saecularium, qui fere omnes matrimonio iuncti erant, secundum morem Ecclesiarum Orientalium. Non agitur proinde de quadam impositione et suprematia monachali, sed de simplici necessitate.



Excerptum ex Litteris Excell.mi Electi Metropolitan  
de die 28 Julii 1780.

R.ndo Domino Lewinski.

Die hesterna habui consolationem invenire hic Dominum Zoltowski, Cancellarium Cathedr., et Officiale Leopoliens., cujus ex manibus accepi Litteras R.mi Domini Bielanski cum authenticis copiis emanatae in Personam ipsius pro Episcopatu Leopoliens. nominationis; *et cum separata Caesareae Viennensis Aulae resolutione, ut a me consecretur absque Professione Religiosa, et absque Dispensatione Apostolica.* Dictus Praelatus crastina die mecum hinc ulterius proficiscetur, atque Torokaniis accipiet meum responsum, in quo exprimam, quod prius oportebit solitum rite conficere Processum, ac deinde rite procedere ad Consecrationem, hanc vero, absque Delegatione desiderata, volo *ipset met perficere*, etiam Leopoli, si tempus, et valetudo permiserint. *Quoniam vero praememorata resolutio sub oculis Apostolici Viennae Ministri, idque post longas disputationes emanavit, tum non erit mei muneris quaerere de Professione, de dispensatione etc., verum effectuare id, quod jam illic est decisum.* Nam ad quid jam prodesset circa Consecrationem disputare? Faveat Dominatio Vestra ea omnia Excell.mo Domino Nuntio (f. 150v) repraesentare, de eiusque sensu prima Posta me Torokaniis certiore facere.

\* \* \*

(f. 151) Gubernator Leopoliensis significat Domino Petro Bielanski, ab Aula Caesarea nominatum esse ipsum pro Episcopatu Leopoliensi 20 Novem. 1779.

Adm.Rnde Domine. — Summo Decreto Aulico 30 Octobris anno currenti dato intimatum Caesareo Regio huic Gubernio fuit, Sacratissimam Majestatem Admodum R.ndam Dominationem Vestram ad vacantem Leopoliens. Ritus Graeco-Catholici Episcopatum elementissime nominare dignatam fuisse. — Cujus ego benignissimae Resolutionis Admodum R.ndam Dominationem Vestram pro sua notitia certiore facio, singulari cum existimatione perseverans. — Leopoli 20 Novembris 1779. Admodum R.ndae D. Vestrae obligatissimus Servus — Josephus Comes Brigido — Admodum R.ndo Domino Petro Bielanski, Canonico Episcopatus Leopoliens. R.G.C. — Praesentem Copiam cum suo mihi exhibitio orig. de verbo ad verbum concordare testor. Leopoli 25 Junii 1780. Franciscus de Paula Helss, Caes.-Reg. Guber. Registrator (L.S.).

\* \* \*

Nominatio Caesareo Regia D. Bielanski pro Leopoliens. Episcopatu, edita 24 Januarii 1780.

Nos Maria Theresia, Dei etc. Significamus praesentibus literis nostris universis, et singulis, quorum interest, quod cum Nobis innotuerit R.ndum in Christo Patrem Leonem Szeptycki, Archiepiscopum Kijoviensem, ac Metropolitanum totius Russiae, Episcopum Leopoliens., Haliciens. et Camenecensem, die 24 Maii anni praeteriti 1779 obiisse, ideoque per eius obitum Episcopatum



Leopoliensem, Halicien. et Camenecen. ritus Graeco-Catholici vacare; et cum simul animo voveremus optime nobis perspectas venerabilis Petri Bielanski, <sup>138</sup> Presbyteri saecularis, nec non titulati Canonici, et (f. 151v) Custodis Ecclesiae Cathedralis Leopoliensis. S. Georgii Ritus Graeco-Catholici virtutes, pietatem, vitae integritatem, morum probitatem, parem Episcopo in promovenda Sancta Unione, et cultu Divino dexteritatem, ac in rebus Ecclesiae Dei agendis fervorem, doctrinam spiritualem S. Ecclesiae Orientis unitae, diligentem animarum curam, et gloriae Divinae zelum, eidem Episcopatum Leopoliensem. Halicien., et Camenecen. actu vacantem, et ad dispositionem nostram devolutum dare, et conferre duxerimus, uti praesentibus literis vi juris nostri Regii Patronatus elementissime damus, et conferimus; vigore quarum praefatus Venerabilis Petrus Bielanski dictum Episcopatum cum omnibus bonis, villis, praediis, agris, pratis, eorum fructibus, et pertinentiis nec non cum jurisdictione spirituali super Ecclesias, Decanos, Parochos, et universum Clerum, ac Confraternitates eiusdem Ritus Graeco-Catholici ita, sicut antecedanei eius de jure tenebant, et possidebant, ipse tenebit et possidebit ad vitae suae tempora. Dantes eidem plenam potestatem juxta Leges Canonicas omnes causas spirituales judicandi, regimen universi, maioris, et minoris Cleri habendi, et Officium Episcopale exercendi, ac eo utendi. Promittentes id de nobis, et de Serenissimis Successoribus nostris quod praedictum venerabilem Petrum Bielanski, Presbyterum (f. 152) saecularem, et Canonicum titulum Cathedralis Ecclesiae Leopoliensis. S. Georgii in huius Episcopatus Leopoliensis, Halicien., et Camenecen., jurisdictione spirituali, et in possessione bonorum ad eundem Episcopatum spectantium, in quorum administrationem, et usum fructum eundem mediante Gubernio nostro Regnorum Galiciae et Lodomeriae intromitti elementissime mandavimus, plene conservabimus, nec cuiquam potestatem de his aliquid alienandi dabimus, quod et Serenissimi Successores nostri facient. Quod omnibus cuiuscumque status, et conditionis hominibus Regnorum nostrorum Galiciae, et Lodomeriae, et Dioecesanis Ritus Graeco-Catholici Leopoliensibus, Haliciensibus, et Camenecensibus ad notitiam deducendo, volumus, et mandamus, ut praefatum Venerab. Petrum Bielanski, quam primum consecratus fuerit, pro vero, et proprio Episcopo Leopoliensi, Halicien. et Camenecen. habeant; ipsum quoque uti sinant, nec auctoritatem eius vel minime impediant et secus non faciant sub iactura gratiae nostrae. In quorum fidem praesentes Litteras manu nostra subscripsimus, et sigillum nostrum Caesareo-Regium, ac Archiducale apprimi iussimus. Quae dabantur in Civitate nostra Viennae 24 Januarii A.D. 1780. — Regnorum nostrorum 40. — Maria Theresia (L.S.) Thadeus Barva Reischacz — Leopold. Gaspar Comes a Claris et Aldringen. — Henricus Comes a Bulmeger, etc. — Praesentem Copiam cum suo mihi exhibito originali de verbo ad verbum concordare testor. Leopoli, 25 Junii 1780. Franciscus de Paula Helss. etc.

---

<sup>138</sup> Episcopus Leopopolitanus ann. 1780-1798. Cfr. *Indicem nominum et rerum*.

\* \* \*

(f. 152v) Resolutio Aulae Caesareo-Regiae, quod D. Nominatus Leopoliensis, pro sui Consecratione ad Metropolitanam recurrat, vota religiosa non emitat, nec dispensationem Romanam quaerat; 9 Junii 1780.

Ill.me ac R.me Domine. — Summo Decreto aulico 27 Maii anni currentis dato, intimatum Caesareo-Regio huic Gubernio fuit, Sacratissimam Majestatem ad praestitam ab hinc humillimam relationem, super Dubia intuitu religiosorum votorum ab Ill.ma ac R.ma D.ne Vestra ante consecrationem edendorum, aut dispensationis eatenus impetrandae a Pontificia Nunciatura mota, clementissime praecipere dignatam fuisse, ut Ill.ma et R.ma Dominatio Vestra *pro consecratione se consueto more directe ad R.mum Metropolitanam convertat, et si is praeviam Ord. Religiosi Professionem, aut Papalem eatenus dispensationem exigeret, secus vero eidem consecrationem recusaret, id illico mediante Caesareo-Regio hoc Gubernio Summae Aulae indigitet.*<sup>189</sup> Quamobrem Ill.mam ac R.mam Dominationem Vestram de summa hac resolutione Sacratissimae Majestatis eum in finem certiore facio, ut eandem a R.mo Metropolita Consecrationem indilate petat, et si idem consecrationem non aliter nisi praevia emissa professione monastica, aut impetrata dispensatione Pontificia, impertiri vellet, id ipsum huic Gubernio sine omni mora, pro praestanda ad Sacratissimam Majestatem relatione, referat. Quod si vero petitioni assentiret, eam peractam Consecrationem huic Gubernio quamprimum indicabit, ut respectu Investiturae Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae in temporalia opportuna dispositiones fieri queant. Solita cum existimatione persevero, Ill.mae et R.mae D. Vestrae obligatissimus Servus — Josephus Comes Brigido — Leopoli, 9 Iuni 1780.

Ill.mo ac R.mo D.no Petro Bielanski, nominato Episcopo Leopoliensis. Praesentem Copiam cum suo originali etc. Franciscus de Paula Helss. Caesar. Reg. Guber. Registrator, etc.

## 122.

*Torokanie, 4 . VIII . 1780.*

*Nominato Leopoliensi, Petro Bielansksj, de processu et de consecratione.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 112.

Traductio Literarum Excell.mi Nominati Metropolitanani ad Ill.mum Bielanski, Nominatum Aep.pum Leopoliensis de die 4 Augusti 1780, Torokaniis.

Ill.me et Rev.me D.ne Patrone Col.me!

Ex munere Metropolitanico proficiscens pro Capitulo Generali PP. Basi-

---

<sup>189</sup> Iam clare patet etiam ex hoc documento s. d. Josephinismus, cuius auctor fuit Josephus II, S. R. Imperii Imperator (1780-1790). Ingerentiae gubernii civilis in res ecclesiasticas hoc tempore excreverunt usque ad confiscationem bonorum ecclesiasticorum, suppressionem monasteriorum, « regium placet » et inhibitionem recurrendi Romam, etc.

lianorum habui satisfactionem recipiendi in itinere Literas D.nationis Vestrae Ill.mae de die 29 Junii cum Annexis, ex manibus Perillis D.ni Zoltowski, Cancellarii Cathedralis et Officialis Leopoliensis, qui die 25 elapsi prope Novogrodecum me invenit ad huncque locum die antehesterna una mecum pervenit, ubi ipsum non retinendo breviter D.nationi Vestrae Ill.mae respondeo, atque nominationem Resolutionemque Aulae Viennensis ipsi ex corde gratulor certificando, quod statim ac ex sequentibus sessionibus intelligam, quando Capitulum terminari poterit, illico significabo ei quando, et ubi ad solitum procedam processum, qui iuxta Ecclesiasticas Constitutiones omnino praecedere debet Consecrationem. Ad absolvendas vero has solemnitates desidero egometipse in Persona mea procedere (f. 112v) eo libentius, quo ardentius volo monarchicam sacrae Caesareo Regiae Majestatis adimplere voluntatem, omnibusque Ejus mandatis semper, et ubivis fidelem praestare obedientiam. Si tempus Ante-Commitiale permetteret, non mihi displiceret etiam Leopolim accedere fine melius inserviendi Dominationi V.rae Ill.mae atque debitae Excelso Caesareo Regio Gubernio Submissionis exhibendae. Tempestive itaque desidero a D.tione V.ra Ill.ma certificari de necessitate Literarum Passus pro me a Gubernio Caesareo. Persisto in infinita addictione, etc.

## 123.

(Varsavia), . . . VIII . 1780.

*Metropolita Nuntio de variis negotiis et de audientia apud Regem.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 114.

Casa, li (sic?) Ag.o 1780.

Ieri sera degnossi il Re di farmi leggere l'Articolo della lettera di Pietroburgo, nella quale il Sig.r Deboli gli dice: 1° — Che nell'affar Polocense vi si opera fortemente in mio vantaggio, ma che sarà difficile di smuovere l'Imperatrice dalla determinazione contro di me presa ex instinctu del Maresciallo Czerniszeff. 2° — Che ciò non ostante, non ancora vi si dispera per me. 3° — Che il punto d'onor dell'Imperatrice non le permetteva di far pregiudicare all'Arcivescovado degl'Uniti. Per ordine del mio Re questa mattina andarò alla Corte, forse vi sentirò qualche nuova circostanza, doppo che il Re si sarà abboccato coll'Ambasciador Russo, ed in tal caso ne renderò informata l'Eccellenza V.ra, a cui baccio le mani, e supplico d'assicurar il degnissimo Patrone del luogo della venerazione ed obbligazione che professo a tutta di lui Famiglia benefica.

## 124.

(Varsavia), 17 . VIII . 1780.

*Metropolita Nuntio de variis negotiis: Provisio Eccl. Polocensis, lamentelae contra Episcopum Luceoriensem, divisio Ordinis Basiliani in Provincias.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 371.

Casa, li 17 Ag.o 1780.

Nell'atto di montar il mio Calesse riuovo a V. E. i miei pienissimi rispetti.

Il Re, doppo essersi abboccato coll'Ambasciador Russo, mi chiamò nel suo Gabinetto, e mi disse di nulla aver da lui sentito di nuovo.

V. E. si compiaccia d'abboccarsi con S. M. sopra la mia lettera al Papa, e sopra l'amministrazion Polocense: Non vorrei poi trovarmi spogliato della mia giurisdizione Polocen. in Polonia.

Ho riferito al Re, quanto la nobiltà di Volinia si lamenta contro Monsig.r Stecki,<sup>190</sup> e per ordine suo lascio per S. M. un ricordo di tal miseria al Sig.r Abbate Lewinski da mostrarsi poi a V. E.

Le divisioni delle provincie tanto è necessaria, quanto può esser necessario il mantenimento de' Monaci nella Russia Bianca; poichè altramente vi resterebbero di Monasteri affatto abbandonati et V. E. si contenti di provvedervi co' suoi savissimi consigli, non atteso il Rescritto Romano, periculum in mora.

Baccio li piedi a V. E. — GIASONE S.

## 125.

*Torokaina, 18. VIII. 1780.*

*Instructio Metropolitae data suo Concistorio Polocensi in defensionem iurium Ecclesiae et Metropoliae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 14, fol. 177-178.

Resolutiones, quas Archi-Episcopus Polocensis Consistorii Polocensis Officialibus terrefactis misit secreto e Torokanie,

7 Augusti, v.s., novi styli 18.

Rev.mis ad Cathedram Polocensem Iudicibus Consistorialibus sequentia communicantur, et ad possibilem executionem suggeruntur e Capitulari loco 7-18 Augusti 1780.

1<sup>o</sup>. Praepotentiae cedendum est absque detrimento Fidei Sanctae Catholicae, offesioneque Potestatis Dominantis.

2<sup>o</sup>. Consistorium procedere debet juxta Mandatum, ac ad omnes Actus Consistoriales addendum est ly « *Auctoritate nobis competenti* », de qua juxta suum velle quilibet arbitretur, dummodo Consistorium bona conscientia, valideque operetur, ad quem finem praesentibus transfundo in ipsum totam meam potestatem, Apostolicamve expediam Varsavia, quo hodie propero.

3<sup>o</sup>. Publicatio injuncta debet omnino, et absque mora sequi, dummodo juxta sequentem, ac diu hic consideratam formulam: « *Ex Mandato Celsissimi Comitis de Czerniseff ad notitiam deducitur, Dioecesim nostram Polocensem, juxta tenorem Mandati, Pastore suo nunc carere, ac a Suprema Serenissimae*

---

<sup>190</sup> Cyprianus Steckyj, Episcopus Luceoriensis (1778-1782).

Imperatricis Dominae nostrae Clementissimae eundem expectari debere; quare pro (f. 177v) faciliiori Spiritualium in eadem Dioecesi administratione, Generale pro interim Consistorium hic est constitutum ». Hujusmodi expressiones nihil praejudicant Consistorio, nihil derogant Vicario neque tranquillitatem Cleri, et populi perturbare queunt (non oberit suppressere publicationem velocitate recitationis, et obscuritate vocis).

4<sup>o</sup>. Sigillo utendum est Abbatiali praxi antiquiori, si vero hic usus non succederet, utendum Aquila cum inscriptione Consistoriali, more Mohiloviensi, *licet iniquo*.

5<sup>o</sup>. Destinentur Rohaczoviam, et Mscislaviam Iudices surrogati, quia fortassis id intenditur, ut avocatis illinc Judicibus Disunio illis in Oris facilius suum incrementum capiat.

6<sup>o</sup>. Pater Milanowski discessit pro Capitulo cum scitu Vicarii, et Gubernatoris, et insuper, praevia Guberniali permissione, Superiori Polocensi, cum ei subjectis, concessa. Post Capitulum redibit, ac onus sibi impositum feret propter Deum; sed Capitulum, omnes Constitutiones Regulares examinans, ad aliquot Septimanas protrahi debet.

7<sup>o</sup> Juramentum an modernos respicit Monachos an vero futuros post Mandatum requiritur Declaratio Vicarii, quia h'c, juxta desiderium Vicarii, acturi sumus de exdivisione (f. 178) Provinciae Albae Russiae, ac de Ordinatione Personarum, quae in ea libentius velint degere.

8<sup>o</sup>. In mandato expressum quod Parochianorum desiderium respectu Parochi Uniti debeat attendi. Si vero Parochiani cremato, precibus, vel minis inclinati supplicabunt pro Parocho non Unito, num Tractatus, et *status quo* non violabuntur eo ipso, quidque Uniti hoc in Casu agere debebunt, interrogandus est Vicarius in scriptis.

9<sup>o</sup>. *Chi dà tempo, dà vita* in modernis calamitatibus, difficiliore materiae differendae sunt praetextuose, jam ex ratione ignorantiae, jam metus erroris, jam novitatis, jam quaerendo consilium Resolutionemque, ac interea divina Providentia juvabit.

10<sup>o</sup>. Pro consolatione notum facio, quod Aula Regia Poloniae novissime nos commendavit Petropoli.

Oro, atque obtestor, ut tam in his punctis, quam in aliis Consistorii materiis confidenter consulatur sapiens, et zeli plenus Judex Obcompalski, qui non decipiet, sed recte consulet, atque adjutorio Domini Swolynski in bonum secure utetur. D. Bielikowicz in regimine meorum bonorum non impediatur, ad familiarem autem curam in Praediis Cordone Russico (f. 178v) comprehensis, ut a Consistorio legitimentur Dispositores rogo.

Per Deum immortalem obsecro, ut qualibet Posta de omnibus punctatim relationem fidelem habeam, Posta inquam Polonica, sub directione Domini Naborowski Vilnam, unde secure ubique literas recipiam.

Oro Deum, et vos Fratres Charissimi, Ipse sua gratia adjuvet pro manutentione Fidei Sanctae, et meae Innocentiae.

Quae noctu cito potuerunt mihi in mentem venire, ea scripsi, vobisque mitto in secreto strictissimo pro usu, juxta opportunitatem, et prudentiam.



## 126.

. . ., 27 . VIII . 1780.

*De excessibus Episcopi Luceoriensis et de modo providendi.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 120.

Excellmus D.nus Administrator Metropoliae D.no Archidiacono Lewinski.

Ill.mus Ep.pus Luceoriensis Stecki exorbitat in Regimine spirituali, atque variis extorsionibus vocat in opprobrium totam Hierarchiam meam, contra se vero excitavit Palatinatum Volhyniae, cujus delegationem ad me hic in Torokanie expeditam mitto Dominationi Vestrae fine communicandi eandem Serenissimo Regi supplicationem, quatenus S.a Regia Majestas commendare dignetur Ill.mo D.no Olizar, Dapifero Regni, ut quemadmodum promovit dictum Episcopum immeritum, sic corrigat delinquentem; nollem etenim procedere ad ejusmodi correctionem ex munere mihi concredito a Deo, et a Monarcha meo, connivere autem et dissimulare rapinas, nec honestas, nec conscientia mihi permittent.

JASON, A. P. Administr. Metrop.

27 Augus. 1780.

## 127.

*Varsavia, 30 . VIII . 1780.**Expetit facultatem procedendi ad consecrationem Nominati Leopoliensis, ut periculis et incommodis obviare possit.*APF, *Scrutt. rif. nei Congressi, Moscovia, Polonia e Ruteni*, dal 1780-1782, vol. 14, f. 163.

E.me et R.me D.ne, P.rone Col.me.

Cum Religione omnino impediatur, quominus, contra majorum usus, probatasque a S. Sede Ap.lica Ecclesiae Ruthenae Leges, R.mum D.num Petrum Bielanski, Presbiterum saecularem, Caesareo-Regiae et Ap.licae Ma.tis Diplomate Leopoliensis Ecclesiae designatum Antistitem, Ep.alibus inaugurem Saeris, idcirco, ne aliqua culpa me obstringam, Ecclesiae autem Ruthenae pacem quoque modo perturbem, Iura autem ac disciplinam Ecclesiae ejusdem, et praecipue Constitutiones Synodi Zamosciensis intactas praeservem, supplex Em.tiam V.ram oro, ut benignissimam a Summo Ecclesiae Christi Pastore concessionem mihi impetrare dignetur, quo valeam, salvo officio atque conscientia, munus Ep.lis Consecrationis dicto R.mo Bielanski elargiri, tametsi is, juxta praeaudati Synodi Praescriptum, nec Monachus sit, nec Vota emiserit Monastica. Quam gratiam a re Ecclesiae Ruthenae futuram nullus dubito, polliceorque me ipsam maximi beneficii loco habiturum; interim summa veneratione maximoque animi culto permaneo

E.mae ac R.mae D.nis V.rae

Varsavia, 30 Agosto 1780.

E.mus Card.s Praef. S. Congr. de P. F.<sup>191</sup><sup>191</sup> Leonardus Antonelli, Praefectus S. C. de Prop. Fide (1780-1795).



## 128.

Varsavia, 30 . VIII . 1780.

*Dimittit in manus Pontificis Ecclesiam Polocensem, ad quam reverti prohibetur a Gubernio Moscoviae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 121.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 14, fol. 357.

Beatissime Pater, Domine Clementissime.

Ut primum, pro gerenda vacantis in Russia Metropoliæ Administratione a Sanctitatis Vestrae Benignitate mihi commissa, e finibus Rossiaci Imperij egressus fui, et in Poloniam me contuli, Aulae Petropolitanae Ministri, Regulas Ecclesiae Catholicae forsân parum callentes, illico putarunt me, per discessum e Dioecesi mea Polocensi, perque subinde sequutam tenuitatis meae electionem in totius Russiae Metropolitam, Cathedrae Polocensi renunciâsse. Hinc Imperialis in Alba Russia Vicarius, Comes de Czerniszew, mihi ad Dioecesim meam reverso significavit, Ecclesiam Polocensem non amplius a me, vel ab iis tribus Ecclesiasticis Viris, quos ego discedens interinae Dioeceseos Curae praefeceram, regendam fore. Quum vero Capitulum Generale Ordinis S. Basilii Magni, cui non poteram quin non Metropoliæ Administrator praesiderem, me iterum in Poloniam revocaverit, praelaudatus Vicarius post meum Polocia egressum, eisdem tribus Ecclesiasticis Viris litteras dedit, cum expresso mandato, ut Polociam absque mora convenientes novum Consistorium<sup>192</sup> pro regimine Unitorum constituerent, et Dioecesim Polocensem in spiritualibus ac temporalibus administrarent, usque ad inaugurationem novi Pastoris, quem modo ibidem non exstare declaravit, et ubique id publicari cepit. In tali rerum tempestate, quantum mihi e longinquo licuit, studui et ipsorum conscientias, et Dioecesis meae gubernio consulere; omnes enim ordinarias facultates meas, easque solum, quas Auctoritate Ap.lica delegare (f. 121v) poteram, in eosdem tres Ecclesiasticos Viros provide, libenterque contuli. Ne vero Ecclesia Polocensis, cujus regimen a me geri Aula Petropolitana non amplius sinit, diu eos habeat Rectores, qui, Episcopali carentes Characterè, singulis numerosi Gregis necessitatibus providere nequeunt, nihil magis optandum esse arbitror, quam ut in Cathedra Polocensi novus Archiepiscopus citissime mihi subrogetur. Quocirca ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, Ecclesiam Polocensem in manus ipsius sponte ac libere dimitto, ita ut postquam Sanctitas Vestra hujusmodi renunciationem acceptaverit, meque a vinculo eiusdem Ecclesiae liberum fecerit, novus Pastor rite praefigi valeat. Interim vero Sanctitatis V.rae pedes exosculor, et Ap.licam Benedictionem ardentissime expostulo, perpetua manens fidelitate.

Beatitudinis Vestrae humillimus Servitor et obsq.us Filius

JASON SMOGORZEWSKI, Archiep.us Polocen., Metropoliæ Administrat.

<sup>192</sup> Revera per quatuor annos archieparchia Polocensis regebatur a s.d. Consistorio, cui praefuit Heraclius Lisowskyj, simul cum aliis duobus PP. A. Kiryatt, et J. Milanowskyj.

## 129-131.

*Torokanie, 5 . LX . 1780.**De negotio Ecclesiae Polocensis, de provisione Ecclesiae Leopoliensis, de Capitulo Basilianorum Torokanensi.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, fol. 237.Ecce.ll.za R.ma.<sup>193</sup>

Finalmente anche a me scrive l'Imperial Vicario della Russia Bianca, in conformità di ciò ordinò alle Concistoriali suoi di Polock, siccome ne farò al l'Ecce.ll.za V.ra tenere coll'Ordinario venturo la copia latina; intanto ella consideri, se la logica del Vicario non sia strana, mentre asserisce e sostiene, che l'Arcivescovado di Polock vaca post D.m Ryllo? il quale mai ne fu in possesso. Pensi già Iddio di quel mio greggie violentemente privato del suo legittimo Pastore, ed aiuti le cure, quali si fanno in Pietroburgo dal mio Emissario, Ciambellan Bielikowicz, secondo li riscontri, che mandai da Bresta al Sig.r Abbate Lewinski, per comunicarle a S. M. ed a V. E.

Ieri pervenne quà l'Emissario del nominato di Leopoli, e mi portò gl'Originali dell'annesse copie, A. B., a cui rispondo, secondo il foglio cotrasegnato, C. Ho procurato in questa Risposta convincerlo dell'impossibilità di consacrarlo prima della Dieta, e prima dell'Inverno, e frattanto V. E. procurerà di farmi presto capitare la dispensa connota, perchè non vorrei, che il nominato si risolvesse di venir a Varsavia, per attaccarmi in tempo della Dieta. So da buona parte, che il Principe Adamo Czartoryski trovandosi frescamente in Leopoli (sic!) loggiò in casa del nominato, e tenne diversi discorsi seco lui intorno alla Consegrazione. Or V. E. si compiaccia di conferir con questo Principe, per traspirare cosa veramente circa la consegrazione pensi il nominato, ed anche il Governo.

Il presente Capitolo, pieno di specolazioni, voglia Iddio possa terminare fra due settimane,<sup>194</sup> non ostanti puntuali e ben protratte Sessioni prima e doppio pranzo. Son guai di continuamente disputar co' Teologi speculativi, cocciuti e poco aperti.

Nell'atto di terminar la presente, il caso portò, che il precitato Foglio C. sia stato intieramente coll'inchiestro guastato, e la Posta in questo momento parte. Mi emendarò la Settimana ventura, ed oggi domando perdono, baccio le mani a V. E. e con infinita venerazione sono

Di V. E. Rev.ma divot., oblig.mo ed umil.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, A. P. Metropolitan Amministratore.

\* \* \*

*Gubernium Leopoliense dat assecurationem Metropolitanae ut libere sese conferre possit Leopolim ad consecrationem Nominato Leopoliensi impertiendam.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 116.<sup>193</sup> Nuntio Apostolico, Joanni Andreae Archetti.<sup>194</sup> Agitur de Capitulo Torokanensi an. 1780, in quo Ordo Basilianus in quatuor subdivisus est provincias, ob circumstantias politicas.

A. Gubernium Leopoliens. Nominato Leopoliens. Ep.o, 18 Augusti 1780.

Ill.me ac R.me D.ne. — Perjucundum huic Caesareo Regio Gubernio fuit ex communicatione sibi sub data 14 curren. Mensis et in annexo reaclusis Originalibus litteris responsoriis Ill.mi ac R.mi Metropoliae Kioviens. Administratoris intelligere, quod is intuitu Consecrationis nullum obstaculum faciat, verum fine ejusdem ipse huc advenire velle se declaraverit. Quemadmodum hic promptus animus Sacratissimae Majestati simultanee humillime refertur, ita quoque Ill.mae ac R.mae D.nationis V.rae erit in conformitate hujus declarationis determinationem temporis pro Consecratione, quae quamprimum fieri poterit subsequi exoptatur, a R.mo Metropoliae Administratore rite exoptere, eumque certiozem reddere, quod cum attestata Sacratissima Majestas eidem, qua Metropoliae Administratori vigore intimati Gubernialis de datt. 11 Martij cur. an. exercitium Jurisdictionis Spiritualis in his Regnis liberum reliquerit, (f. 166v) nullis Litteris Passualibus indigeat, sed, quin minimum impedimentum metuat, in haec Regna iter facere possit. — Omni cum aestimatione persevero — Ill.mae ac R.mae D.nationis V.rae obligatissimus Servus — Iosephus Comes Brigido — Leopoli, die 18 Augusti 1780. — Ill.mus ac R.mus Petrus Bielanski, Episcopus Nominatus Leopoliensis — Collatum et Originali in omnibus conveniens repertum est. Leopoli, die 26 Augusti 1780 — L. S. — Franciscus de Paula Hess, Caes. Reg. Guber. Registrator.

\* \* \*

*Nominatus Leopoliensis Metropoliae Administratori de necessitate procedendi ad consecrationem, instante Gubernio Leopoliensi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 119.

B. Nominatus Leopoliensis Administratori Metropolitano, 28 Augusti 1780.

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne, Pr.ne Col.me. — Litteras Excellentiae V.rae 4 curren. Torokanie scriptas, 12 vero ejusdem debito cultu receptas, statim penes meum Memoriale Excelso Gubernio, in sequelam ejusdem Dispositionis, praesentavi. Quid autem hocce Gubernium de Excell.a V.ra sentiat, et qualem Viennae fecerit relationem, certe specialem Majestatis respectum conciliaturam, adnexa copia Resolutionis edocere poterit. Id unicum apprime est necessarium, et quod exigit suprema voluntas, ut Excell.a V.a velit accelerare effectum suae promissionis. Cum vero hujus rei notitiam Posta speratam nondum obtinuerim, adnexa Gubernii Resolutione, et certis circumstantiis impulsus, hisce Litteris per iteratum Emissarium humillime supplico pro determinatione temporis, quo Excell.a V.a ad explendas solitas Consecrationis meae ceremonias accedere dignabitur. Optatissimus ad hanc Sedem adventus, quo celerior erit, eo faciliorem nedum V.ae Excellentiae ex loco praebebit occasionem commendandi (f. 119v) suum Pastoratum totamque Hierarchiam Suae Caesareae Majestati nobis Clementissimae, sed etiam et me ipsum reddet felicissimum. Haec scribo, non tam mei emolumentum gratia, (:quod equidem, quo diutius protrahitur, eo majus mihi infert damnum, exinde quod omnes proventus intercalares fisco cedunt:) sed potius optando, ut E.V. tam solempni

actu suam Jurisdictionem in Galicia fundet, Ovibusque hujus Dioeceseos in spiritualibus desideriis summe arctatis solatium afferat, cum quibus Deum exoro, ut E. V. incolumem servando, quam citissime Nobis det Praesentem. Quod enixe et humillime expetendo, cum profundissimo cultu maneo

Excellentiae V.rae humillimus servus

PETRUS BIELANSKI, Administrator Gen.lis a S. Sede Ap.lica  
confirmatus, et Nominatus Episcopus L. H. C.

Leopoli, 28 Augusti 1780.

## 132.

*Torokanie, 6. IX. 1780.*

*Responsio Nominato Leopoliensi de tempore et circumstantiis eiusdem consecrationis, seu de conficiendo Processu et procurandis necessariis documentis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 366.

C. Administrator Metropoliae Nominato E.po Leopoliensi, e Torokaniae, 6. sept. 1780.

Quod non oportuit, nec utile, quinimo damnosum evidenter fuit, factum est, ut Ill.ma V.ra D.natio per consulto expeditum id a me resciret, de quo, pro mea fide sub 4 Augusti sibi data, per Litteras hic erat praemonenda, de praevisto nimirum hujus Capituli termino,<sup>195</sup> de tempore et loco, non modo ad praemittendum Ill.mae suae D.nationis Processum, verum etiam ad accelerandam exoptatam a se consecrationem. Infelices, adversus S.m Religionem in Albae Russiae Regione, per Emissarium huc delatae circumstantiae, adeo me perstrinxerunt, ut in duodecem dierum tractu Varsaviam decurrere debuerim, ibi ope rose auxilium exquirere, atque aliquos ante dies huc ad opus Capituli redire; quod, cum in mei absentia, ad impetratam autem loci Ordinarii Praesentiam, vix alteram Monasticarum Constitutionum partem pertractaverit, bene vero tertiam multum implicatam reliquerit, de sua proinde ad duas hebdomadas saltem prorogatione infallibiliter me certificat; prout heri expediri hinc solita cursoria Suae Dominationi Ill.mae deferre in animum induxeram, ac nunc per suum retro petentem cursorem Illammet, citra omne in hoc dubium, reddo certiore. Atque in isto Officii laborumque meorum concursu, si decem aut duodecem intra dies Leopolim descendere, ibi pro munere Dominationi Suae Ill.mae inservire, ad Comitiorumque ingressum perimentibus S.ae Fidei negotiis itinere magis deteriorato, aetateque ad septimam decadem provecta, mihi Varsaviam transvolare liceret? Liberae totius Leopoli decisioni relinquo; huic ex animo indolens, quod mea (f. 366v) plene Ill.mae suae Dominationi obsequendi promptitudo, ac studium pro utriusque nostrum desiderio, cum ad effectum absque mora deduci non possit, ad ulterius soliusmet Ill.mae suae Dominationis placitum nec non ad alterne Excelsi Gubernii Leopolitani hac de re iudicium, suspendi debeat, si nimirum prudentia suaserit Processus et Con-

<sup>195</sup> Non nobis constat praecise qua die Capitulum finem habuit. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, pag. 27.

secrationis Actum ad securam hyemis viam remittere, aut potius accelerare per Ill.mae Suae Dominationis adventum, circa media comitia, Varsaviam, modo in idoneorum ad Processum testium, requisitorumque ad Consecrationem Episcoporum comitatu. Ut in hoc reprehendar, non mereor, quod de Consecratione antierius non fuerim edoctus, quod Comitia Varsaviensia mox appropinquant, quodque Monasticum Capitulum adeo protenditur, ubi una cum Capitularibus sedulo incumbio, ne quid in Monasticum Codicem irrepit, quod vel remote videatur Monarchico trium Aularum derogare Juri, aut Supremae earundem voluntati, sub quibus Religiosa mea Congregatio sua possidet Monasteria, ad praesens vero antiquiora cum recentioribus, illorum gratia, in unum colligit Statuta, quae futurus Proto-Archimandrita Excelso Gubernio submittere sic arctissimae suae ducet obligationi, quemadmodum specialioris est mihi voti reapse probare praetium et addictionem sincere spirans maneo etc.

## 133.

*Torokanie, 12 . IX . 1780.*

*De negotio provisionis Eparchiae Leopoliensis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, fol. 233.

Eccellenza Rev.ma e Padrone mio Col.mo.<sup>196</sup>

Nelle strettezze del tempo, tutto qui impiegato alle Capitolari Sessioni, brevemente scrivo all'E.llenza V.ra comunicandole ciò risposi al S.r Nominato Bielanski, e ciò riceveti da Pietroburgo dal mio Commissante Ciambellan Bielikowicz, conforme gliene umilierà per parte mia le copie il Sig.r Arcidiacono Lewinski, tutte qui tradotte in latino. Spero che il Governo di Leopoli m'avrà ben scusato sopra la dilazione consagratoria, e frattanto riceveremo da Roma la dispensa connota, il Nominato poi dovrà qualche settimana di più pazientarsi. Bielikowicz opera in Pietroburgo con efficacia, e colla prudenza. Iddio faccia quello gli aggrada, ed io con valore e pazienza aspettarò qualunque esito, restando sicurissimo, che il cielo non abbandonerà la Nostra S. Religione e V.ra E.llenza degnarassi continuarmi la sua padronanza, mentre con pienissima venerazione me le rafferma

Di V.ra E.llenza divot.mo, oblig.mo ed umil.mo servitore

(senza firma)

Torocanie, 1-12 Settembre 1780.

## 134.

*Torokanie, 19 . IX . 1780.*

*De actis Capituli Torokanensis, de provisione Eparchiae Leopoliensis, de praetensionibus Gubernii Moscoviensis et persecutionibus Unitorum, etc.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, foll. 243-244.

<sup>196</sup> Nuntio Apostolico Varsaviensi.



Ecell.za R.ma.<sup>127</sup>

Finalmente jeri fù qui in Protoarchimandrita eletto il P. Giuseppe Morgulec,<sup>128</sup> ebbe 59 voti, contro 24, favoriti al P. Matkowski, Abbate Canioviense, e contro altri 8, qua e la sparsi; il mio poi voto, e quello del P. Bratkowski, Abbate Unioviense non fu necessario. Domani precederà Monasticum murmur, e poi si discenderà all'elezzione dell'ufficio Protoarchimandritale, e del Procurator Generale; finalmente si procederà alle Elezzioni Provinciali, che la Congregation Monastica si è spartita in 4 Province, ciò è in Polacca, Lituania, Galiciense et Albo-Russa, con tutte le cautele, per non transgredire la volontà Sovrana, e per cuoprir li Superiori Monastici con manto della Giurisdizione Vescovile. Si è compiacciuta l'Eccellenza V.ra di benignamente promettermi la sua cura perchè il degnissimo P. Porfirio Wazynski,<sup>129</sup> terminata la funzione del suo Protoarchimandriato, gaudet Pontificalium usu, quousque non ascenderet. Avvalorato dunque io d'una sì alta promessa, assicurato dalla Monastica costituzione fissata supplicare l'Apostolica Sede, ut Ex-Protoarchimandritae habeant Pontificalium usum, e finalmente mosso [anche] dalle urgentissime istanze, preghiere ed anche lagrime di tutti questi Capitolari, non potetti jeri che conservar il P. Ex-Protoarchimandrita in usu Crucis, ad ulteriorem voluntatem E. V. et S. Sedis. Ciò feci ex praesumptione promissi, et facilis gratiae; e sperando che l'E. V. si degnerà d'avvalorarlo per non compromettere un tal mio arbitrio, e per non affliggere beneficante gratitudine de' Capitolari per il suo passato egreggio Superiore. Fra otto o dieci giorni spero di terminar tutte queste faccende, ed istradarmi per codesta Capitale nel migliorato stato di mia salute, e nell'inalterabile desiderio d'inchinar l'E. V.

Nulla ho da Leopoli al presente, quello poi, che d'indi ricevetti anonimamente prima della mia partenza da Polock, umilio all'E. V. sotto B, con schiarimento d'un Capitolare, sub C. Sò che l'anonimità nihil concludit, ma può suggerir l'occasione alla formazione degl'Interrogatorii ad Processum, ed alla curiosità di S. E. Monsignor Nunzio di Vienna, per conoscere, se tali o simili accuse sieno mai pervenute a quella Corte, sieno fatte esaminar in partibus, e sieno riconosciute per non ostanti? Si primum et secundum, fiat; si tertium, sarebbe inutile ogni altra ricerca. O! se la Corte sudetta ordinasse al Governo di Galizia, di raccomandarmi l'indagine sino di tali cose, (f. 243v) non avrei soggezione di formarne Processo con tutti li fiocchi, e trasmetterlo anche alla Corte.

Non è mia colpa, se tardo a rimettere all'E. V. l'Articolo della lettera che da Pietroburgo sotto li 5 Agosto scrisse il Sig.r Deboli a codesto Reggio Gabinetto, ut *sub D.*; non però ritardo l'annessione dell'articolo *E.*, troppo doloroso alla Religion Catolica nell'Imperial Vicariato di Russia bianca, soppresso

<sup>127</sup> Nuntio Apostolico.

<sup>128</sup> Josephus Morgulec, Protoarchimandrita Basilianorum (1780-1786). Obiit anno 1786, durante munere. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 291-292.

<sup>129</sup> Protoarchimandrita ann. 1772-1780, dein Eipsopus Chelmensis (1790-1804).



nella copia a Pietroburgo, comunicata al mio Ciambellan Bielikowich, e scuoperto dalle Copie in questa settimana inviate quà da Polock. La Tolleranza decantata, il sagrato mantenimento dell'ultimo Trattato, e dello Stato quo, non può in veruna maniera conciliarsi con un Articolo sì sanguinoso, e con tanta politica cuoperto, teso poi a spogliar gl'Uniti delle più popolate Parrocchie, nelle circostanze del Pastorato studiosamente sino, Dio sa a quanto, vacante, conforme l'esperienza ne comprova *sub F.*, nel Governo di Mohilovia, violentemente già praticcata contro li Parochi di Plesczyce, Nieczyporowo e Moszonaki. Tutta l'arte del *maligno* sinodo<sup>200</sup> consiste: 1º, nel fomentar il Popolo rozzo colle buone, e colle cattive, colle preghiere, persuasioni, ed *ubbricature, colle esenzioni, e bastonate*; 2º, nel prolongar la nomina del Catolico Pastor, da cui potesse custodirsi, consigliarsi ed anche difendersi quel povero Greggie. Vorrei, che tutto il mondo decidesse, *utrum liceat*, almeno ai particolari, d'immutar « Statum quo »? *Utrum* con una tale mutazione non si vulnera l'ultimo Trattato colla Polonia? La rappresentanza in questo aspetto forse non offenderebbe l'Imperial Maestà, perchè toccarebbe unicamente i particolari; nè comprometterebbe la dignità e *l'amicizia Reggia, perchè potrebbe farsi in conseguenza del zelo, e dolore comiziale*. Basta, V. E. si consiglierà con Iddio pieno di misericordia, e col N.ro Rè, pieno di prudenza, la quale non potrà permettergli, che offenda chi deve temer per se, per la sua Patria, e per la Religion Catolica.

L'ultima lettera del mio Bielikowich, in data del 14-25 Agosto, quanto mi significa da Pietroburgo, leggerà V.E. *sub G.* e dalle precedenti e moderna di lui notizie concluderà, che vi si desidera una Lettera del mio Clementissimo Sovrano, non già per me, ma per il mio Successore nella Chiesa di Polock, tradita, spogliata (f. 244) ed affatto decadente. Supplico l'E.V. di comunicar al Gabinetto Reggio tutte le mie notizie sopra la Russia Bianca, e permettermi, che le riprotesti tutta la mia venerazione ed ubbidienza, con cui inviolabilmente sono

Di V.ra Eccellenza R.ma divot.mo, umill.mo ed oblig.mo Servitore  
 GIASONE, A. di P. ed Amministratore Metropolitano.  
 Torokanie, 8-19 Settembre 1780.

## 135.

*Torokanie, 26 . IX . 1780.*

*De Capitulo Torokanensi, de machinationibus Petroburgensibus in damnum Unionis, de provisionibus in Eparchia Polocensi, de abusibus in Polocia.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, foll. 234-235.

---

<sup>200</sup> Agitur de s. d. « Sancta Synodo » Petroburgensi, i. e. de Collegio ecclesiastico a Petro I, Czar Moscoviae, instituto (1721) in locum Patriarchae Moscoviensis.

Eccel.mo e R.mo Sig.re, Sig.re P.rone Col.mo.<sup>201</sup>

Non ancora finiscono questi Capitolari <sup>202</sup> di tormentarmi in diverse maniere, e fra otto o dieci giorni spero liberarmene, poichè fra 3 giorni avrò 4 Provinciali eletti, tutti di ottima condotta, e quello di Bianca Russia sarà cuoperto savissimamente dal Concistoro Polocense.

In quest'Ordinario quanto ho ricevuto dalla Capitale Russa, fedelmente comunico all'Eccellenza V.ra, supplicandola di farlo palese alla Maestà Reggia, e di unitamente considerare, quanto si opera in Pietroburgo pro e contro l'Union S.a e contro l'esistenza del Catolico Pastore nella Bianca Russia. Anche io credo, che in quella Capitale si furbeggia in danno della S. Unione, ed in elusione dell'ultimo Trattato; poichè s'ignora dal Primo Ministro ciò che si pubblica contro gl'Uniti, e si prepara d'avanzar una si falsa risposta quasi che gl'Uniti non avessero voluto accettar l'offerta Pastore, si somministrano maligni Apostoli per sedurre poveri Uniti or colle buone or colle cattive, nè si permette che gl'illumini, sostenga e governi. Tutto ciò non può leggersi cogl'occhi asciutti nelle annesse fedelmente tradotte Copie, sotto A. B. C. D. Aspetto cum timore et tremore, qual risoluzione quel primo venerabilissimo e giustissimo Ministro darà al Sig.r Deboli, Ministro di Polonia, e poi lietamente, ò con crepacuore dirò: « Sic voluere fiat ». Intanto prego Iddio, perchè la lettera Reggia, cotanto ivi desiderata, ed al buon esito della Divina causa si necessaria, non tardi di pervenirmi.

Il P. Milanowski fra 3 giorni partirà da questo luogo per Polock,<sup>203</sup> ben informato della maniera, con cui quel Concistoro dovrà contenersi nel governo della Diocesi, e della nuova Provincia Monastica. E perchè Dio sà, se e quando vi si costituirà Pastore, e frattanto niuno vi si truova chi potesse benedir i Calici, e conferir gl'Ordini almeno Minori, supplico l'E. V. di ottener per l'Abbate d'Onufrey, Eraclio Lisowski,<sup>204</sup> come primario membro di quel Concistoro, le facultà a ciò opportune dalla benignità di N.ro Sig.re in casu tantae necessitatis.

(f. 234v) Il P. Ex Proto-Archim. Wazynski <sup>205</sup> describe oggi lo stato deplorabile di Polock a Monsig.r Nunzio di Vienna, per mezzo d'uno di que' suoi Religiosi, e gli trasmette quel fatal Editto di Pietroburgo; affine, che ultimamente pervenga a notizia Reggio-Cesarea, e vi faccia comprendere, quanto male alla Religion Catolica abbia partorito la nomina o amministrazione Premisliense,<sup>206</sup> e finalmente smuova quel cuor pietoso a quella almeno per gl'Uniti compassione,

<sup>201</sup> Nuntio Apostolico Varsaviensi.

<sup>202</sup> Littera scripta fuit tempore Capituli Torokanensis (1780), quod inde a mense julio durabat et ob gravissima negotia Ordinis protractum fuit usque ad ultimam hebdomadam mensis septembris.

<sup>203</sup> Erat Pater Capitularis, et revertebatur Polociam, ubi simul cum aliis duobus s. d. Consistorium constituebat, ad regendam dioecesim, post electionem Smogorzewskyj in Metropolitam Kioviensem.

<sup>204</sup> Dein Episcopus Polocensis (1784-1809).

<sup>205</sup> Protoarchimandrita ann. 1772-1780.

<sup>206</sup> Nominatus fuit Maximilianus Rylo, Episcopus Chelmensis (1759-1785), qui dioecesim Peremysliensem obtinuit an. 1785. Obiit an. 1793.

con quale degnossi dismembrar gli Stati della povera innocente Polonia, e permise alle altre quantunque eterodosse Potenze di ugualmente santificarsi.

Leggerà l'E. V. nella copia, sotto C, qualmente subalterni miei senza la saputa mia, e per mero suo zelo verso di me, clandestinamente trasportarono dalla mia Residenza gl'Archivi della Catedrale di Polock, e li mobili propri miei. M'affligge sommamente un tal passo, senza prudenza e necessità premesso; e perchè non pregiudichi nè alla mia riputazione, nè alla quiete de' quelli Domestici miei, come anche alla costanza di quelli Diocesani, o maggiormente irriti il medesimo Vicario Imperiale, penso palesarvi il mio rimprovero di tutta tale faccenda, e protestarmi di farvi tutto l'asportato ritornar e rimetter ne' suoi luoghi, purchè il Governo comandi sostentarne li Custodi; mentre io dubitar posso della Clemente Imperial volontà pubblicamente intimatami, perche restasse alla mia libera disposizione tutto quello è mio proprio, e non spetta all'Eredità Catedrale. Ma prima di far tale passo, imploro il gravissimo Consiglio di V. E., con qualche suggerimento del Real Gabinetto, e mi dicchiaro intanto, che nulla curo di tutto quello, v'è mio proprio, lo darò Iddio per ciò mi ha provisto il mio elementissimo e graziosissimo Sovrano, Gran Stanislao Augusto, che viva ad multos annos.

Più volte ho riletto l'originale dell'annessa copia E.,<sup>207</sup> ma non vaglio decidere, se sia steso ex corde scribentis, aut ex alicuius superioris suggestu; quindi supplico l'E. V. a volermi suggerir ciò sicuramente potrò rispondere all'Estensore, cioè al Sig.r Abbate Zoltowski, Cancelliere Ruteno di Leopoli (f. 235), il quale mi pare servirsi di alcune espressioni non ex privato voto; nè forse sarebbe impossibile il pensier Cesareo di disfarsi di Monsig.r Ryllo, per dar qualche soddisfazione all'irritata Sovrana Russa, ecc.

Volevo ancora qualche cosa di più scrivere all'E. V., ma il mio Servitore alle 4 ore dopo mezza notte porta via dal tavolino le candele, ed appena mi permette di terminar la presente colla dichiarazione dell'infinita venerazione senza la quale nè sono nè mai sarò

Di V.ra Eccellenza divot.mo, obligat.mo ed umil.mo Servitore

GIASONE, A. di Polock, ed Ammin.e Metrop. di Russia

Torocanie, 15-26 Settembre 1780.

## 136.

(Polocia), ... IX . 1780.

*Memoriale Smogorzewskij in negotio provisionis Archieparchiae Polocensis, post promotionem eiusdem ad Sedem Metropolitanam. Historia, status facti et iuris.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 123-124.

Memoriale Administratoris Metropolitanam Comiti Patemkin per Cameraarium Bielikowicz Petropoli Mense Septembri porrectum 1780. *Ex Rossiaco.*

Cum circumstantiae negotium anteacti Archi-Episcopi Polocensis concer-

---

<sup>207</sup> Agitur de instantiis Nominati Leopoliensis et Gubernatoris Galiciae de consecratione Petri Bielanskyj.

nentes Praelaudatissimo Rossiae Imperatorio Ministerio majori ex parte sint delatae, ab Ill.mo Comite de Stackielberg, qui omnino non praetermisit communicare iura Serenissimi Poloniarum Regis super Archi-Episcopatu Polocensi, ideo supramemorato Praesuli non deest animus, hocce Memoriali expetere ab Imperatorio Ministerio, ut eum suscipiat in suam Protectionem, proponatque suae Imperatoriae Majestati motiva eundem excitantia ad continuandam curam super designando ei ad praeteritam Dioecesim successore.

Fidutia, quae promiserat Archi-Episcopo manutationem Jurisdictionis Archi-Episcopalis Polocensis, junctim cum sibi commissae Poloniae Metropolia, penitus videtur jam praesecta exinde, quod oblatum Cel.mo Comiti Czerniszew Memoriale illius, ubi etiam super Coadjutoris deputatione facta fuerat mentio, emanavit S.mae Imperatoriae Maiestatis Resolutio, haec in substantia: Quoniam Archi-Episcopus translatus est ad aliam Dioecesim extra limites Imperii existentem, proinde S.ma Majestas supreme demandavit, ne ille Praelatus immisceat se Regimini Dioecesis Polocensis; locum autem Archi-Episcopatus, ad futuram Archi-Episcopi designationem, pro vacuo declaravit. Hujusmodi Dispositio, etsi animum Archi-Episcopi impleat sensibiliore amaritudine, non tamen dispensat ab onere eandem exequendi cum profundissima veneratione, nihilominus audet exponere rationes sui maeroris, praecipue: asuetudinem ad Regionem contractam ex diuturna ibidem cohabitatione, dulcedinem legum Catharinae II, feliciter Imperantis, et denique continuum pro rite instituendo Clero viginti annorum laborem, et pro decore loci erecta de latere cocto aedificia, hortos, quae omnia afficerent maximo eum solatio, si gravatus senectute, certis temporibus, valeret invigilare praemissae Dioecesi, regimenque simul habere, tam in Metropolia sibi Poloniae concredita, quam et in antea sua Dioecesi, si illa ad vitae tempora ei committeretur. Cum autem suae Imperatoriae (f. 123v) Majestati non placuerit inclinari ad profundissimas praeces, quibus ille desiderabat conservari penes omnem ibi dispositionem, idcirco earundem praecum rejectionem debito silentio sustinens, protestatur se nomen Catharinae II in alio etiam Dominio continuo praedicaturum, proindeque non audens jam sperare, ut mandatum suae Imperatoriae Majestatis possit ex integro revocari, supplicat, quatenus Ss.mae Imperatoriae Majestati exponantur saltem circumstantiae, quae absque sufficienti elucidatione per conscientiam subticere nequit.

Catholica enim Religio suis obligat legibus, ut unusquisque Episcopus circa consecrationem obstringatur jurejurando, quod concreditam sibi Dioecesim non nisi morte sit dimissurus, nec ad aliam ascendere possit, priusquam designatum sibi videret successorem, cui illam consignet.

Exinde Archi-Episcopus Smogorzewski obligatus accedere ad pedes Ss.mae Imperatoriae Majestatis, humillime et ferventissime supplicat, ut ad Polocensem Archi-Episcopatum determinatum habeat successorem cum, a praestito juramento liberatam non habens conscientiam, continuas pateretur ejusdem afflictiones, quasi de perjurio, aut potius de negligentia in applicandis curis pro adimplenda sua obligatione. Ex hujusmodi ergo motivis, et ut liberetur ab omni perturbatione animi, compulsus se esse exstimat praenominatus Archi-



Episcopus ad enixe implorandam designationem successoris Archi-Episcopatus Polocensi. Verum eequidem est, quod, ad instantiam Ss.mi Poloniarum Regis Imperatoria Majestas dignata fuit ad hanc Dioecesim nominare D.num Ryllo, ast evenit, quod in ipso Recommendationis tractu, ille, quem voluere, ut eligeretur, ob incertitudinem, obtinebitne Archi-Episcopatum? ille prius accepit existentem in Dominio Augustissimae Imperatricis Reginae Episcopatum Premysliensem, qui cum opulentior atque Archi-Episcopatus Polocensi sit commodior, ideo forsitan haec unica circumstantia excusare posset Episcopum Ryllo, quod eundem Episcopatum postulavit (f. 124). Si itaque eo ipso tempore quo supplicatum erat ut Polocensis Archi-Dioecesis committeretur Episcopo Ryllo, non potest imputari ipsi pro crimine, quod, in tractu ejusmodi negotii, successit tam inopinatus eventus, eo minus Metropolitanus Smogorzewski pro causa tanti eventus reputari nequit, neque proinde improbari.

Noscit ille non sui muneris esse indigitare, quem potentissima Imperatrix in ejus locum subrogaret, innuere tamen audet, quod cum sit omnium suorum Ecclesiasticorum Superior, justissime potest subministrare, atque significare, quis ipsorum, et ad quale munus sit aptus; quare suggerit Proto-Archimandritam Wazynski,<sup>208</sup> Virum pietate, ingenio, extraneorum Regionum notione, ac doctrina illustrem, qui cum universali gloria Monasticae Basilianorum Congregationi spatio jam octennali praesidet; Frater quoque, ac caeteri ejus cognati sua in Albae Russiae Guberniis habent Domicilia.

Ad extremum Metropolitanus Smogorzewski id etiam humillime exponit, quod noviter institutum Consistorium pro expediendis ecclesiasticis Unitorum negotiis non potest juxta Catholicas Regulas plurimis se ingerere, exinde quod Archi-Episcopali dumtaxat careat potestate, proptereaque hujus loci Ecclesiae ac Populus remaneret sine ordine, qui eo magis crescet, quo diutius novi ad Polocensem Dioecesim Archi-Episcopi designatio protrahetur.

Omnes eae circumstantiae compellunt Metropolitanum Smogorzewski implorare Excell.mum Imperatorium Ministerium, ut, praevia matura hujus negotii perpensione, exponere illud Imperatoriae Majestati velit, sitque certum, quod hujusmodi supplicationis suae effectum pro nova reputabit gratia et hujus memoriam ad vitae tempora debita colet gratitudine, etc.

## 137.

Varsavia, 28 . X . 1780.

*Metropolitanus Nuntio Viennensi de Nominato Leopoliensi, Petro Bielanskyj.*

APF, *Scrutt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 259rv.

Copia di lettera di Mgr. Smogorzewski Metropolitanato di Russia, a Mgr. Nuntio in Vienna.<sup>209</sup> *Da Varsavia 28 Ottobre 1780.*

Ho scritto più volte al Signor Abbate Bielanski,<sup>210</sup> Nominato di Leopoli,

<sup>208</sup> Porphyrius Wazynskyj tandem nominatus fuit Episcopus Chelmensis an. 1790.

<sup>209</sup> Josepho Garampi, Nuntio Viennensi (1776-1785), antea Varsaviensi (1772-1776).

<sup>210</sup> Petrus Bielanskyj, Episcopus Leopopolitanus (1780-1798).

chiaramente spiegandogli di già molto provvedersi alla felicità del Clero Secolare, se per mezzo o della Professione monastica, o dell'Apostolica Dispensa egli restasse promosso alla dignità Vescovile, quantunque sino ad ora da' soli Monaci goduta. Ciò non ostante mi rispose il suddetto Nominato totalmente contrario a queste mie insinuazioni, allegando di non poter disubbidire ai Sovrani Ordini di S.M., anzi poco dopo m'inviò diverse Carte in autentico del Governo di Leopoli, nelle quali espressamente si legge, che l'Imperiale Corte, non ostanti tutte le rappresentanze di V.E., ordinò al Nominato di ricorrere al suo Metropolitanato per la Consecrazione, anzi darle subito parte, qualora io volessi preventivamente da lui esigere o la Professione Monastica, o l'Apostolica Dispensa.

Viste sì determinate risoluzioni dell'Imperiale Corte, strinsi le spalle, compiansi le novità alquanto pericolose, e lo stato ben deplorabile della Gerarchia Ruteno-Cattolica; costretto poi dalla pura ed inevitabile necessità, presi finalmente la determinazione (dissimulando per allora l'objezione) di eccitare il Nominato alla previa dovuta informazion del solito Canonico Processo, in cui dovrà esaminarsi l'esaminabile; ed allora si vedrà quanto sia stato o sia per determinarsi dalla S. Sede e dall'Augustissima Imperiale Corte. Scrivo nulladimeno oggi al Nominato, acciò per evitar ogni contrarietà nel Processo, si procuri anche per mezzo mio l'apostolica dispensa, e viva sicuro d'ottenerla senza veruna difficoltà, del che comunicherò la Copia a V.E. coll'ordinario venturo. Faceia però Iddio, che voglia egli senza qualche comando Imperiale capirvi la convenienza, la verità e la necessità.

## 138.

28 . X . 1780.

*Sententia et opinio Metropolitanæ de causa Leopoliensi, seu provisionis Ecclesiæ in persona Petri Bielanskyj.*

APF, *Scrutt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 237rv.

Lettera di Monsignor Eletto Metropolitanato a Monsignor Nunzio di Vienna.

Se si compiacerà V.E. di riveder ciò ebbi l'onore di risponderle sino dai 20 Settembre 1773, vi troverà le seguenti mie parole: « Adeoque Saeculares ad Episcopalem dignitatem cum Apostolica dispensatione promoveri posse ». In conformità di tal sentimento scrissi più volte al Signor Abate Bielanski, Nominato di Leopoli, spiegandogli chiaramente già molto provvedersi alla felicità del Clero Secolare se per mezzo o della Professione Monastica, o dell'Apostolica dispensa egli restasse promosso alla dignità Vescovile, quantunque sino ad ora costantemente da soli Monaci goduta. *Ciò non ostante mi rispose il detto Nominato totalmente rigettando queste mie insinuazioni, ed allegò di non poter contravenire ai Sovrani mandati di Sua Maestà Regio-Cesarea; anzi poco dopo m'inviò diverse copie in autentico dell'Imperial Governo di Leopoli, ne' quali espressamente si legge che l'Imperial Corte non ostanti tutte le rappresentanze di V.E. ordinò al Nominato di ricorrere da me per la sua Consegrazione, e dar subito parte ad essa, qualora io volessi preventivamente esigere da lui o la professione Monastica, o*



l'Apostolica Dispensa. Or da una parte considerando si infruttuose, quantunque validissime rappresentanze di V.E., e dall'altra parte vedendo si determinate le risoluzioni dell'Imperial Corte, strinsi le spalle, compiansi le novità molto pericolose, e lo stato deplorabile della Gerarchia Rutena, costretto poi dalla pura, e inevitabile necessità presi finalmente la determinazione dissimulando per (f. 237v) allora l'obbiezione di eccitarlo alla previa dovuta formazione del solito Canonico processo, in cui si esaminerà l'esaminabile, e quindi si vedrà, quanto sia stato, o sarà veramente determinato e dall'Imperial Corte, e dalla S. Sede Apostolica. Si degni benignamente V.E. da tutto ciò rilevare, se io spiri qualche sentimento contro le leggi Canoniche, contro le regole della prudenza, o per fine voglia disubbidire all'Imperial volere, dapoichè le premure Apostoliche non ebbero sino ad ora alcun successo per sospenderlo, modificarlo, o rimuoverlo. Scrivo nulladimeno oggi al suddetto Nominato, acciò per evitare ogni contrarietà nel Processo si procuri l'Apostolica Dispensa, e resti sicuro d'ottenerla senza minima difficoltà; ma faccia Iddio che voglia egli senza qualche paroletta Imperiale capir la verità, la convenienza, e la necessità. Tanto per oggi mi occorre di rispondere al gentilissimo foglio favoritomi da V.E. in data de 4 corrente, e bacian-dole la S. mano con profondissima venerazione sono, etc.

## 139-140.

Varsavia, 2. XI. 1780.

*Metropolitanus Nominato Leopoliensi in memoriam revocat necessitatem faciendi Processum canonicum de idoneitate et de praerequisitis ad hunc Processum expedite perficiendum, praesertim quoad professionem religiosam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 237v-238 et 321.

ASV, *Nuntiatura di Varsavia*, vol. 145, fol. 130rv, 133v.

*Copia: Metropolitanus Administratori D. Bielanski, Nominato Leopoliensi, 2 nov. 1780.*

Muneris, et conscientiae vinculo respondens, Ill.mae, et R.mae D. Vestrae clare, nec semel ipsi exposueram Canonici processus me coram praemittendi necessitatem, priusquam ejus Consecratio sequeretur; atque hoc fine me Leopolim promisi venturum, hodie autem maxime indoleo, quod ex causa pessimi ante Januarium itineris, stare promissis nequeam. Non magis mihi quam D. Vestrae Ill.mae antiquissimas Ecclesiae nostrae consuetudines ac leges innotescere scio; quorum vestigiis procedendo, utique deberet (f. 238) ipsa in suo Processu coram me deducere propria requisita; inter haec autem occurreret certo non levis immo peropportuna circumstantia docendi de Monastica Professione, aut saltem de ejusdem solutione. In tempore itaque Ill.mam D.V. amice praevenio, quod deficiente una aut altera ex his probatione, coactus et ipsi, et Excelso isthic Gubernio Imperiali non sine modestia exponerem obstacula inde promanata; matura tamen Ill.mae D.V. prudentia aequae ac summa Dominantis in Gallicia Dicasterii justitia permaxime fretus, dubitare haud possum, quin haec legibus ecclesiasticis me advertendo constrictum, sollicitè curet liberum fieri legitimo nempe aut Monasticae Professionis, aut Dispensationis

Apostolicae documento. Profiteor me semper esse ac fore pleno cultu. — Ill.mae ac R.mae D.V. add.mus, et obseq.mus Servitor. — Jason, Archiepiscopus Polocen. Metrop. t. R Administr.

Varsavia, 2 Nov. 1780.

\* \* \*

Gubernium Leopoltanum Nominato Leopoliensi, 30 Sept. 1780.

Praesentatum die 19 Octobris 1780. — Ill.me, ac R.me D.ne. Intellexi ex literis 19 praesentis mensis ad me datis, rationes a R.mo Administratore Metropoliae expositas, ob quas ille pro danda Ill.mae, ac R.mae D.V. Consecratione ad haec Regna venire praepeditur. Verum cum necessarium sit, ut consecratio ejusdem quantocius acceleretur, proinde Ill.ma, ac R.ma D.V. ad removendas omnes ultiores ambages et impedimenta, R.mum Metropoliae Administratorem requiret, ut attentis circumstantiis, quae ejusdem prius adpromissum adventum non permittunt, ex proximioribus Ritus Graeco-Catholici Episcopis aliquem ad hac functionem (f. 238v) quamprimum delegare velit. De cujus rei effectu, pro facienda ad Sacratissimam Majestatem relatione, ulteriorem expectans notitiam, solita cum aestimatione persevero. — Ill.mae ac R.mae D.V. obblig.mus Servus. — Leopoli, die 30 Septembris 1780. JOSEPHUS COMES BRIGIDO

## 141.

Varsavia, 4 . XI . 1780.

*In negotio consecrationis Nominati Leopoliensis, Petri Bielanskyj.*

APF, *Scrutt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 14, fol. 259v.

Altra del medesimo <sup>211</sup> da Varsavia, 4 novembre 1780.

Ciò che ai 28 cadente promisi a V.E. R.ma, colla presente adempisco, umiliandole l'annessa copia di quanto già scrissi al Nominato di Leopoli, da cui mentre jeri l'altro ricevei l'inaspettata insinuazione del Governo di Leopoli, colla successiva Istanza del Nominato, piuttosto *per la delegazione del Consecratore, che per la mia gita a quelle parti*, esito ancora cosa dovrò rispondere ad una sì delicata improvisata; nulladimeno creder posso essersi di già da maligni eccitato contro di me qualche sospetto, poichè nell'annessa evidentemente si deroga ai miei titoli, si schiva la mia personale servitù, e sino le mie giustissime ragioni chiamansi con brutte espressioni « Ulteriores ambages ». Non mancherò di partecipare all'E.V. quanto si risolverà da me per la risposta al suddetto Nominato, etc.

## 142.

(. . . .), 1 . XII . 1780.

*Nuntiat de adventu Abbatis Odyniec, olim Soc. Jesu.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 389r.

1. Xm.re 1780.

È arrivato quà l'Abbate Odyniec nipote di Monsig. Siestrzencewicz; que-

<sup>211</sup> Nuntio Viennensi, Josepho Garampi.

sto Milordino, essendo sgesuitato, ed impestato di perfida politica, merita d'esser trattato colla più scrupolosa avvedutezza, ed essere sentito in iscritto. Non mancarò di aprir all'E.V. il mio sentimento quallora fossi domandato sopra tutte le particolarità del sudetto Abbate.

Baccio le mani. — J. (Iasone?)

## 143.

Varsavia, ... XII . 1780.

*De morte Mariae Theresiae, de periculis Unitorum in Imperio Rossiaco.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, foll. 238-240.

Eccellenza Reverendissima.<sup>212</sup>

Sinceramente compiangio l'immatura morte dell'Imperatrice Santissima de Romani, e specialissima Protettrice de' Catolici Greci;<sup>213</sup> non perciò disperar voglio ch'essa, co' suoi grandissimi anche nel Cielo meriti, non sia per difendere [il] poveri miei Uniti gravemente nella Russia Bianca perseguitati, secondo le testimonianze dell'annesso Ristretto. L'Augustissimo Cesare, universale supremo difensor della Religior: Catolica, quall'ora fosse informato di tal persecuzione non mai aspettata, anzi coll'ultimo questo Trattato formalmente vietata, provvederebbe ottimi rimedij a farla subito cessare, e ne riuscirebbe facilmente in Pietroburgo con due sole paroline del suo Trattato « *In statu quo* ». Dalle mie precedenti non men che dall'annesso Foglio ben vedrà l'Eccell.za Vostra l'estremo pericolo della nostra S. Religione nel Cordon Russo, e da se stesso retta-mente concluderà, periculum in mora; quindi presso l'Augustissimo Protettor potrà farvi quelli passi, le saranno dal catolico zelo, e dalla propria prudenza suggeriti; io poi non tralascierò pregar Iddio, che ajuti V. E. nell'intrapresa sì opportuna e sì santa, ed insieme consoli sommamente l'afflitto Pastorato e Personale mio. Resto costantemente e con somma venerazione

Di Vostra Eccellenza Rev.ma divot.mo, obligat.mo e umil.mo servitore  
GIASONE SMOGORZEWSKI, Arciv.o di Polock - Amministratore,  
nominato Metropolitanò Russiae.

Varsavia, Dicembre 1780.

S. E. Monsig.r Nunzio Apostolico, Vienna.

## 144.

(Varsavia), 28 . XII . 1780.

*Respondit Episcopo Volodimiriensi de Capitulis cathedralibus, a quorum erectione Episcopus dispensari petebat.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 583-4.

<sup>212</sup> Josepho Garampi, Nuntio Viennensi (1776-1785).

<sup>213</sup> Tunc temporis in Austria in usum venit nominandi omnes catholicos ritus orientalis - graecos. Hic revera agitur de s. d. Ruthenis, qui multa beneficia obtinuerunt temporibus Mariae Theresiae (1765-1780).

Articulus Literarum Ill.mi D.ni Mlocki,<sup>214</sup> Vladimiriensis Ep.pi, de die 5<sup>o</sup> X.bris 1780, ad Excell.mum Jasonem Smogorzewski, Metropolitanum Totius Russiae

Imploro gratiam Excellentiae Suae quatenus ipsa, uti, et tamquam Caput Hierarchie Nostrae, eoque ipso amans tranquillitatis internae, me a vi Fundatorum novo-praetensorum Capitulorum protegere dignetur, nam, nec ego Capitulis, nec Capitula mihi placere possent, quoties necessario erigenda forent.

\* \* \*

Articulus Responsoriar. Excell.mi D.ni Jasonis Smogorzewski, Metropolitae totius Russiae, de die 28 X.bris 1780, Ill.mo D.no Mlocki, Ep.po Vlodimiriensi.

Invocat D.natio V.ra Ill.ma meum pro se auxilium, fine sistendi noti Capituli licet pridem praemeditati atque desiderati quinimo erecti, sed haud est quod D.natio V.ra Illr.ma ne quidem exaudire ad finem voluerit meum hac super re Consilium. Coniicio non esse ei notum Aulae hujus nostrae, atque Romanae intentum, ut Ecclesiae Cathedrales Capitulis ornentur assecuranturque ac Episcopales iniuridicos Actus nomine Capituli etiam more antiquo convalidentur. Saera enim (f. 583v) Nuntiatura jam offensa est ob retardatam consulto Resolutionem, quam jam in vanum fortasse praestolatur. Aula haec Nostra in Congregationis Torokanensis Responso per me sibi porrecto jussit adnotari pro Memoria haec praecisa: — Ad 4m: l'on pourroit avertir le Superieurs Basiliens de respecter les Ordres de Rome et de la Cour qui sont qu'aupres des Eveques resident les Pretres en qualite d'Auditeurs Vicaires etc. et non pas des Moins et qu'ils ne s'opposent plus aux Fondations des Chapitres pour le Clergè. — Minister vero ejusdem Aulae nostrae apud Sedem Apl.cam absque ceremoniis praemonet his verbis: — Spiacemi, che Monsignor Vescovo di Vlodimira continua a mostrarsi tuttor contrario all'affar del Capitolo... forse Monsignor Mlodowski<sup>215</sup> si crederà obligato anco per riguardo alla propria auctorità e dignità, di non resistere alla congiunta loro Auctorità perche preveder potrebbe, che in tal caso potria non esser impossibile l'ottenere dall'Auctorità della S. Sede l'intento, anco a fronte della di lui ripugnanza. — Cum itaque D.natio (f. 584) V.ra Ill.ma has notitias voluerit debite considerare, facile ipsamet absque meo consilio videbit indispensabilem necessitatem accelerationi negotii concludendae erectionis apud se Capituli, non expectando pendens Mandatum, nam et ipsaemet Potentiae libenter id faciunt ad quid praevident se vi aliena adigendos. Quod ad me spectat, cogito medio Jan. iter arripere in Ukrainam, ubi pro certo Cathedricam Pensionem disponam in decus et utilitatem Cleri saecularis. Video enim quod hoc modo occurram ulterioribus Saecularium rumoribus de Episcoporum Parochorumve praetensis extorsionibus. Praecor Ill.mae D.nationi Vestrae sincere quia absque meo privato negotio jam vero providendo ejus famae et tranquillitati offero ipsi mea obsequia in Bonum Ecclesiae S.ae et in argumentum debitae aestimationis, cum qua manens me subscribo, etc.

<sup>214</sup> Simeon Mlockyj, Episcopus Volodimiriensis inde ab an. 1778.

<sup>215</sup> Antoninus Mlodovskyj, Coadiutor Volodimiriensis (1764-1778), et ipse Episcopus (1778).

## 145-154.

(Varsavia), 13 . I . 1781.

*Nuntio Apostolico de Nominato Leopoliensi, de protectione Uitorum, cum allegato elencho praecedentium scripturarum in materia, in quibus de negotio Leopoliensi actum fuit.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 133-136.

Copia di lettera di Mons. Metropolitanano a Mons.r Garampi, Nunzio in Vienna.<sup>216</sup>

Prevenuto dall'E. V. sotto gli 11 dello scaduto Dicembre subito mi misi all'erta, aspettando d'essere interrogato da questo Cesareo Ministro sopra le connote circostanze dell'Abbate Bielanski. Ma ciò non essendo da questa parte seguito, ne successa dall'altra coll'interpellazione del Governo di Galizia, a cui risposi Giovedì scorso colla comunicazione delle precedenti mie dichiarazioni sopra la necessità del preventivo Processo, e quindi sopra l'inevitabile bisogno della Profession Monastica o l'Apostolica Dispensa, conformi vedrà V. E. negli annessi fogli. Non voglio poi dubitare, che tali mie ragioni non siano bastanti e per convincere il suddetto Governo sulla giustizia del mio operato e per iscolpar le mie Lettere dalla contraddizione ingiustamente obietata.

Sarei sicuro, che S. Maestà Cesarea facilmente si degnerebbe proteggere la Religion Catolica si afflitta nel Cordon Russo, qualora vedesse ciò da Polock sotto li 6 Giugno io segretamente comunicai al suo Ministro Conte Cobelentz. Nulla di buono in oggi sentesi dalla Bianca Russia a riserva delle Missioni Scismatiche alquanto rallentate, e meno violente. Nell'Ucraina poi spero di efficacemente avviare alle apostasie suscitatevi da un certo Eusebio, vescovo Greco, o Moldavo, il quale nei contorni di Camenec, spettante alla Cesarea Diocesi di Leopoli, e nel Palatinato di Breslavia,<sup>217</sup> parte della mia Metropolia, temerariamente pastoreggia, e malignamente quel povero popolo seduce.

Finirà però egli ben presto l'usurpata giurisdizione con esser cacciato dalle Frontiere di questo Regno in sequela dell'ordine regio già dato alle Truppe esistenti in quelle parti.

(f. 133v) Tanto m'occorre di significare in oggi all'E. V. ed augurandole col nuovo anno tutte le prosperità, riverentissimamente sono

Di V. E. dev.mo, obl.mo ed umil.mo Servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arcivescovo di Polock,  
Amministratore, e nominato Metropolitanano di Russia.

Varsavia 13 Gennaro 1781.

P.S. Stando a letto, per causa di raffreddore, non scrivo a V. E. di proprio pugno, ne dimando perdono, ecc.

<sup>216</sup> Ann. 1776-1785. Antea Varsaviensis (1772-1776).

<sup>217</sup> Palatinatus Braclaviensis, in Ucraina, in Podolia.



\* \* \*

Administrator Metropolitanus Russiae nominato Leopoliensi,<sup>218</sup> 4 Augusti 1780 (f. 133).

Ill.me etc. ... Significabo quo tempore, et ubi ad consuetum accedam Processum, qui iuxta Ecelesiasticas Regulas omnino procedere debet, etc.

\* \* \*

Idem, Eidem, 6 Septembris 1780. (f. 133v).<sup>219</sup>

Ill.me etc. ... Non solum ad praeve instituendum Canonicum Processum, verum etiam ad accelerandam eius consecrationem, si prudentia suaserit actum processus et consecrationis ad certum hyemale iter suspendere, etc.

\* \* \*

Idem, Eidem, 2 Novembris 1780 (f. 133v).<sup>220</sup>

Ill.me etc. — Muneris et conscientiae vinculo respondens Ill.mae, ac Rev.mae Dominationis Vestrae clare nec semel ipsi exposueram Canonici Processus me coram praemittendi necessitudinem, prius quam eius Consecratio sequeretur, atque hoc fine me Leopolim promisi venturum, hodie autem maxime indoleo, quod ex causa pessimi ante Januarium itineris stare promissis nequeam. Non magis mihi, quam Dominationi Vestrae Ill.mae antiquissimas Ecclesiae nostrae consuetudines, ac leges innotescere scio, quorum vestigiis procedendo, utique deberet ipsa in suo Processu coram me deducere propria requisita: inter haec autem occurrerat certo non levis imo opportuna circumstantia docendi de Monastica Professione, aut saltem (f. 134) de eiusdem solutione. In tempore itaque Ill.mam Dominationem Vestram amice praevenio, quod deficiente una aut altera ex his probatione, coactus, et ipsi et Excelso isthic Gubernio imperiali non sine modestia exponerem obstacula inde promanata, matura tamen Ill.mae Dominationis Vestrae prudentia aequae ac summa Dominantis in Gallicia Dicasterii justitia permaxime fretus, dubitare haud possum quin haec legibus ecclesiasticis, me advertendo constrictum, sollicite curet liberum fieri legitimo, nempe aut Monasticae Professionis aut Dispensationis Apostolicae documento. Profiteor me semper esse ac fore pleno cultu.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae addictus servitor, etc..

\* \* \*

Idem, Eidem, 30 Novembris 1780 f. (134).<sup>221</sup>

Ill.mae etc. — Cum meas de 2 praesentis litteras responso Ill.mae, ac

---

<sup>218</sup> Petro Bielanskyj (1780-1798).

<sup>219</sup> Petro Bielanskyj.

<sup>220</sup> Smogorzewskyj Petro Bielanskyj.

<sup>221</sup> Smogorzewskyj Petro Bielanskyj, Nominato Leopoliensi (1780-1798).



Rev. mae Dominationis Vestrae hucusque carere videam, nec illud motivo consuetae ad Dominantem Potestatem Relationis, haud statim obtinere sperem, profecto nondum scio, quorsum hyemale iter meum directene in Ukrainam, vel prius Leopolim dirigere debeam? ubi non reperto Professionis Religiosae vel Dispensationis Apostolicae documento, nec habita auctoritate id praemitendi, quod una cum Christi Religione ad nostram Hierarchiam est introductum, consuetudine unquam interrupta custodiam, ac denique Synodo nationali confirmatum,<sup>222</sup> possem me Canonicum perficere Processum, aut ad exoptatam Rev. mae Dominationis Vestrae consecrationem descendere? omnium viventium relinquo decisioni. Mirandum tamen mihi est summopere ipsam, etsi omnibus litteris meis de necessitate processus praemonitam, ast nec minimam istius rei quaestionem vel saltem mentionem in suis responsionibus mihi fecisse; propterea videbaris, Rev. me Domine, aut necessitatem ejusmodi documenti ignorare, aut sibi quodammodo blandiri, forsitan existimando voce vel ea ne scire, quae spectat ad processum, vel posse in iis (f. 134) quoque dispensari, quae meam excedunt potestatem. Ut vero ejusmodi sensus fallaciam in tempore everterem, nec Leopolim frustra pergerem, aut quosvis ibidem angustiis prestringerem, praedictam necessitatem tempestive Dominationi Vestrae exposui, atque hodie confirmo, quamvis ipsa ex libro processuum apud se herente, absque mea insinuatione, scire debeat universa quae, et qualiter ad Canonicum Processum praesertim in tanta rerum apud Nos novitate, parata habere teneretur. Ad removendas itaque ultiores hac in re difficultates adhuc remanet satis commodum, ut Rev. ma Dominatio Vestra aut statim declarata voluntate profitendi vota monastica, aut illico praemissa ad Urbem efficaci cura, Apostolicam Dispensationem per 20 sive 30 proximi Ianuarii recipiat, simulque certa sit mei eodem tempore Leopolim adventus, imo habita statim ejusmodi declarationis, aut sic praemissi ad Urbem recursus notitia, tutius praefigerem mei de hoc loco abscessus diem, vel delegationem ultimis Rev. mae Dominationis Vestrae litteris exoptem, quae tamen ultra auctoritatem Officio meo competentem nequiret ipsius negotio prodesse. Frustra denique hac super re quispiam adversus me conqueritur, simulque graviter mea gesta, sub nomine « Ambages » laedit. Cogor praeterea Dominationi Vestrae significare, quod elapsis diebus receperim Viennae missum liberculum ab alumno Graeco, Domino Szczawniczki, ex Natalis Alexandri Historia graeca compendiose descriptum, et S. Regio-Caesariae Apostolicae Maiestati D. N. C. dicatum, ubi si, absque praeventione, sequentia perpendantur fol. 4 verba: « Nequissimus Gregorius (Siracusanus) Barda patrocinate... irregulari facto Conventu depositum dixit Ignatium, et Photium Patriarcham renunciavit, inauguravitque sex dierum spatio (f. 135) ad omnes Ordinum gradus ipsum promovendo, prima die scilicet Monachum, altera Lectorem, tertia Subdiaconum, quarta Diaconum, quinta Praesbyterum, sexta Episcopum ordinans », facile sibi Rev. ma Dominatio Vestra inferet antiquitatem praefigendi Episcopalibus Graecorum Sedibus solos

<sup>222</sup> Synodus Zamostiana an. 1720.

Monachos, sed non unius diei aut momenti professos, unde saecularis clerus noster satis in praesentiarum felix censeri debet, cum ad vacantes Episcopatus ab Aula Caesarea nominari, et a Sede Apostolica dispensari promeruerint. Ah! tales incolimus oras, ubi quam maxime invigilandum est, ne vel minima Ecclesiae, Hierarchiae, consuetudinis, aut Ritus immutatione vicinos Schismaticos scandalizemus, sicque eosdem fortiores reddamus, nosmet autem ipsos magis infirmemus, et fere evertamus. Ultra necessitatem et hic expono et Sanctae Nuntiaturae Viennensi similiter justifico hos sensus meos, verae tamen sinceritatis non excedo limites, effectibus autem probare cupio, qua proensione, et cultu firmiter permaneam, etc.

\* \* \*

Idem Nuntio Apostolico Viennensi, 29 Novem. 1780 (f. 135v).<sup>223</sup>

Questa lettera in questo luogo si comunica al Governo di Leopoli, e qui non si copia, perchè l'originale esiste nelle mani di S. E. Mons. Nunzio di Vienna, mio Padrone, etc.

\* \* \*

Comes de Brigido, Gubernator Galliciensis, Administratori Metropoliae Russiae, 17 Novem. 1780. Leopoli (f. 135rv).

Ill.me, ac Rev.me Domine. — Quemadmodum Rev.mus Bielanski, Episcopus Nominatus Leopoliensis, mandante Augustissima Caesareo-Regia Majestate, abhinc die 9 Junii huius anni invitatus fuit, ut pro impetranda consecratione ad Ill.mam, ac Rev.mam Dominationem Vestram recurrat, et obtinendum desuper responsum, sine praestando relationis ad Sacratissimam Majestatem, huic Caesareo Regio Gubernio porrigat, ita is, acceptas ab Ill.ma, ac Rev.ma Dominatione Vestra primas litteras, atque in huius consequentiam recentiores quoque 2<sup>a</sup> Novembris anni currentis (f. 135) Varsaviae exaratas mihi communicavit. Extraneum profecto mihi accidit hujus ultimae Epistolae tenorem, cum prioribus, illa maxime sub dato 4 Augusti hujus anni scripta, combinans manifestam adeo prorsusque inexpectatam contradictionem conspiciere. Nulla in prioribus de Religiosa Professione, aut dispensatione mentio fit, nihilque, nisi prompti animi obsequia offerentur, nunc repente obmoventur difficultates, et Professionis Religiosae, aut legitimae Dispensationis praetenditur necessitas; quamobrem cum priores illae Epistolae Sacratissimae Majestati, quae juxta litteras intimatorias meas de 11<sup>a</sup> Martii anni currentis in has Provincias jurisdictionem Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestrae clementissime permittere dignata est, submissae iam sint, uti etiam postremae de 2<sup>o</sup> mensis praesentis attestatae Suae Majestati submittuntur, Ill.mae, ac Rev.mae Dominationi Vestrae manifestam illam litterarum ejusdem contradictionem ma-

---

<sup>223</sup> Litterae Jasonis Smogorzewskyj. Adnotatio refertur ad Petrum Bielanskyj, cui destinata est haec expeditio litterarum.

turius considerandam proponere, et celerem hac in re declarationem petere necessitor, quae hujus contradictionis causa sit, ut illam Augustissimae Majestati in consequentiam jam praestitae Relationis humillime substernere possim. Omni cum aestimatione persevero — Ill.mae, ac Rev.mae Dominationis Vestrae Obsequiosissimus servus — JOSEPHUS COMES BRIGIDO — Leopoli, 17 Novem. 1780 anno.

\* \* \*

Idem D. Gubernator eidem Administratori, 17 Novem. 1780. Leopoli. — Super Basilianorum negotiis (f. 135v-136).

Ill.me etc. — Ex litteris Ill.mae, ac Rev.mae Dominationis Vestrae 6<sup>a</sup> Octobris anni huius ad me datis, ea omnia, quae Ordinem Patrum Basilianorum respiciunt, quaeque mihi a Rev.mo Proto-Archimandrita<sup>224</sup> hic Leopoli praesente oretenus explicata fuere, intellexi, ut haec omnia Sacratissimae Majestati humillime referre non intermitto, cujus altissima resolutio expectanda est. Praevie tamen commemorandum habeo, permitti haud posse ut Monasterium Buczacense,<sup>225</sup> utpote intra Regnorum istorum limites situm, a Provincia Galliciana excindatur, et Lithuaniae extraneae attribuat. Ceterum, quod ad Statuta<sup>226</sup> in Capitulo (f.136) Ordinis Basilianorum Torokaniis celebrato confecta attinet, Ill.ma, ac Rev.ma Dominatio Vestra ipsa percipiet vim legis pro his Regnis tandiu habere non posse, donec illa a Sacratissima Majestate confirmata fuerint, quare Statuta ista Caesareo Regio huic Gubernio porrigenda erunt, ut praevia eorum examinatione Summae Aulae pro approbatione, et confirmatione submitti quaeant... Caeterum omni cum aestimatione persevero — JOSEPH COMES BRIGIDO — Leopoli, 17 Novem. 1780.

\* \* \*

Administrator<sup>227</sup> idem Domino Gubernatori Galliciensis. - 11 Januarii 1781 (f. 136v).

Excellent.me Domine Patrone Col.me. — Mirari jam desino humanissimas Excellentiae Vestrae de 17 ultimi Novembris litteras modo primum hodie meis tradi manibus, illico ac cognoverim easdem erronee Kijoviam directas plurimum peregrinasse; quibus summa fidelitate ac veneratione statim respondeo, numquam a me alicubi declaratum fuisse, ut Rev.mum Nominatum

<sup>224</sup> Josephus Morgulec (1780-1786).

<sup>225</sup> Monasterium Buczacense revera pertinebat ad Provinciam Lithuanam Ordinis, etsi situm erat in regione, quae pertinebat Provinciae Ruthenae seu Polonae. De his monasteriis lites sat acres habebantur iam inde ab an. 1743, i. e. a constitutione Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum, constante duabus Provinciis: SS. Trinitatis et Protectionis B. V. Mariae.

<sup>226</sup> Inde ab an. 1772 agebatur de Constitutionibus Ordinis redigendis ut possint probari a Sede Apostolica. Etiam alia decreta Capituli, utpote celebrati extra confinia Imperii Austriaci, vix a gubernio agnosci potuerunt, ob s. d. tendentiam Josephinisticam.

<sup>227</sup> Jason Smogorzewskyj.

Bielanski absque praecedenti Canonico Processu ad Episcopalem Gradum consecrare vellem, aut possem. Tenebatur profecto idem Nominatus scire, processum ejusmodi nunquam apud Catholicos omitti solere, versarique autem de statu nedum Ecclesiae vacantis, ast etiam ipsiusmet Promovendi; proindeque satis ex me habuit significatam sibi processus necessitatem, ut in promptu haberet omnia documenta, quibus liquido probare posset integrum sui statum, seu deduceret propria requisita; quorum numero, quia comprehenditur Baptismus, aetas, conditio, vita, doctrina etc., debitas eorumdem probationes parare utique non praetermittet, etsi nullam in meis litteris eorumdem mentionem inveniat. Cum vero D. Nominatus in omnibus ac etiam ultimis litteris suis de processu penitus sileret, solamque suam consecrationem vehementer urgeret, justissimam praebuit mihi occasionem suspicandi nempe ignorari ab ipso ea, quae meae auctoritati competant, quaeque eamdem excedant. Hinc ne processus, et Consecrationis actus frustraretur volui ipsum specificè praemonitum habere (f. 136v) ut in tempore vel Monasticum Institutum profiteatur, vel Apostolicam obtineat dispensationem, simulque intelligat non meae potestatis esse quidquam agere vel permittere, quod antiquissimam perpetuoque servatam Ecclesiae Orientalis disciplinam offenderet. Quanta hucusque exposui facile comprobari possunt adnexis responsionibus, quibus et D. Nominatum de praecedenti consecrationem processu constanter praeveneram, et meam in Sacra Nuntiatura Viennensi justificavi innocentiam, quam altissimo Excellentiae Vestrae iudicio plene subjiciens, confido nullam litteris sensibusque meis contradictionem amplius imputari posse. Sub eadem 17 Novembris die alteram priori adnexam E. V. recepi Epistolam de Monasterio Buczachensi, deque Capitularibus Basilianorum legibus. Persuasam volo Excellentiam Vestram super omnimoda utriusque Mandati executione. Provinciali etenim Lithuano statim commendo, quatenus praedictum Monasterium Galiciensium Provinciae tradat; Primum vero Proto-Archimandritam sequenti cursore compellam pro celeriori supradictarum legum distinctione, correctione, et scriptura, ut omnia citius Excellentiae Vestrae exhibeantur. Quod superest, Deum misericordia plenum ardentè exoro, ut cum novo Anno Excellentiam Vestram novis prosperet felicitatibus, diuque servet incolumem, mihi autem praebeat occasionem factis testandi summam venerationem, et omnimodam gratitudinem, quibus constanter permaneo Excellentiae Vestrae, Patroni mei Colendissimi addictissimus et obsequiosus servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. P., Administrator Metrop. t. R. et Nomin.  
Varsaviae, 11 Januarii, 1781 anno, etc.

## 155-156.

*Czernobyl, 26 . II . 1781.*

*Conqueritur Metropolita coram Mareschalco Romanzov de iniuria sibi illata ex  
omotione ab Archieparchia Polocensi.*



Metropolita Excell.mo Mareschalco Romanzow de Czarnobyl, 26 Febr. v. s. 1781.

Personae, Dioecesis, et Religionis meae innocentia coram Throno Magnae Catharinae, Dominae Nostrae Clementissimae accusata, punita, et posteritati in opprobrium tradita, adeo ut mihi non permittatur aut Pastoratum meum in Alba Russia ferme ab anno exercere, aut Successorem habere. Quare et cujus opera tam crudeliter conspicua patiatur innocentia, et intaminata fidelitas? divinare nescio; id tamen zelo quod loco praemii, amitto Pastoratum, bona, et famam; sed in hoc persistens, quod tam funesti casus mei causam saltem posteritas Pastoratui meo non attribuet. Convictus sum de preaeclara Excell.ae V.rae aequitate, et bonitate proindeque ausus sum de infelici innocentiae meae sorte Illam certiozem reddere, circa profundissimas preces, quatenus Personam, famam et Religionem meam ampla sua protectione fovere dignetur. Non est mihi permissum pernoctare in meis Strunensibus muris, aut primitias fructuum ex hortis degustare, atque sic, quod pro Capitulo Basilianorum in Lithuaniam mecum Polocia attuli, hoc dumtaxat in Kijoviensi Palatinatu penes me habeo. Divinas et Monarchicas ordinationes ubique obediens exequendo, omnes tamen adversitates meas delinio spe provolvendi ad pedes Excell.ae V.rae, si mihi haec libertas suis literis passus benigne permetteretur, quod enixissime exorando, cum maxima aestimatione profiteor me esse, etc.

\* \* \*

*Responsum Mareschalci Romanzov Metropolitae ad litteras.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 405v.

Excell.mus Mareschallus Romanzow, Metropolitae de Villa Koczuro-wki, 18 Maji, vs. 1781.

Illustrissime D.ne Metropolita et Patrone.

Habui antehac honorem recipiendi Literas Ill.mae Domina.nis V.rae quodque illis non responderim, in causa fuit jam diversa valetudo mea, jam et illud, quod nesciverim, ubi nam Ill.ma Dominatio V.ra maneret, in quo peto me habere pro excusato. Praesens occasio per advenientem ad me Emissarium ab Ill.ma D.na Generalissa Chodkiewiczowa, atque certa notitia de praesentia Ill.mae D.nationis V.rae Radomysliae, facilem mihi praebet modum ad exprimendas, ex sincero corde provenientes, pro gratiis ejus, et Pastoralis ad-dictione, gratiarum actiones. Graviter doleo alienationem Ill.mae D.nationis V.rae contra ipsius voluntatem ex Alba Russia, maximumque mihi foret gau-dium habere optatum cum illo colloquium, sed prout obligatus sum vi func-tionis meae perlustrare quasdam Provincias concediti mihi Gubernii, itaque curabo, postquam appropinquaverim, et steterim in loco, certiozem de his Ill.mam D.nationem V.ram reddere. Commendando me ipsius gratiis, cupio esse pro semper cum debita aestimatione et submissione

Ill.mae D.nationis V.rae infimus servus.

## 157.

*Radomyslia, 17 . III . 1781.**Litterae circulares ad Clerum Eparchiae Kioviensis de calamitate temporum et de medendis malis, imprimis in reducendis apostatis ad fidem catholicam.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 141-142.

Iason Iunosza Smogorzewski, etc. etc.

Perillustribus, R.mis Officialibus, Illr.bus, Adm. Rn.dis Surrogatis, et Adm. Rn.dis Decanis in concredita Nobis Metropolia Kijoviensi reperibilibus pacem, salutem, et Nostram Archi-Pastoralem Benedictionem.

Mirabiles Divinae Omnipotentiae in mundo vicissitudines ita numerum Annorum disponere solent, ut in ipsis unius rei substantiam tractu temporis diversam hominum conspectui exhibeant. Ecce, ante elapsos triginta quatuor annos, cum S.ae Mem.ae Ill.mus Florianus Hrebnicki<sup>223</sup> ovile hoc Christi exemplariter gubernabat, Nos vicarium ejus apud Vos obeundo munus, libenter vobis supeditabamus omne consilium, et auxilium, adeo, ut Ecclesia Sancta Catholica ex Christi illius temporis Ovili, et a Vigilibus, in verbo autem Dei Zelantibus illius Pastoribus gratum Caelo, Christi vero Ovibus salutiferum feliciter hauriret fructum; hodie autem o! quam procellosis improbarum advesitatum ventis quasatum, et seditiosis Invasoribus repletum idem ovile invenimus. Cum tamen Paterna Serenissimi Stanislai Augusti, D.ni N.ri Clement.mi, sollicitudo, malitiosos perturbationum, et oppressionum nexus penitus praeruperit, atque in nihilum redegerit, omnes istius Orae Incolas in grata tranquillitate firmaverit. Nos vero Ipsos, cum Suprema post Omnipotentem Ecclesiae Catholicae Auctoritas in Metropolitana collocaverit Officio, primam Vobiscum Charissimi Fratres cupimus adhibere anxietatem, ut Christi Ovili aliquantum infecto, Nostrae autem curae jam commisso medeamur, illudque in Catholica petra firmemus, ab insolentibus Invasoribus liberemus (f. 141v) ac de diligentibus, et zelsius Pastoribus provideamus, tali autem sepimento circummuniamus, ac talibus excubiis corroboremus, quae spiritualis tranquillitatis, et Ecclesiasticae Unionis eversoribus aditum prohibere valerent. Hoc igitur fine, perfectam quaerentes informationem, consilium et auxilium, Vos, Charissimi, antiquo more convocamus in hunc locum proxima die Dominica Samaritanae, nimirum pro die 2-13 Maji anni currentis, strictissime obligantes, ut quilibet vestrum numerum omnium Decanatus sui Ecclesiarum, et Capellarum, tam Ukrainensium persecutionum tempore nullis tempestatibus a S.a Unione amotarum, quam etiam, etsi per impiam ab illa Apostasiam avulsarum, attamen Spiritus Sanctissimi gratia ad illam reducum, aut ex suggestione satanae adhuc in obstinata Apostasia persistentium, seorsive vero elenchum Parochianorum cujuslibet Ecclesiae Confessorum, ad Confessionem incapacium, Natorum, Desponsatorum,

<sup>223</sup> Florianus Hrebnyckij, Metropolita Kioviensis (1748-1762) Forsan agitur de temporibus post obitum Athanasii Szeptyckij (1746), cum Administratio Metropoliae concredita fuit Archiepiscopo Polocensi, Floriano Hrebnyckij (1720-1762).



et Sepulcorum, nec non Cathedralē, et Consistorialem portionem, atque etiam propria, suorum Rnd.orum Parochorum, et Parochianorum desideria breviter, munde, et ordinate conscripta ad Nos adferant. Vobiscum itaque, Charissimi, gratias agemus Deo, quod de tam bono Nos providerit Rege, cujus prudentibus conatibus Patria tranquillitate, Ecclesia Sancta Immunitate, Cives pace feliciter gaudent, et cum Regnante Propheta, Psalm. 19, ad Caelum exclamabimus: « Domine salva Regem, et exaudi Nos in die, qua invocabimus Te », ut Illum longissimis annis in vegeta semper salute, et perfecta prosperitate conservare dignetur. Providebimus invicem augmento Glorīae Dei, consolidandae S.ae Religionis, et Bono Sanctuariorum Domini. Firmabimur omnium virtutum efficaciam, eradicabimus omnem iniquitatem, et nocivam ruditatem. Quod opus, et laborem (f. 142) ut utilius exequi valeamus, tempestivum vestri omnium, et Reverendorum Parochorum ad Caelum desideramus suspirium; tribus autem eorundem omnium Liturgiis, triduo campanarum pulsu, et ferventi suorum Parochianorum oratione animam S.ae Mem.ae Ill.mi Joannis Comit̄is Chodkiewicz, Capitanei Samogitae, dignissimi aeviternae clarorum Turcicae Potentiae Domitorum Posterī, et multorum sanctuariorum Domini Fundatoris, efficacis hujus Orae Defensoris, magnarum Virtutum Viri, ardentis pro Sacra Religione, et Chara Patria Senatoris, Deo commendare injungimus, et mandamus. Literas vero praesentes, circa solitum sigillum, propriae manus subscriptione munimus. Datum Radomislīae, die 17 Martii, 1781 anno.

IASON, Archi-Ep.pus (LS.)

## 158.

(Radomyslīa), 19 . IV . 1781.

*Episcopo Volodimiriensi de Capitulo cathedrali erigendo: monet ut opus quamprimum ad effectum deducat.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, foll. 145-146.

Ill.mus Metropolitanus Episcopo Vlodimiriensi, 8-19 April. 1781.<sup>229</sup>

Ill.mae etc. Resurgente Christo, resurgent Ill.mae Dominationi omnia fausta ex corde praecor. Quemadmodum autem fundamentum eorum est pax domestica, ita eo collimando suadeo absque ulla praeventione ne Ill.ma Dominatio sua antiquum Capituli sui opus dilatione ulteriori sui sensus difficiliter reddat, et ne eo ipso Superiores adigat ad canonice supplendum, etc. Utique nec apostolicam erga se conniventiam contemnere nec Majestatem offendere Ill.ma Dominatio Vestra debet, maxime sciens probe nec ab illius zelo, nec a hujus Providentia, nec demum ab ipsa Patria, imo nec ab ipsa Orthodoxiae immunitate diutius tollerari posse, ut Christi Oves sola Cleri nostri vilipensione indeque emanante simplicitate costernatae, infectae, ac corruptae, — locale Ovile in dies magis depravent, ex aequo prosiliant, et lacte, ac lana extraneos Pastores

<sup>229</sup> Simeoni Mlockyj.

ditent. In confidentia possum Ill.mae Dominationi Vestrae pro certo affirmare, quod sive Statutis, sive propositis pro meliorando Cleri Saecularis statu mediis adversari, est idem, ac omnes Jurisdictiones contra se concitare. Ego ex mea parte suadeo, oro, atque obtestor Ill.mam Dominationem Vestram, ut incremento Capituli sui ad exemplum Praeclarorum Antecessorum suorum sit auxilio, Capitulares, secundum (f. 145v) capacitatem, ad Regimen Dioecesanum adhibeat, Religiosorum autem ministerio, tanquam lege prohibito, Clerum non irritet. Hoc modo Ill.ma Dominatio Vestra celebrem relinquet sui Pastoratus memoriam, solabitur Doctiores, aedificabit omnes, pacabit inquietos, atque in tranquillitate jucunda longos vivet annos. Porro si huic meo consilio optatus non respondebit eventus, nuntiabo cujus intererit, injuriatis autem justitiam ex Officio administrabo. Spero hanc sinceram expositionem meam ab Ill.ma Dominatione Vestra suscipiendam fore tanquam argumentum certissimum ad dicti cordis ac debitae aestimationis, cum qua maneo Ill.mae etc.

## 159.

(Radomyslia), 19 . IV . 1781.

*Officiali Volodymiriensi de erectione Capituli.*

ASV, Arch. Nunz. di Vars., vol. 145, fol. 145v-146.

Ill.mus Metropolitanus Domino Sawicki, Officiali  
Vlodomiriensi, 8-19 Aprilis 1781.

Perillustris etc. — Christus resurgens omnia prospera Dominationi Vestrae resuscitet, ita vicissim ipsi praecor, et valde indoleo super exortis Vlodomiriae inter Capitulum et Pastorem discordiis atque excitatis in ipsomet Clero dissensionibus, pro quibus sedandis non subtraham meam justitiam, statim ac pro illa ministranda Cancellaria mea requisita fuerit; interim quid hodie illuc scribo intelliget Dominatio Vestra ex adiuncta copia, et fideliter mihi referet, quis ad haec erit sermo (f. 146).

Actum praecommissae sibi indagationis quemadmodum Dominatio Vestra ob incommoda itineris limitavit, ita commodiori via in nomine Domini, juxta instructionem meam reassumat, praemonito de hoc prius Ill.mo Indagando, et bene intellecto illius de hoc sensu, in quo si quid contrarii animadverterit, faveat me certiozem reddere, ut ejus Operis initium, progressum, et finem novis meis literis promovere valeam. Quantum ex communicatis mihi a Dominatione Vestra Perillustri de dictis notitiis conijcere possum, credo Religiosos contra jura administratos localem turbare tranquillitatem; ad occurrendum itaque ulterioribus hac in re dissensionibus, forte opus erit ut ad Rev.mum Proto-Archimandritam scribam pro inhibitione, ne Religiosus ad latus manens Episcopi, ullum Dioecesanum regimen exerceat, solumque Theologi munus gerat. Expecto Dominationis Vestrae in hac circumstantia consilium, et Capituli fortiores preces, constantique addictione manens.

Perillustris etc.

## 160.

Radomyslia, 20 . IV . 1781.

*Nuntio ut instet apud Dominos terrestres ut apostatas a fide catholica in Ucraina ad redeundum compellant.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 147.

Ex Literis Ill.mi Metropolitan, Radomyslia 9-20 Apr. 1781.

Notam ab Ill.mo Procancellario Lithuaniae subscriptam, scio nihil mali in se continere, sed hoc male est, quod jam sit extradita; quia non relinquet Nobis tempus ad praeparanda pro hoc opere necessaria Materialia, et praecipue ad providendum de Catholicis Parochis illa Loca, quae occuparunt Apostatae, nullo jure fulti. *Bene esset, si Excell.mus Nuntius excitaret zelatioris Personas Varsaviae, ad scribendum Dominis, sua bona hic habentibus, quatenus ante inchoandam Commissionem, Apostatas, tanquam lege prohibitos, expellant, et Ecclesias Unitis restituant, Antesignanos autem ex communitatibus, in alium locum transferant.* Utique post Commissionem Haeredes a Nonunitis nihil participare poterunt, quia illico Ministerialem notam conspicient, et devenient Nonunitorum mancipia. Ego hic in Congregatione inibo Consilium pro nostro auxilio, Ministerium autem dignetur omnia suspendere ad meum reditum, *chi dà tempo, dà vita.* Dummodo Commissio non se extendat ad Ecclesias per apostasiam interceptas, Religionem defendemus, Apostasia autem est prohibita; utique et Russia severissimis apud se cavit paenis, ne ullus Dominantem Religionem deserere audeat: quomodo itaque apud Nos id promovere poterit, quod apud se severissime punit? Faveat id tempestive Ministerio exponere, cum praecautione de necessitate in hoc secreti, ne Russia ante tempus responsum pareat.

Omnes Apostatas per Rescripta remisi ad futuram Congregationem Dioecesanam,<sup>230</sup> in qua quaeram ex Decanis cujus Conditionis illic homines sint, ex qua occasione apostatarunt, a quo Formatas sive Testimonia Ordinationum suarum habeant, quid eadem in lingua Valachica sonent, an conveniat illos in loco sceleris pati, vel in Lithuaniam mittere.

Possent dare Literas:

Princeps Supremus Mareschalcus Regni ad Principem Xaverium Lubomirski.

Princeps Janusz ad Principem Palatinum Volhyniae.

Palatinus Ravensis ad D.num Svidzinski, Capitaneum Litinensem.

D.nus Ignatius Potocki ad D.num Potocki, Subcamerarium Regni.

D.nus Branicki ad Suos Commissarios.

Ad Principem Jablonowski, Palatinum Poznaniensem,<sup>231</sup> ipsemet Excell.mus

D. Nuntius.

Princeps Stanislaus ad Suos Commissarios.

<sup>230</sup> Forsan agitur de Congressu, de quo in sequenti documento, nempe diebus 18 maii 1781.

<sup>231</sup> Antonius Jablonowski, ab anno 1781 Castellanus Cracoviensis.

## 161.

(Radomyslia), 18 . V . 1781.

*Designatio expensarum pro Capitulo et Seminario erigendo.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 159.

Ex Literis Excell.mi Metropolitanis, de die 18 Maii 1781.

In sessione hesternis declaravi Clero,<sup>222</sup> quod exuendo me omnibus accidentalibus Proventibus, Cathedraticum cedo pro Capitulo quod constituere debent duodecem Canonici, quilibet ex iis habebit annuae pensionis florenos 1500. Est Floren. 18000. Cathedraticum plus minus ascendet ad 20.000. Igitur pro sartis tectis remanebunt Floreni 2000 vel plus circa bonam oeconomiam.

Post prandium, pro quo partitum et ordinate invito Clerum, monstravi librum Seminarii Polocensis<sup>223</sup> probando quod spatio 16 annorum, pro Institutionibus, et Administrationibus collecta fuit summa Talerorum 10720, ab Ecclesiis 600. Dioecesis vero Kijoviensis, dum in triplo plus habet Ecclesiarum, igitur tribus vicibus maiorem haberemus, scilicet Talerorum 32160. Colligendo pariter spatio 16 annorum, nam pro anno Est — Taler. 2010. In hanc summam non modo pro Institutionibus et Administrationibus influere debent Accidentales Contributiones, verum etiam paene criminales, omnes pro Antimensiis solutiones, quaelibet autem persona obtinens aliquod Officium circa sui inaugurationem, incipiendo a me, aliquid ad hanc Cassam Seminarii ex zelo boni publici contribuere debet, ulteriori vero tempore cogitabimus de Tipographia circa Seminarium, quae admodum est necessaria, ita etiam (f. 159v) lucrum afferens erit. Praesentavi ad ejusmodi effectum Registrum per me hic confectum pro Documento, quod postquam renuntiaverim solitae a Neo-Ordinatis Presbyteris Offerentiae, constitui quatenus quilibet Ordinatus ad Parochialem Ecclesiam inferat ad Cassam Seminarii Taler. sex et Floren. 1; jam autem ordinatus pro Coadjutoria Taler. 3. In sequelam hujus Constitutionis collegi jam hic Radomysliae circiter 300 Taleros; inscripsi hanc summam in libro atque iussi deponi apud Syndicum eo fine designatum. Jam itaque nemo hic dubitat quod cassa Seminarii habebit ad minimum Taleros 2010, Flor. 1, quat. 6. In Annum scilicet Florenos Polonicos 16081, quat. 6. Ex hac summa designavimus pro Rectore Seminarii florenos 1000, pro 4 Professoribus as. 700, Floren. 2800; pro Procuratore Seminarii Floren. 700. Est in unum floren. 4500; pro Seminaristis vero remanent 11581, quat. 6. Ejusmodi summam determinamus pro Seminaristis — 24. Scilicet pro quolibet sigillatim floren. 400. Est 9600 (fl.); pro repartitionibus vero remanent (fl.) 1981. Projectum hoc remanet adhuc sub deliberatione Cleri.

<sup>222</sup> Agitur de quodam Congressu cleri, de quo innuitur in litteris praecedentibus, de dat. 20 aprilis.

<sup>223</sup> De Seminario instituendo Smogorzewskyj fere semper cogitabat, non contentus educatione cleri eiusque insufficientia. Postea, iam sub dominio moscovitico, quoddam « planum » seu « modum » excogitavit ut necessariam colligeret pecuniam. Cfr. mense iunio an. 1774.

## 162.

Varsavia, 4 . IX . 1781.

*Iuramentum fidelitatis emissum a novo Metropolita Kioviensi.*APF, *Scrutt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 858, f. 231-232.

Ego Jason Junosza Smogorzewski,<sup>234</sup> Electus Kioviensis et Haliciensis, ab hac hora in antea fidelis ac obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae, ac Domino Nostro Pio VI, suisque successoribus canonice intransibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, vel membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel injuriae aliquae inferantur quovis quaesito colore, consilium vero, quod mihi credituri sunt, per se, aut Nuntios, seu Literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam, Papatum Romanum, et Regalia Sancti Petri adjutor eis ero, retinendum, et defendendum contra omnem hominem, legatum Apostolicae Sedis in eundo, et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo, jura, honores, Privilegia, et Auctoritatem Romanae Ecclesiae, ac Domini Nostri Papae, et successorum praedictorum conservare, defendere, augere, et promovere curabo, nec ero in consilio, facto, vel tractatu, in quibus contra Ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel praejudicialia Personae, juris, honoris, status, et potestatis eorum machinentur, et si talia a quibuscunque procurari novero vel tractari, impediam hoc pro posse, et quanto citius potero commode significabo eidem Domino Nostro, vel alteri, per quem ad ipsius notitiam poterit pervenire. Regulas Sanctorum Patrum, Decreta, Ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones, et mandata Apostolica totis viribus observabo, et faciam ab aliis observari, Haereticos, Schismaticos, et rebelles Domino Nostro et successoribus praefatis pro posse persequar, et impugnabo, vocatus ad Synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione, Apostolorum limina singulis quadrienniis personaliter, et per me ipsum visitabo, et Domino Nostro, ac Successoribus praefatis rationem reddam de toto meo Pastoralis officio, deque rebus omnibus ad Ecclesiarum mearum statum, ac Cleri, et populi disciplinam, animarum denique, quae meae fidei (f. 231v) creditae sunt, salutem quovis modo pertinentibus, et vicissim mandata Apostolica praefata humiliter recipiam, et quam diligentissime exequar, quodsi legitimo impedimento detentus fuero, praefata omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias Personatum habentem, aut his mihi deficientibus per Dioecesanum Sacerdotem, et Clero deficiente

---

<sup>234</sup> Vi Bullae provisionis, datae die 23 iunii 1781, novus Metropolita iuramentum obedientiae praestare debuit Romano Pontifici, alii vero omnes Episcopi - Metropolitanae. In hoc constabat unio Ecclesiae Ucrainae cum Sede Apostolica.



omnino, per aliquem alium Presbyterum Saecularem, et Regularem spectatae probitatis, et religionis, de supradictis omnibus plene instructum, de hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S. Romanae Ecclesiae Cardinalem proponentem in Congregatione Sacri Concilii Tridentini per supradictum Nuntium transmittendas, possessiones vero ad mensas meas pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiarum mearum, inconsulto Romano Pontifice, et Constitutionem super prohibitione investiturarum bonorum jurisdictionalium de anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto editam servabo, et si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita Constitutione contentas, eo ipso incurrere volo, sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Ita promisi et spopondi. Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Kijoviensis, Haliciensis, Metropolitanus totius Russiae (mpr).

Ego Infrascriptus suprapositum Fidelitatis Juramentum cum sponsione ab Ill.mo et Rev.mo Domino Jasone Junosza Smogorzewki, Archiepiscopo Kiovien., et Halicien., Metropolitanus totius Russiae, in manibus meis de verbo ad verbum prout jacet emissum recepi.

Ita testor etc.

J. A. Archiep. Chalcedonen. N. Apost.eus

In Nomine Domini. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio, et attestor ego infrascriptus Notarius quod anno a Nativitate (f. 232) Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo octuagesimo primo, die vero Martis quarta mensis Septembris, indictione Romana XIV, Pontificatus autem Ss.mi Domini Nostri, Domini Pii Divina Providentia Papae VI, Constitutus p.ter Ill.mus et Rev.mus Dominus Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Kijoviensis, Haliciensis, et Metropolitanus totius Russiae, coram Ill.mo, Excellentissimo et Rev.mo Domino Joanne Andrea Archetti ex Marchionibus Formigariae Archiepiscopo Chalcedonen., et Nuntio Apostolico in Regno Poloniae etc. Varsaviae, flexis genibus, et tactis Sacrosanctis Evangeliiis, quae prae manibus habebat, medio juramento retro positum de tenore suo fidelitatis juramentum de verbo ad verbum, prout jacet, in manibus ejusdem Ill.mi Excell.mi et Rev.mi Domini Nuntii Apostolici praestitit, illudque tam memoratus Ill.mus et Rev.mus Dominus Jason Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, quam Ill.mus Excellentissimus et Rev.mus Dominus Nuntius Apostolicus manibus propriis subscripserunt, et respective sigillis suis Gentilitiis muniri fecerunt. Praesentibus Perillustribus, Rev.mis Dominis Francisco Guglielmi I. U. D. Prothonotario Apostolico, Curiae altedicti Excell.mi Domini Nuntii Apostolici Generali Causarum Auditore, et Judice, et Jacobo Massa, Secretario, Testibus ad praemissa rogatis, habitis et adhibitis.

JOSEPHUS DZIESZKOWSKI, S. Autoritate Apostolica  
Notarius, et Actorum Tribunalis Sacrae Nuntiatu-  
rae Apostolicae in Regno Poloniae etc. Vice Can-  
cellarius.



## 163.

Varsavia, 4 . IX . 1781.

*Alia confirmatio pensionis in favorem Stephani Levynskij.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generati*, vol. 858, f. 239rv; f. 230rv (aliud exemplar)

Fidele<sup>235</sup> erga Reges Ecclesiasticae Personae obsequium, constans erga proprios Pastores studium, sincera erga manutenendum Ritum suum sollicitudo, quemadmodum omni jure merentur gratum animum, praemiumque, sic nostrum in remunerando exemplum hac quoque de causa exigunt peculiarius, quod cum vocati simus ad gestandam primariam in Rutheno-Catholica Ecclesia Dignitatem, non solum fidelem, laudabilem, ac longa annorum serie in tractandis negotiis probatam Rev.mi Stephani Lewinski,<sup>236</sup> Archidiaconi Cathedralis Leopoliensis, atque Serenissimi Regis Poloniae, Domini Nostri Clementissimi, quoad expeditiones Italicas Secretarii dexteritatem, verum etiam sinceram illius erga Pastores suos voluntatem, eximiumque erga proprium Ritum amorem poenitus cognitum, perspectumque habemus.

Haec igitur merita, hasque virtutes dicti Praelati, Hierarchiae nostrae decus, imo emolumentum insigne afferentis, ultro, quantum ex nostra parte fieri potest, remunerari cupientes, eidem pro annua sustentatione, debitoque suis laboribus praemio, in defendendis praesertim Dioecesis nostrae Metropolitananae, totiusque Rutheni Ritus juribus, laudabiliter impensis, duo millia Flor. Poll. designamus, quae ex redditibus Metropolitanis Cassae Ukrainensis, praevis (f. 239v) suis quietationibus circa Festum S. Petri juxta vetus Calendarium quotannis, vita sua durante percipiet. Ut vero ad praesentem assignationem indubitate adimplendam, etiam futurus post nostrum obitum Metropolita, favore praelaudati Praelati religiosius obstringatur, unica ratione boni communis permoti, Serenissimo Regi Domino Nostro Clementissimo, atque Sanctae Sedi pro Confirmatione hujus nostrae promeritae gratificationis, et remunerationis ardentem supplicamus.

Datum Varsaviae hac die 4ta 7bris, 1781 anno.

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI,  
Archiepiscopus Kiovien., Metropolitanus  
t. Russiae (mp.)

Locus Sigilli in Caera rubra expressi.

Praesentem Copiam ex Originali Documento, manu propria subscripto, et sigillo gentilitio munito Ill.mi, Excell.mi et Rev.mi Domini Jasonis Junosza

---

<sup>235</sup> Alia confirmatio pensionis in favorem Stephani Levynskij, Procuratoris Metropolitanus Varsaviae.

<sup>236</sup> Deinde Episcopus tit. Tegeanus et suffraganeus Metropolitanus in partibus septentrionalibus, cum residentia Varsaviae. Postea Administrator Luceoriensis, sede plena, et demum et ipse Episcopus Luceoriensis, temporibus pro hac eparchia difficillimis.

Smogorzewski, Metropolitanus totius Russiae, mihi infrascripto notario ab antiquo bene notis, transumptam, confrontatam, et collationatam, cum eodem originali de verbo ad verbum concordare attestor; In cujus rei fidem, eandem subscripsi, et sigillo Ill.mi, Excellentissimi, et Rev.mi Domini Joannis Andreae Archetti ex Marchionibus Formigariae, Archiepiscopi Chalcedonen., et Nuntii Apostolici in Regno Poloniae, etc. communivi. Varsaviae, die septima mensis 7bris, Anno Domini 1781.

JOSEPHUS DZIESZKOWSKI, S. Autoritate Apostolica  
Notarius, et Actorum Tribunalis Sacrae Nuntiaturae  
in Regno Poloniae, etc. V. Cancellarius.

## 164.

*Radomyslía, 23 . XII . 1781.*

*De variis negotiis Eparchiae et Metropoliae Kioviensis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 147, fol. 249-250.

Eccellenza.<sup>237</sup>

Se V. E. rifletter vorrà al giro, che da' primi di Luglio, per cinque mesi interi, all'uso zingaro dovetti far, difendendo le mie giuriddiche ragioni in Lublino, combattendo con le teste dure in Leopoli, e finalmente corteggiando la Maestà del mio Rè in Dubno, Krzemieniec, Wiszniowiec, Berdyczew, Labun, e Zaslav, certamente perdonerà il mio silenzio sino a questa ora protratto. Oggi dunque, che mi sono restituito da due settimane a questo tugurio, ripiglio la penna e dell'occasione del prossimo Capo d'anno, auguro all'E. V. la prosperità ad multos annos.

L'Abbadia di Suprasl nulla soffre in oggi, anzi molto guadagna, restando sotto l'Amministratore da quei medesimi Monaci raccomandato; col tempo e la paglia si maturerà la nespoletta in quel luogo, e frattanto s'appianano le difficoltà insorte per parte della Monastica Elezione, e del gius del Collatore minore,<sup>238</sup> in di cui pregiudizio la Madre degnissima nulla vuol intraprendere.

Non so ad occhi chiusi giudicare, se il Clero Regolare sia più povero del secolare nella mia Russia; nè posso comprendere, come mai il P. Proto Archimandrita personalmente assistendo all'Ecclesiastico Congresso in Varsavia, volesse tollerare qualunque preagravio de' suoi Monasteri nel dipartimento della Contribuzione gratuita. Nè finalmente vedo maniera di nuovamente esaminar la giustizia, o proporzione de' tali dipartimenti, senza l'universal Convocazione; cosa, che farebbe nascere molti incomodi ed anche inconvenienze. Vorrei quindi sentir prima, in qual modo i Regolari potrebbero conseguire la

<sup>237</sup> Nuntio Apostolico Varsaviensi.

<sup>238</sup> Agitur de familia Chodkiewicz, cui spectabat ius collationis in hac Archimandria, quae aliquomodo extra corpus monasticum Ordinis Basiliani inveniebatur.

revisione de' tali Dazij, e la cognizione del preteso preaggravio, senza universali incomodi, e disturbi?

Respingo all'E. V. il foglio del Rev.mo Stefano Michalowski, a cui piuttosto (f. 249v) potrebbe pregiudicare che giovare qualunque Risposta conseguisse da V. E. o da me; nè gli conviene aspettarvi qualunque attacco del preteso Provinciale, o del Vescovo di Mallo,<sup>239</sup> perchè, volendo allor egli ritirarsi a codesta Capitale, certamente, come suddito Russo, sarebbe richiesto dall'Imperial Ambasciatore. Quindi non vedo per lui miglior mezzo termine, che quello solo, che la Sig.ra Palatina di Masovia, ad insinuazione di qualcheduno dei Domestici di V.E. scriva confidentemente alla Sua Madre Palatina di Minsk, perchè il sudetto Sacerdote prenda segretamente il Passaporto dal Governator di Polock, ed esca da' limiti Russi. Questo è quel Prete, che confidava per l'E. V. tutto ciò si tramava dal Provincialaccio Czerniewicz,<sup>240</sup> /e/ merita tutta la di lei assistenza.

Dalle annesse Copie del mio operato in Leopoli potrà l'E. V. sincerizarsi, e de' raggiri di Bielanski, e dell'ostinazione del Governo. Ma con pazienza, modestia e circospezione superai tutto, e lasciai i Tedeschi alquanto di malcontenti, conforme codesto Ministro Austriaco forse potrà ragguagliarle meglio. Per condecorar la vecchiaia del mio bene merito Vicario Generale, e Fondatore delle Missioni, Michiele Prymowich, caldamente supplico l'E. V., di volergli ottenere dalla S. Sede usum Pontificalium, cum potestate conferendi Ordines Minores, consecrandique Calices Ecclesiasticos. Cotale grazia riputerò come per me fatta, e ne sarò infinitamente obbligato.

In Wiszniowiec ossequiai il Conte di Nord, ma non volendolo disturbare non ebbi coraggio di fargli veruna menzione delle cose di Polock, sapendo, che egli di nulla vi è inteso; nulla di meno, al suo Capellano, sbarbato, vestito all'uso degl'Ecclesiastici Inglesi, erudito, Prete secolare, ammogliato in Inghilterra, Atanasio Samborski, in più volte raccontai (f. 250) tutte le circostanze della mia infelicità unicamente provenuta dalle Cabale Gesuitiche; spero che ne farà egli la relazione ai Compagni del suo viaggio. Valeat quantum valere potest.

Mi è finalmente riuscito di rimuovere il Rè dall'impegno fortemente contratto per il P. Komarkiewicz rispetto alla Badia di Mielce; e quindi à titolo di questa (non prejudicando praetensurum Collatorum iuribus), già benedissi il P. Protoarchimandrita Morgulec, ed a quella di Kaniow il P. Fizikiewicz.<sup>241</sup>

Compiango la sorte del nostro degnissimo P. Ważynski, assolutamente dimenticato nella Corte; se la Maestà del Nostro Rè degnasse privilegiarlo per l'Arcivescovado di Smolensk, da tanti anni vacante, io gli confidaria il resto della Diocesi, e de' Predij spettanti alla Diocesi di Polock, e rimasti nel Ter-

<sup>239</sup> Stanislaus Bohusz Siestrzencewicz. Cfr. *Indicem nominum et rerum*.

<sup>240</sup> Agitur de Provincia Lithuana Soc. Jesu, quae mansit non suppressa in dominio Moscoviae.

<sup>241</sup> Josephus Morgulec, Protoarchimandrita (1780-1788). Bonifatius Fizikievycz, Archimandrita Kanioviensis ab an. 1781.

ritorio di Polonia, anzi lo dichiararei per mio Vicario Generale in Lituania. Pensiere onesto, e sommamente utile alla Chiesa di Dio, anzi conveniente al Gius Reggio. Eccellenza, si muova a pietà, ne suggerisca al prudentissimo Monarca, e si compiaccia d'indigitarmi ciò potesse da me desiderarsi. Baccio le mani a V. E., e con pienissima Venerazione me le confermo.

Di V.a Eccellenza divot.mo, obligat.mo ed umill.mo servitore

GIASONE, Metropolitano di Russia (mp.)

Radomislia, 12/23 X.mbre 1781.

S. E. Monsig. Nunzio di Polonia (Varsavia)

## 165.

*Radomyslia, 23 . XII . 1781.*

*Gratias agit Congregationi de Prop. Fide pro protectione et pro confirmatione electionis in Metropolitam Kioviensem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 14, fol. 494 rv.

E.mi et R.mi Domini, Domini Patroni Col.mi,  
Sacrae Congregationis de P.F.

Continua quinque mensium cursitatione, veluti Apostolicus, spero, Nuntius Varsavia testabitur, graviter distractus, modo primum redivi Domum; unde Eminentissimum Vestrum Collegium praesentibus appello litteris, aeterna grati animi memoria innumeros Vestros in me favores celebraturus; atque impri mis, quod me summa Polocensis Ecclesiae angustia perstrictum, Vestro Consilio, opera, sollicitudine, in illo Pastoratu diutius retinere, atque ita Gregi et Pastori providere viriliter studuistis; nec ulterioribus Vestris meritis me cumulare desijstis Emin.mi Domini. Cum etenim temporis calamitate ac vicissitudine, subtilique adversariorum arte, eo res evenerit, ut in Alba Russia, Polonis sublata, meum Pastoratum, Peregrini et advenae instar reputatus, non amplius libere exercere possem; imo, ex Generali Monachorum S. Basilij Magni Capitulo Torokaniis ante annum habito, cui ex officio praeesse debeeram, omnes illuc redeundi vias, nihil juvante ea, qua usus fui vigilantia, interclusas haberem, atque inde durissimum cordi meo vulnus inflictum, nec non viduatam Pastore Gregem et vicissim, maximo animi dolore deplorarem, media nihil operari adverterem, Vos attamen, Em.mi Domini, negotio plane undique desperato succurrere, totam rei seriem S.mo Domino Nostro, feliciter Ecclesiam Catholicam Gubernanti, exponere, meam innocentiam vindicare, malo grassanti obicem opponere, meque Vestro Consilio atque Tutela non nihil sublevatum, ad Kjoviensis et Haliciensis Ecclesiae Regimen unanimiter proponere non dubitastis. Providus vero Catholici Gregis Pastor, Vestro in nixus Consilio, peculiarem Polocensis Dioecesis curam (f. 494) prospere, ut prudenter autumo, assumpsit, meque ab onere Pastoratus in Albae Russiae Provinciis, quae hodie Rossiaco subsunt Imperio, provide absolutum, ad Kjo viensem et Haliciensem Ecclesias benigniter transferre, et in Metropolitam Totius Russiae declarare dignatus est. Cui, pro tanta in me, licet immeritum, gratia, tantaque pro bono animarum sollicitudine, distincto folio debitum

humilitatis meae officium, ea, qua par est, animi subjectione persolvo. Vobis autem, Em.mi Domini, quos Patronos, Tutores, ac Defensores fortissimos in tota hujus negotii serie et semper expertus sum, maximas grates aeviterne refero, et collatum, mihi opera Vestra Metropoliae officium ita adimplere curabo, ut majus inde Ecclesiae Ruthenae emolumentum, sacro autem Vestro Collegio expectatum solamen accedat. Pro quorum feliciori eventu, de Apostolici Nuntij Varsaviensis Consilio ac voto, in Successorem mihi R.mum Episcopum Pincensem, Gedeonem Horbacki, ab hac Regia Majestate nuper nec irrito expostulabam, quem Vestro, Emin.mi Domini, calculo approbari, et potenti Patrocinio ubique ita muniri supplex oro, veluti... semper protegere voluistis. Quod Vestrum in me studium plena animi gratitudine constanter prosequuturus profundissima veneratione permaneo.

Eminentiarum Vestrarum dev.mus, obbligmus et humillimus servitor

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Archiepiscopus Kiov.

et Halicien. totius Russiae Metropolita (mp).

Radomysliae in Ucraina 12-23 Xbris 81.

## 166.

*Radomyslia, 25 . XII . 1781.*

*Metropolita explicat quasdam sententias ex propriis litteris edictalibus, de quibus accusabatur seditionis et laesae Maiestatis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 167-168.

Ex Literis Excell.mi Metropolitanis, decembris 25, vs. 1781. Radomyslia.

Nescio, nec possum concipere, quid, cui et quomodo nocuerunt Literae meae edictales,<sup>242</sup> quas, pro declaranda innocentia mea, mitto D.nationi V.rae subductis vocibus.

- *Damnatarum seu improbarum adversitatum* - Quis autem hanc expressionem mearum edictalium sibi attribuere potest praeter plebem, et Clerum autem hic ad seditionem concitatum? Non ne enim sanguinolenta, non pridem practicata, seditia, Lege Dei, Ecclesiastica et Nationali est domnata? et num talis cura Regis, et Magnae Catharinae potentia non fuerit sedata? An non quassaverit illa meum hic Pastoratum, non turbaverit, et non disperserit Catholicum Christi ovile?

- *Seditiosis Invasoribus* - Et quis est, qui hanc espressionem sibi applicat, illius est conscius, eam confitetur? eum illa in meis edictalibus illos dumtaxat spectat, qui sediciose invadebant, invadendo regionem depopulabantur; Ecclesiasticos in fide catholica minus firmos a Sancta cum Ecclesia Romana Unione persuasibus, potu, donis, et comminationibus avellebant; stabiliores vero multiformiter persequabantur, verberabant, torquebant, occidebant, bonis, domo Plebanali, et ipsis Ecclesiis violenter spoliabant?

<sup>242</sup> Cfr. supra.



- *Ab insolentibus inuasoribus liberemus* - Quem inueniemus, quis hos, prout supra, ad depopulationem regionis, ad ereptionem Ecclesiarum, ad oppressionem S.ae Fidei concitatos inuasores, pro insolentibus non reputet, praecipue cum tales Jurisdictio Dominans, Russiae etiam adhibita potentia, compe-scut; justitia autem e medio vivorum segregavit, ultimo supplicio addixit, et magna ex parte perire fecit? Quomodo autem plebis hic animum, ad seditiones proclivem, ab invasionibus cohibere poterimus, si illas improbare, aut fastidire non erit nobis liberum? Utique, in initio praeteritae hyemis, quidam Graecus, nescitur qualis Episcopus, Eusebius nominatus, sive Moldavus cum armata Valachorum turba in Braclavienses irruens oras, Ecclesias Dei invadebat, Plebem ad seditionem concitabat, clerum catholicum persequebatur, ac etiam meum ibidem Officiale vix non ad mortem verberabat, donec demum, ad justam precum Nostrarum Throno expositionem, ab hac insolentia cohibitus, et ad egressum e Regno coactus fuerit. (f. 167v) Nonne erat itaque debitum Pastoratus mei, tam crudeliter inflictis vulnera curare, et a gravioribus morbis gregem meum praecustodire?

- *Spiritualis tranquillitatis et Ecclesiasticae Unionis eversoribus* - Poteruntne appellari Auctores spiritualis tranquillitatis et Ecclesiasticae communionis illi, qui inquietudinem in Regno, et Ecclesia Sancta excitarunt, regionem depraedarunt, fidem debilitarunt, imo exterminare studuerunt, et tot caedes, crudelitates, et praedas commiserunt?

- *Per impiam ab illa apostasiam* - Leges Ecclesiasticae damnant illos, qui in vera fide nati, et educati impie illam ejurant. Leges Nationales non patiuntur a Dominanti Religione Apostatas, talesque efficaciter semper compesarunt. Consitutiones autem Patriae pro Apostatis paenam etiam mortis decernunt, tenor autem edictalium ideone peccavit, quod Apostasiam non probavit, nec illius propagationi assentitus est? Impossibile est certe, ut Apostatae omni jure damnati, loco paenae, proterve quaerunt, et inveniunt suae audaciae patrocinium.

- *Ex suggestione Satanae* - Quis itaque seditiones excitavit, cives extenuabat, cruciabat, et occidebat, Ecclesias depraedabatur, Catholicos exterminabat, fidem sanctam persequebatur, et sanguine innocentum oras istas conspersit, si non ex suggestione Satanae? quis tantae audaciae erit, ut ejusmodi crimina Deo, prudentiae, doctrinae, aut virtuti adscribat? quis probabit, quod hujusmodi tyranniae sint beatae? quis demum non confirmabit, quod in detrimentum S.ae Fidei, et in oppressionem fidelium Christi malevolos spiritus, non alius nisi daemon accendat? Non placuit tenor mearum Edictalium; at quem illae tangunt, utique solum sediciosum, eversorem, inuasorem, Apostatam et Satanam? quis autem illorum partes tuebitur? quis me culpabit, quod non solum tales damno, sed etiam omnes meo Pastoratui subjectos praemoneo, ut tam perniciosam pestem fugiant? O! si mihi permitteretur ad ejusmodi, istius orae, adversariorum accusationes solemniter respondere, certo certius totus mundus agnosceret et meam innocentiam, et adversariorum istius orae falsas delationes, et manifestam rabiem. Utetur D.natio V.ra his reflexionibus pro mea defensione ibi, ubi ipsi prudentia suaserit sicque ut Magnus Russiae



Minister (:si Superioribus placeret:) possit esse de mea innocentia persuasus. (f. 168)

Mitto Dominationi V. ae Copiam Literarum, quas hodie ad Protoarchimandritam scribo, fine, ut illam exhibeat in Conclavi Regio, alibique, atque declaret, quod nemini unquam permiserim extorquere a Monachis Non-unitis subsidium charitativum, et si quid aliquis extorserit, mando ut restituat illico in praesentia testium, et si non restituerit, et ab ulteriori exact'one non abstinuerit, citabo, et exemplariter puniam executorem, qui sine permissione Consilii Permanentis, propria autoritate dictum tributum exigere audeat.

## 167.

*Radomyslia, 26 . XII . 1781.*

*Protoarchimandritae Basilianorum de causa sac. Hieronymi Pogorzelski.*

ASV, *Arch. Nunz. di Vars.*, vol. 145, fol. 168.

Metropolita totius Russiae, Protoarchimandritae Basilianorum,  
26 Xbris 1781.

Magnus Legatus Russiae Nota Regiae Aulae porrecta conqueritur contra Nos ad hoc: quod P. Hieronymus Pogorzelski, acsi de mea voluntate, extorquet a Monasteriis Nonunitorum Donum gratuitum ad aerarium Regimini, pro quo Serenissimus Dominus valde offensus est. Nunquam ejusmodi audaciam permisi, et forte cogar adcitare istum Religiosum pro tali injustitia. Verum est, quod Presbyteri saeculares in externa Communione viventes conferant suas portiones ad Nostram pro aerario Reipublicae contributionem, sed conferunt ad mentem Resolutionis Consilii permanentis, pro qua et Religioni, prout Officialis meus Generalis suadebat recurrendum erat, non autem ante illam emanatam, proprio auso externos infestare. Obligo itaque Paternitatem V. ram per publicam tranquillitatem, ut memoratus Religiosus, et quisque alius, a violentia, si quae capta est, illico abstineat, et si quid alicubi extorserit, ex nunc in praesentia testium restituat, etc.

## 168-169.

*Radomyslia, 29 . XII . 1781.*

*Documenta spectantia redditum parochiae Stavidloviensis ad fidem catholicam: Expositio Metropolitanae, Memoriale parochiae Stavidloviensis et rescriptum Metropolitanae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 169-170.

Ex Literis Ill. mi Metropolitanani de 29 X. bris 1781.

- Radomyslia. *Traduct. ex Polonico*

In meis post ansitationem laboribus, et in triduana infirmitate, habui consolationem, cum a Zobotynensi ora, ex Villa Stawidly, in ipsis confinibus sita, ab antiquo in schismate obstinata, ad anteactas autem seditiones et persecutiones Unitorum primari, et fortissime influente, conspexi honestum, latine sufficienter educatum, cum grata humilitate, et inclinatione usque ad terram Capitis

advenientem R.m Joannem Balicki, et cum illo unum virum a tota dicta Stawidlovscensi villa deputatum. Reddiderunt mihi Literas a Mag.co D.no Hadziewicz, Praefecto Cohortis, Zeloso pro Sancta Unione Dynasta, qui cum gaudio cordis gratulatur meo Pastoratui, quod in tam remota ora, Unitas Catholica semper, et praecipue persecuta, hodie augeri incipit, suumque exordium sumit a Presbytero ibidem doctissimo, sed in Schismate obstinatissimo, quem Parochia Stawidlovicensis suo scripto apud Episcopum Perejaslaviensem<sup>243</sup> ordinari procurans, Ecclesiam ipsi, et Domum Plebaneam cum fundis pro sustentatione erexit, et ex illius spirituali ministerio, et probitate perfecta contenta est, cujus agendi rationem Nonniti in confinjis existentes maxime observando, et nunc illo duce facilius ad S. Unionem allici poterunt. Sic commendatum Presbyterum cum delegato viro paterne excepi, et cognita vera illorum propensione uniendi se cum Ecclesia Romana, constitui ipsemet Professionem fidei ab illis recipere, et Communioni fidelium restituere, prout 27 praesentis, post debitum illorum examen, post instructionem Presbyteri, quomodo debeat nostro ritu Sacramenta populo administrare, et post auditam Missam, Pallio, omophore, mitra indutus, cum Pastoralibus, in praesentia testium, Professionem fidei, obedientiam Sedi Ap.licae, et fidelitatem Serenissimo Regi solemniter recepi;<sup>244</sup> et utrumque ab Apostasia absolvi. Insuper ad preces recenter unitorum Parochianorum Stawidlovscensium, ad recommendationem dicti Praefecti cohortis, et aliorum confinjum Dominorum, simulque ex motivo imminentium festorum, et pro alliciendis aliis, pro interim, et in spe certa dispensationis apto (f. 169v) emanato instrumento, (:quod licet dispensatio ab irregularitate Sedi Apostolicae de jure sit reservata, nihilominus ex justis rationibus, ad duos menses R.m Joannem Balicki ab irregularitate dispensamus, ipsique interea, donec auctoritas Apostolica dispensationem expediverit, Parochianis Stawidlovscensibus spiritualia ministrare permittimus:) absolvi prout annexum memoriale, cum meo Rescripto, docebit, D.nationem autem V.ram enixe rogo, ut, Excell.mo Nuntio circa meas adorationes his expositis, procuret ab illo dispensationem super irregularitate pro hoc Presbytero Joanne Balicki, cum hoc addito, quod meus passus in dispensando, quemadmodum ex justis provenit rationibus, ita laude dignus habeatur; hancque dispensationem mihi quanto citius remittat. Nunc rescio, quomodo Presbyter, et vir deputatus fuerant, quod ipsemet ab illis professionem fidei excipiam, declaraverunt in Cancellaria, quod Parochiae in Confinjis sitae illorum intuebantur agendi rationem, nunc autem certo certius sequentur illorum exemplum, et Unionem amplectentur. Acolythis hic praesentibus praepararunt convivium, et gaudebant summopere, quod Deus illos illustravit, quod ipsemet Pastor benigne illos excepit. Hodie faciunt ingressari Professionem fidei, suos supplices Libellos cum suarum, et testium manuum subscriptionibus in Cancellaria Consistoriali, ex qua accipient Instru-

---

<sup>243</sup> Episcopus Perejaslaviensis tunc temporis erat forsitan iam Victor Sadkowskyj, Archimandrita Slucensis; Ep. Perejaslaviensis, et dein inde ab an. 1793 Minscensis. Obiit an. 1803.

<sup>244</sup> Modus recipienti apostatas in Ucraina tunc temporis vigens.

mentum pro Persona Decani fine reconciliandae Ecclesiae, et excipiendae ab omnibus Parochianis Stawidlovscensibus professionis fidei, obedientiae Papae et fidelitatis Regi. Data autem responsione Literis dimittam eos cum Paterna admonitione, ut ea omnia ipsi adimpleant, et ab aliis impleri curent, quod Deus, Ecclesia, ac Rex ab illis exegerint.

\* \* \*

Memoriale Parochianorum Stawidlovscensium. *Traduct. ex Polonico* (f. 100)

Has Pastorales Excell. ae V. rae benignas gratias, quas in desideriis suis omnes recurrentes experti sint, ac experiuntur, ego quoque cum Parochia Stawidlovscensi in Clari Zabotynensi, Bonis autem Cels. mi Principis Michaelis Lubomirski sita, implorare cum profundissima ad Pedes Pastorales provolutione venio, et in particulari declaro: Natus sum ex Parentibus Catholicis in villa Smolin, circa Leopolim, inde autem in istas oras in infantia a vitrico meo tractus, in lingua ruthena, ed aliquantum etiam latina educatus, postquam ad annos competentes pervenerim, contuli me tempore perturbationum Ukrainensium Perejaslaviam, et ab Episcopo nomine Gervasio,<sup>245</sup> nunc jam defuncto ad omnes tam minores, quam majores etiam Presbyteratus Ordines, ad Ecclesiam sub titulo S. Joannis Evangelistae in memorata villa Stawidly de nova radice per V. Maximum Lewicki, Decanum Czehrynensem Nonunitorum benedictam, et notabili sumptu meo, ac communitatis aedificatam, intus omnibus necessariis instructam, in Parochum anno 1768 promotus extiti, hucusque autem simul cum Parochianis meis, ex avis, et proavis Unitis, manens in schismate, tactus cum iisdem interne Spiritus S. Gratia, ad fidem S. m Catholicam, in qua cum Parochianis meis sum natus, benevole, sincere, et immutabiliter redire constitui, benignissimas Excell. mi Pastoris implorando gratias, ut nos aberrantes oves ad ovile X. ti et Unionem S. m Catholicam recipere, a commissa apostasia, indeque contracta excom. ne misericorditer absolvere dignetur. Ego autem et Parochiani mei in fide S. Catholica ad ultimum vitae nostrae terminum, cum posteris nostris permanere, quemadmodum cupimus, ita permanebimus, idque promittimus, et nos subscribimus. - Joannes Balicki. - Martinus Krioryla, etc. etc. et tota Communitas Stawidlovseensis.

\* \* \*

Rescriptum Metropolitanum (f. 170rv).

Etsi facultas dispensandi ab Irregularitate ob schismatis crimen contracta Sedi Ap. licae jure canonico sit reservata, Nos tamen imminente Natalium X. ti festivitate, Collatorum respectu, Possessorum zelo, clarissimorum virorum instantia, Oratorumque precibus urgentissimis vehementer (f. 170v) permoti, R. m Joannem Balicki, de mirabili Spiritus S. i gratia cum Stawidlovscien. Ecclesiae populo ad Ecclesiae Catholicae gremium nunc redeuntem, ab Apostasia, abque inde contracta Irregularitate (:quousque Sedis Ap. licae dispen-

<sup>245</sup> Gervasius Lincevskyj, Episcopus Perejaslaviensis (1757-1769).

sationem intra bimestre obtinuerint;) interim Potestate interpretativa dispensamus, sicque dispensato Sacerdoti, postquam fidei Professionem coram nobis emissam subscripserit, et de more absolutus fuerit, ulteriorem ejusdem Ecclesiae Parochialis administrationem relinquimus, atque super his omnibus Literas ex Officii nostri Generalis Cancellaria expediri demandamus. Datum Radomysliae, 27 X.bris 1781. JASON etc.

## 170.

*Radomyslia, 12 . I . 1782.*

*De quodam rescripto Pontificio, et de causa cuiusdam viduae Luceoriensis.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 147, foll. 251-252.

Eccellenza.<sup>246</sup>

Sono debitore di risponder alle tre veneratissime di V.ra Ecell.za, l'una sotto li 17 Decembre, favoritami colla Pontificia Replica, già per Pietroburgo respinta; l'altra nel di medesimo a me diretta, sopra non sò qual Vedova Luceoriense; l'ultima poi segnata ai 27 del medesimo m'autorizza per dispensare Michiele Bubanowich, Parocho Rakovicense ab Irregularitate ex homicidio dummodo involuntario.

Quanto alla 1.a non sò bastantemente ringraziar la Divina Provvidenza, che ha instillata dal Capo della sua Chiesa quella moderazione e quella virilità, con cui stesa ammiro la sudetta Replica. Or questa in oggi più che mai convincerà tutto il Fozzianismo, anzi Grecismo, sopra l'impegno costantissimo, con cui l'Ap.lica Sede per l'addietro sempre, e specialmente sotto Paolo V, in tutte le più solenni forme dichiarò l'Union Ecclesiastica de' Ruteni non essere mai verun mezzo per indebolire, deridere, o togliere li Riti Catolici dalla Chiesa Greca. Quale ora effetto sia per produrre in tutte le sue parti il Foglio Pontificio, è in mano di Dio, che governa e volge colla sua (f. 251v) Provvidenza il cuore de' Regnanti. Temo peraltro, che le anime nere,<sup>247</sup> Cabalizzanti nella Bianca Russia, per mezzo di quel suo Pastoral Strumento,<sup>248</sup> e dell'Imperial Vicario ivi ben coccuto, o meglio comprato, non suggerischino alla Sua Sovrana quella loro antica Cantilena: « Il Rescritto Pontificio, concedendo la visita e la Riforma di quei Regolari legittimamente esistenti, poteva ben estendersi anche a quei Gesuiti, come etiam legittimamente esistenti, poichè la Bolla abolitiva mai fù a loro nelle forme intimata ». Ah! quanto favorirebbe l'intento Ap.lico, se, all'occasione di cotanta Pontifica fermezza, le Corti Borboniche volessero

<sup>246</sup> Nuntio Varsaviensi.

<sup>247</sup> Sic vocat Patres Soc. Jesu in Lithuania et Moscovia, quia Bulla suppressionis non rite promulgata, noluerunt habitum deponere religiosum.

<sup>248</sup> Agitur de Stanislaw Bohusz Siestrzencewicz, tunc Episcopo latino Albae Russiae, et postea Archiep. Mohiloviensi (1784-1826).



un tantino sussurar contro quasi segreta connivenza del Papa per quel ribelle Resto de' Gesuiti. V. E. m'eccita, secondo l'insinuazione del P. Milanowski, ad allestire per Pietroburgo non sò qual supplica. Ma, Eccellenza, fa d'uopo, che ella ordini di trasmettermi la lettera del sudetto Padre, la quale, quantunque nominata, non trovai nel (di) lei Piegho.

In adempimento de' comandi di V. E. istantemente presso Monsignor Stecki<sup>249</sup> darei mano alla Vedova, che cerca per se giustizia; (f. 252) non sapendo poi, come essa si chiami, dove viva, cosa e come brami, sono in obbligo di desiderare perchè V. E. si degni di farmi rimettere, quanto ella m'afferma, d'aver ricevuto dalla medesima. In questo oggi commetto al Padre Protoconsultor Novicki, come del Monastero di Vilna Superiore, perchè esamini le circostanze sì del Processo contro il Parocho Rakovicense, super praetensi homicidii casu, formato in quel mio Consistorio, e si anche della condotta del Processato, acciò io, in sequela delle facoltà da V. E. comunicatemi, finalmente possa concludere e la qualità dell'omicidio, e la raggionevolezza della Dispensa.

Finisco la presente con riprotestar all'E. V. la mia sincerissima venerazione conforme irrevocabilmente sono

Di V.a Eccell.za divot.mo, oblig.mo ed umill.mo servitore

GIASONE SMOGORZEWSKI, Arcives.o di K. H. Metropolitano di Russia (mp.)

## 171.

*Radomyslia, 23 . II . 1782.*

*De causa hereditatis Wolodkoviciana: status facti et iuris et impossibilitas pacificae compositionis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 175-176v.

Ex Literis Ill.mi Metropolitanì, Radomyslia, 23 Febr. 1782.

Placuit Ill.mo D.no Szeptycki, Castellano Premisliensi, sub tempus mearum Leopoli occupationum, clandestinam Lublini facere conventionem cum Successoribus Metropolitanæ Wolodkowiez,<sup>250</sup> et pro multiplicibus eorum praetensionibus octuaginta millia solvere, simulque quasdam eorumdem ad Metropoliam praetensiones pro se acquirere. Fecit hoc in fraudem, et damnum Ecclesiae, quae ex majori substantiae Massa, majorem haberet quartam partem; fecit autem de Nobis sine Nobis, et procuravit sibi cabalistiche Decretum Tribunalitium, in virtute cujus advenit huc, et in Domo mea acceptavit hospitium, invitatus, ut cum suo Judice Commissario ac Advocatis semper apud me pranderet, caenaretque. Post tres dies subduxit se e domo mea, et jam amplius, licet rogatus, frequentare eam non est dignatus.

<sup>249</sup> Cyprianus Steckij, Episcopus Luceoriensis (1778-1782).

<sup>250</sup> Philippus Felicianus Wolodkovecz, Metropoli Kioviensis (1762-1778). Agitur de familiaribus eius, qui pretensiones movebant ad bona Mensae.

Antequam concitati advenerunt, venit meus Judex Commissarius; ego interim declaravi D.o Castellano: quod licet Constitutio 1768 nullam faciat mentionem de Episcopis, et non videatur extendi ad Ep. pos Graecos, tamquam Monachos, nec eosdem dispensat in votis, interea Decreto Tribunalitio obtemperando, derelicta non coepio, pacem quaero, derelicta Szepticciana extradam,<sup>251</sup> remanentes ad diem obitus Proventus amicabili modo calculare, Voihnyienses autem, et Lithuanos per mutuos Commissarios verificare permitto; sed nihil tali officioso discursu effeci.

Fundata itaque Jurisdictione ventum est ad scribendas comparitiones. Ego frustra me excusavi ab inscribenda mea comparitione personaliter, (f. 175v) debuique in hunc finem excurrere ad oppidum. Afflictus dura instantia pro personali mea praesentia, instabam in Judicio pro personali Successorum Metropolitanæ Wołodkowicz comparitione ad comportanda Documenta, et res post mortem ejusdem Metropolitanæ interceptas, sine quibus non posset constitui Massa substantiæ Wołodkowiczianæ et Szeptycianæ, hanc autem Judicium Tribunalitium generaliter demandavit consituere, pro exdividenda quarta parte pro Ecclesia. D. Castellanus licet per supradictam Conventionem acquisivit praetensiones Wołodkovicianas ad Ecclesiam, noluit pro ipsis respondere, voluit autem aliquid pro sorte ipsorum praetendere. Decretum Tribunalitium jubet constitui generalem post Wołodkowicz, et Szeptycki substantiam pro assicuranda quarta parte Ecclesiae, ejusmodi constitutio non potest confici absque jurata comportatione, haec autem potestne fieri absque personali comparitione? Consulimus D.no Castellano, ejusque Judici Commissario, ac etiam rogavimus, ut Commissio limitetur ad Terminum in quo DD.ni Wołodkowicze personaliter comparerent sicque totus opus conficeretur ordinate, clare, et efficaciter, sine ulla judicium discrepantia, sed pertinax Castellanus noluit his acquiescere. Proinde suus Judex Commissarius publicaret Decretum, quo personalem Wołodkoviciorum comparitionem suspendit, me autem ad comportationem omnium rerum obligat. Meus autem Judex Commissarius suo Decreto vicissim publicavit comparitionem Wołodkoviciorum omni jure necessariam esse, cum sine illa nec comportatio, neque constitutio totius substantiæ fieri posset.

Appellavimus ex utraque parte. Judex (f. 176) Commissarius Castellani pro contumacibus reputavit me, Pincensem, Luceoriensem, et Leopoliensem Ep. pos, atque D.m meum Officialem. Noster autem Judex pariter pro contumacibus reputavit DD.nos Wołodkowicze, et in ejusmodi sententiarum discrepantia finita est Commissio.

Indolui super tam avida Partis obstinacia; ut vero ultiores labores, expensas, et incommoda effugerem, partemque a lite abducerem, invitavi huc D.m Vexilliferum Trzeciak, qui amicabiliter aut limitationem Commissionis

---

<sup>251</sup> Leo Szeptyckij, Metropolita Kioviensis (1778-1779), Coadiutor et Successor Metropolitanæ Wołodkowycz.



ob necessariam Wołodkoviciorum praesentiam, aut Compromissum suadebat Adversario, sed durus ad omnia, rejecit omnia.

Subsequenti tota die laborabant mei juristae, et Domesticiei, ut inclinarent Castellanium ad honesta, et efficacia media domesticae compositionis, ast nihil haec omnia profuerunt.

Audiens subinde de proximo Castellani abscesso, adivi illum ipsemet visitando et valedicendo, hac autem occasione renovavi anteriores meas propositiones, ac ea, quae Vexillifer Trzeciak amicabiliter ipsi exposuit; cum autem summam centum quinquaginta florenorum mihi proposuerit, ego reposui prius necessarium esse scire, quis, cui, et quantum debeat, horum autem exploratio intra duos aut tres dies perfici poterit, inspiciendo Tabellas residui, percepti, et expensae absque lustratione totius Metropoliae, emanatione subditorum etc. Placuit hic meus candor, et sinceritas Judici Commissario Castellani, qui suum hac in re laborem obtulit, ut amicabiliter perlustratis Tabellis posset Castellanium instruere, quaenam summa posset proponi, effectuari. Post haec invitavi D.m Castellanium, et suum Judicem pro prandio, sed Primus adesse noluit, imo Domesticis meis palam intimavit, se nolle (f. 176v) habere perlustrationem Regestrorum, Tabellarum in Domo mea.

Commissarii itaque mei adierunt D.m Castellanium, cum autem suum Judicem invenerint post prandium aliquantulum aegrotum, Castellanium caeperunt instruere ex Regestris, et Tabellis, qualia poterint esse residua; sed ipse declaravit, se his nequaquam credere, in Tribunali Regni multas muletas super me lucraturum esse etc. Sicque absque ullo effectu abscessit simul cum suo Judice, a quo nec in unguem recessit unquam, etc.

## 172.

(Radomyssia), 12 . IV . 1782.

*Petit facultatem impertiendi Benedictionem Apostolicam.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 417.

Ex Litteris Ill.mi Metropolitanani, de die 12 Aprilis 1782.<sup>252</sup>

Abscedens Polocia reliqui Archivum, Cancellariam, et omnia mobilia, neque mihi permissus fuit illuc reditus; ergo ibi etiam remanserunt Romanae Expeditiones ad me directae, inter quas reperiebatur Breve Apl.cum pro impertienda Benedictione Papali,<sup>253</sup> prima die Resurrectionis, et secunda ex mea electione in Ecclesia Cathedrali Polocensi, vita mea durante. Cum vero non possim tali Privilegio uti in hac Metropolitana Dioecesi, neque adhuc habeam propriam Cathedrali, supplico Excell.mo D.no Nuntio, circa humillimam adorationem, quatenus dignetur impetrare mihi, meoque Coadjutori ejusmodi

<sup>252</sup> Forsan scribit Radomyssia, in Ucraina.

<sup>253</sup> Cfr. de hoc privilegio volumen *Audientiae Sanctissimi*, vol. II, Romae 1965.

facultatem impertiendae scilicet Benedictionis Apl.cae, quae facultas non solet denegari Episcopis, maxime vero necessaria est in hisce oris, (f. 417v) ut Pontificia Authoritas magis eluceret, sed non alligetur, quaero, Cathedrali Metropolitanae, quoniam haec adhuc in Polonia non extat,<sup>254</sup> potius praecustodiatur eo fine quaeque Dioecesis Metropolitanae Ecclesia.

## 173.

*Radomyssia, 3 . V . 1782.*

*De causa P. Justini Pohorlecki et de animo sibi adverso Gubernii Moscoviensis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 149.

Ex Literis Excell.mi D.ni Metropolitanani, de 3 Maii 1782.<sup>255</sup>

Tandem aliquando mitto ad manus Dominationis Vestrae Responsum cum explicatione Rev.di Patris Justini Pohorlecki, Superioris Lisianensis, pro Excell.mo Legato Russiae et secundum pro Excell.mo Pro-Cancellario Littuaniae Chreptowicz.<sup>256</sup> Videtur hic omnibus quod meae hae Responsiones Aulam Petropolitanam offendere nequeant, quoniam ipsam rei veritatem in se continent, cum summa Suae Majestatis Imperialis laude, cumque evidenti nostrae innocentiae documento, quaeso quid significarent Responsiones absque explicatione solius rei et absque convictione debita? ecce significarent quod re ipsa simus culpabiles, nostrumque universale revocemus quod nec decet, nec licet. Observavimus in nostris expressionibus respectum erga Thronos, obedientiam pro pertractatus (sic), amorem et justitiam erga recentes hic per Apostasiam non-Unitos; commemoratio autem meae in Alba-Russia moderationis et humanitatis atque promptitudinis inserviendi ibidem (f. 149v) Magnae Catharinae poterit producere curiositatem in Imperatrice, an verum sit hoc quod quidam malitiosus homo contra me Suae Imperatoriae Majestati exposuit, et an sim sincerus in meis declarationibus.

Ad extremum hoc manifestum volo, quod si Aula Petropolitana nollet me pati in Metropolia ita, quemadmodum non passa est in Archiepiscopatu Polocensi, paratus ero non modo post mandatum, verum etiam post minimam insinuationem, arrepto baculo ire Romam fine concludendorum meorum dierum, ne Persona mea Religioni Sanctae hic afferam nocumentum, et ut mea innocentia offendam Potentiam. Abjectio animi semper contemnitur, jam autem sincera, praesertim in moderatis expressionibus justificatio nemini nocet, neminem offendit.

<sup>254</sup> Revera Sedes Metropolitanarum variis in locis figebantur, ubi prius Metropolitae ut Episcopi commorabantur, ut ex. gr. Volodimiriae, Vilnae, Polociae, Leopoli etc.

<sup>255</sup> Ut videtur, litterae hae scriptae fuerunt e Radomyssia, in Ucraina.

<sup>256</sup> Joachim Chreptowicz, tunc temporis Sub-Cancellarius; ab anno vero 1793 Cancellarius Lithuaniae. Obiit anno 1812.

## 174.

Radomyslia, 3 . V . 1782.

*Iterum explicat sensum genuinum suarum litterarum edictalium, de quibus conquestus est Legatus Moscoviae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 171-172.

Metropolita totius Russiae Ill.mo Chreptowicz, Pro-Cancellario M. D. Litt., Radomislia, 3 Maji 1782.

Minime inculpare me rogo, quod ad Legati Russiae, contra meas Pastorales,<sup>257</sup> et contra Non-unitorum subsidium querebar, meum a tribus fere mensibus responsum Ill.mae D.nationi V.rae ad diem hodiernum retardaverim, idque ob sequentes rationes: 1° Praemonitus de expeditione Ill.mi Legati Russiae, adhuc sub die 5. 9bris ad me data, omnino illam expectare debui, imo eandem per stationes Postarum quaerere, eaque non inventa, enixas adhibere curas pro duplicata Copia, quae non ita pridem ad me pervenit; 2° Longas cum meis Religiosis sustinui ambages, donec investigaverim totam extorsi a nonunitis Monasteriis subsidii quotam; 3° Pastoralis in Quadragesima, et tempore Resurrectionis Dominicae labore necessario occupatus, nihil scribere potui.

Translatis his obstaculis fidelem hodieum mearum Pastoralium, tum subsidii Non-unitorum explicationem, Ill.mae D.nationi V.rae exhibeo in adjunctis et mei Ill.mo Legato responsi et Superioris Lisianscensis Basiliiani excusationis Copiis. Ex quibus facile concipi poterit, quam male istius Regionis Nonuniti accusant meas Pastorales, quam injuste commune videtur effugere tributum, quam demum proterve Monarchicis Conclavibus ipsa suggerunt fallacia.

Nullus utique fuerat Pastoralium mearum scopus quemquam offendere, neque inculpari poterit, si Nonuniti istius Regionis illarum tenorem ultro sibi applicare voluerint, qui dumtaxat ejusmodi spectabat actus, qui aut Scriptura Sacra damnati, aut Patriae, et Conventionali Lege prohibiti, aut exemplari Sere-nissimae Imperatricis Russiae decreto essent puniti.

Notum est enim ex Sacra Scriptura, quomodo Satanas Creatori suo nocere non valens, primam ejus Creaturam, (f. 171v) Adamum et Evam in Paradyso, ac cum ipsis Nos omnes seduxit; quomodo ipsum quoque Salvatorem Nostrum Jesum X.tum multociens tentavit, quantas in toto orbe concitat semper, et hic non ita pridem dilatabat dissensiones, seditiones, et ruinas. Poteratne itaque hic Spiritus aliquam in meis Pastoralibus gratiarum actionem expectare, gratam commemorationem aut Pastoralem Benedictionem praestolari, ac eo magis exigere, aut demum suam ad offensam, sive vindictam

---

<sup>257</sup> Agitur de litteris Metropolitae ad cives ucrainenses, ut redeant ad fidem catholicam et fideles maneant Unioni ecclesiasticae. Cfr. supra

jus, cuiusque ex istius Regionis Nonunitis, hac de causa contra me impertiri?

Lex quoque Patriae, et praecipue Pactum cum Russia initum anno 1768,<sup>253</sup> omnes a Religione Catholica Apostasias pro criminali delicto declarat, et expulsionem ex Dominiis Reipublicae punire mandat. Et meae Pastorales ideone peccarent quod eosdem abusus in hac Dioecesi modeste vituperaverint, eosdem Apostatas in charitate monuerint et de rigore legis amice praemonuerint, atque ad redeundum ad juratam obedientiam paterne invitaverint?

Quomodo demum Nonunitos istius Regionis offendere poterant illae Pastoralium mearum voces, quibus ad cohibendam, puniendam imo eradicandam in hac misera Ucraina concitatum seditioem, sanguinisque innocentis profusionem, ipsamet serenissima Imperatrix Russiae non modo in Articulo XI Tractatus sui<sup>254</sup> exemplariter, et justissime uti dignata est, sed etiam in adjuncta Manifestatione Imperatoria ejusmodi impietatis Auctores pro seditiosis, latronibus, pacis perturbatoribus, invasoribus, furibus, seductoribus, ac etiam Monarchicorum mandatorum fabricatoribus reputari, et typo publicari mandavit?

Hoc tamen est contra evidentem veritatem, et nimis gravaminosa innocentiae meae injuria, iam evidens Auctoritatis Regiae (f. 172) offensa, quod istius regionis Nonuniti, praecipue autem Bohuslaviensis, et Korsunensis Hegumeri, coram extraneo Perejaslaviensi Pastore, Russiaco Petropoli Synodo, ac demum coram Monarchicis utriusque Gentis Curiis praepropere, et nimis audacter affirmare ausi sunt, quasi praedictas Pastorales meas ad eorum Ecclesias, et Monasteria mitterem, aequale ab ipsis cum Unitis debitum exigerem, in illos, aequo ac in Unitos aliquod pro mensa Regia tributum imponerem, subsidium charitativum ex Monasteriis Nonunitorum colligere Justino Pohorylewski permetterem, injungerem, aut mandarem, sub jura stolae, contra Pacta, Nonunitos traherem, eosque sine ulla consideratione, et contemptu Factorum aliquando infestarem, persequerem, opprimerem?<sup>255</sup>

Bone Deus! A 1762 ad 1780 annum,<sup>261</sup> adeo perite in Alba Russia non modo Russorum, sed etiam Polonorum stante Dominio, Christi regebam ovile, ut nullam illius orae Nonunitis molestiam, eoque magis violentiam fecerim, imo ipsimet tantam erga se amicitiam meam profitebantur, ut hucusque meum illic secessum satis dolere videantur, quemadmodum quilibet hac in re curiosus facile convinci poterit. In hac autem regione recenter Pastoratum capiens, nemini injuriam incuti; si autem alicui ex Nonunitis vel minimam hic fecerim molestiam, objiciat ille mihi legitime, et probet; quodsi nullam injuriam a me sibi illatam istius Regionis Nonuniti probare possunt, nec ulla querelas ad me officiumque meum dederunt, imo nec me ex Persona hucusque norunt,

<sup>253</sup> De dissidentibus, in Comitibus Regni an. 1768.

<sup>254</sup> Anno 1772, tempore exdivisionis Poloniae.

<sup>260</sup> Falsitates evidentes erant cuique viro sensato; praepotentia enim moscorum enormis er t.

<sup>261</sup> Tempore sui archiepiscopatus Polocensis (1762-1780).

qua ratione, proh Deum Immortalem! audent me coram Monarchicis curiis pro viola (f. 172v) tore tranquillitatis Ecclesiasticae, et Pactorum Auctoritatis injuste accusare?

Demum coram Deo, et mundo sollemnissime profiteor obligatam meam gratitudinem erga Serenissimam Imperatricem Russiae, Magnam Catharinam II, jam, quod sub dulcis ejus Imperio pro Graeci Ritus in Alba Russia Catholicis tot annis, tamque libere Pastoratum gesserim, ut reliquum vitae meae tempus eidem ovili, sub Protectione Imperatoriae Majestatis, et permittente Serenissimo Rege, ex animo consecrarem; jam quod suprema ejusdem Imperatricis recommendatione hanc Metropoliae Dignitatem assecutus fuerim. Novi insuper, quod nunquam auderem cogitare etiam de minima Patriae Legum et Pactorum transgressione; catholica vero vivens Religione, cum praecipua ejus sit obligatio amandi proximum, non possum non amare istius loci Nonunitos, tamquam proximos, et adhuc in Orientalis Ecclesiae ritu, in parva discrepantia, mecum viventes, proindeque invanum a Pastoratu meo fugientes.

Has reales responsiones, et sinceras declarationes ad Pedes Ill.mae Excellentiae V.rae cum Capite meo depono, simulque enixissime rogo, ut cui libet plenum sit meae erga Nonunitos hujus loci amicitiae, et amoris argumentum, Ill.mae vero D.nationi V.rae indicium profundae venerationis, quaecum maneo, etc.

## 175.

(Radomyslia), 16 . V . 1782.

*Duci Branicki aliisque Ministris Regiis explicat Metropolita suam actionem pastoralem in reducendis ad gremium Ecclesiae catholicae suis fidelibus, qui ab ea apostataverunt.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 145, fol. 174.

Nota a Metropolitanato totius Russiae Duci Branicki, suisque Ministris data, 16 Maji 1782, in Biala Cerkiew.

Duplex Nonunitorum habemus in Ukraina genus, quo non distincto, saepenumero absque culpa Catholicis infligimus vulnus. *Primum* genus eorum, qui post antiquam Graecorum a Sede Apostolica separationem non remanserunt in Ecclesiastica cum Catholicis Unione.<sup>262</sup> *Altero* Nonunitorum genere complectuntur ii, qui ex Parentibus Catholicis nati, in Catholica Religione baptisati, nutriti, educati, in Catholicis Ecclesiis Ss. Sacramentis muniti, a Catholicis Pastoribus, ad Catholicas Praesentationes ad Ordinem Presbyteratus promoti, Catholicarum Ecclesiarum pane sustentati, ad obedientiam Sedi Ap.licae, et Catholico Pastori juramento obstricti, seditioso autem Haydamakorum

<sup>262</sup> Agitur de dissidentibus qui anno 1596 Unionem s. d. Berestensem non acceperunt et semper, etsi numero exiguo, in Regno Poloniae inveniebantur.



Apostolatu hucusque ab Ecclesiastica Unione, a Catholico Pastoratu, et a Dominante Religione Catholica insolenter existunt separati.<sup>213</sup>

*Quoad primum* Nonunitorum genus, tanquam non mei Pastoratus oves, nullam habeo offensam, nullum ad illos jus vindico; et licet filii mei non sint, illos tamen tanquam proximos meos diligo, ac, utpote Patriae, et Pactorum Lege munitorum, libertatem, et immunitatem non infringo, in hoc persistens, quod Deum sincere pro salutari ipsis lumine rogo.

*Contra alterum* autem Nonunitorum genus non possum non conqueri, cum sub variis praetextibus, etiam censualibus illecebris, in Bialocerkieviensi et Lisanensi Dominio commorantes multa in illo catholicae Ecclesiae et Pastortui facient impedimenta, inquietes, comminationes, tumultus, injurias, et clandestinas conspirationes; Patriae tamen et Pastoratus Leges illos non pro Nonunitis tantum, sed etiam expresse pro criminalibus Apostatis declararunt, imo severe, quia exilio punire demandaverunt.

Novi obligationem boni Civis, vigilantis Pastoris, sinceri Catholici, quod ejusmodi Criminalistas deberem ad competens provocare iudicium, et pro paenis publica Lege jam contra ipsos sancitis instare; verum seductae simplicitati compatiens, et magni aestimans Collatorum tranquillitatem, nollem demandatae severitatis via procedere, ac proinde misericordiae et amoris incedendo (f. 174v) itinere, Regentem Curiae Bialocerkieviensis Jurisdictionem enixe exoro pro indilata et vivaci, solis duntaxat alterius generis Nonunitis, scilicet Dominantis Catholicae Religionis Desertoribus, et, prout totus mundus eos vocat, Apostatis, dummodo in unum locum congregatis expositione, et explicatione; quod Curialis Jurisdictio ex una parte Patriae et Pastorum Legibus existens subjecta, nequit aut in Collatione Catholica exteros, utpote non praesentatos Presbyteros, indifferenti intueri oculo, aut in Bonis suis Criminalem a Dominante Religione Catholica Apostasiam tolerare, aut ejusmodi Criminalistas apud se occultare, aut in Judiciis causa illorum rubore suffondi, et multo minus paenam pro hoc sancitam incurrere; ex altera autem parte de Pastoralis erga quemlibet benevolentia perfecte convicta existens, fidenter spondet pro hac mea erga ipsos indulgentia, ac in se suscipit curam, ut unumquemque illorum paterno affectu ad Catholicam Unionem suscipiam, catholicis aggregem ovibus et filiis, cum debita unicuique ad catholicam vitam providentia, et necessario pro substitutis Collatorum commodo laudandi Deum invicem in Sanctuariis Domini, et gaudendi de universali in bonis Catholicis tranquillitate et amore etc.

## 176.

*Radomyśl̄ia, 24 . V . 1782.*

*Explicat suam actionem in reducendis apostatis ad gremium Ecclesiae catholicae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 173.

<sup>213</sup> Annis praepremis 1767-1769, et dein post primam divisionem Poloniae (1772) ad schisma, saepe vi coacti, transierunt in partibus Ucrainae.



Ex Literis Ill.mi Metropolitanæ, de 24 Maji 1782, Radomyslia.<sup>264</sup>

Humanitas, et Religio a me exigebant, ut invitatus, Neo-Sponsis, D.nis Branicki cum sua Consorte, mea exhiberem obsequia; certior sum factus supremum Ducem cum sua Coniuge 12ma præsentis venturum ad Oppidum Biala-Cerkiew, sicque debui hinc, dispositis per stationes equis, excurrere, relicta Instructione, quid congregati ad meum adventum acturi essent. Pervenii illuc die 12ma, quarta hora postmeridiana, ubi a Palatinida Mscislaviensi, vidua, Sorore D.ni Branicki humaniter exceptus, et quotidiano Supremi Ducis cum sua Coniuge adventu defraudatus, præcipue vero ingenti numero Congregatorum illuc Nonunitorum protectionem a novis Dominis sibi promittentium, valde conturbatus, debui expectare adventum Ducum, quos, ne in aliquibus magis Nonuniti prævenirent, confeci, juxta adnexam Copiam, notam, eamque eunti hic in occursum Vasilkoviam Excubitori Mierzejewski reddidi, hoc unice fine, ut Duci in silentio perlegeret, redderetque. Fecit hoc modo Excubitor, ego vero majoris memoriæ gratia dedi unam ejusmodi Notam Generali Kurdwanowski, tamquam primo Ducis Ministro, alteram Generali Zakrzewski, tamquam confidentissimo Favorito, tertiam subdapifero Kurdwanowski, tamquam Generali in istis bonis Commissario Lisianscensi. Omnes dicebant, illam esse bene compositam, inter Nonunitum, et Apostatam veram intercedere differentiam, Apostatas tolerandos non esse, cum Leges tolerare ipsos in Regno prohibeant, ac demum Nonunitos minime offensionem ducere debere, si Apostatae juxta Legem punirentur. Legi istam Iudicialibus quoque Personis, hæc autem concitabant me, ut aliquem Saecularem ab Apostata injuriatum inclinarem ad citandum, ut vel super uno extendatur paena Lege sancita. Hoc præjudicatum omnes efficacissimo timore percelleret, et adiget ad Catholicam Unitatem, quam insolenter deseruerunt. (f. 173v) Percrebuit de hoc rumor per totum Oppidum, Apostatae autem audiebantur dicere, quod, si nihil apud Ducem lucrati fuerimus, omnes redibimus Radomysliam; ego vero declaravi unumquemque grate excipere, et a paena protegere. Exhibeat sua D.natio hanc copiam porrectæ Notæ, cui competit, et mihi sincere deferat quem sensum efficiet, quid ad sollicitationes Judicum dicet Varsavia? Et hoc est, quod me retinuit usque ad adventum Ducum, maxime cum a Duce literis manu propria scriptis Kijovia fuerim invitatus, ut in Domo sua essem Paterfamilias et Pastor. Illud etiam addendum est, quod 30 circiter Apostatae cum suo Pseudo-Decano audaci et superbo venerunt me visitare;<sup>265</sup> excepi ipsos paterne, invitabam amice, ut redirent ad Catholicam unitatem, præmovebam in confidentia de paenis Apostasiae, et declaravi me illos recepturum ad ovile. Pseudo-Decano autem revocavi in memoriam, Patrem ejus fuisse Unitum, et tempore mei hic Officialatus Decanum Canioviensem me illum amasse, et aestimasse semper. Abierunt cum modestia, et ante Oppidum Bialacerkiew solenniter

<sup>264</sup> Forsan epistola hæc scripta fuit Nuntio Apostolico Varsaviensi.

<sup>265</sup> Modus hic vere distat a quadam constrictione et violentia.

cum Communitatibus occurrebant Ducibus, qui 18a praesentis advenientes, grato animo a me, et numerosis Congregatis Civibus exceperunt salutationem. A 19 ad 23-m currentis nullomodo illuc eripere me potui... Deprehenso in angulo Duci revocavi in memoriam meam notam, ad quod mihi respondet: «Spiritalibus negotiis me non immiscebo, agant sibi Ecclesiastici cum Ecclesiasticis». Commendato itaque me, meaque Duci, die hesterna, dormiens conscendi in currum, et hic hora quinta postmeridiana adveni, etc.

## 177.

*Radomyslia, 24 . V . 1782.*

*De difficultatibus et periculis Unitorum in Imperio Moscoviae, et de Stanislae Siestrzencewicz eiusque modo agendi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, foll. 183-184.

Ex Literis Ill.mi Metropolitae, de 24. Maji (1782?). Radomislia.<sup>266</sup>

Recte sentit D.natio V.ra in Petropolitano Summo Pontifici Responso<sup>267</sup> nihil boni favore Unitorum contineri, imo, ejus tenore perpenso, potest cantari S.ae Unioni: «Requiescat in pace»; populus enim maxime rudis non habens in Ritu suo Episcopum, certo certius quaeret illum in Dominanti Religione; id ipsum faciet Clerus, utpote latinam linguam non calens. Antiquus D.ni Siestrzencewicz fuit conatus, ut Unitis dominaretur, faederatorum autem ipsi Jesuitarum implacabilis fuerat nisus, ut Ruthenum nostrum Ritum eradicatum viderent. Patientia! interimunt nos, sed et ipsi interibunt; scriptum enim et promissio Russiae Potestatis tantum erit ipsis certa, quantum nobis, et quantum pro «statu quo» servata. Administrationis est datus in Literis titulus, Summo Pontifici hucusque saeculis inusitatus, et eo magis Ecclesiae Capiti inconveniens, imo derogans. Literae istae non videntur agnoscere Papam ne quidem pro Latinorum Patriarcha, cum Graecis Patriarchis et Rossiacae Synodo semper adscribat titulum «Sanctissimi». Ex Literis istis apparet, Imperatricem falso Catholicorum numero valde seductam, cupere habere D.m Siestrzencewicz Archi-Episcopum, Unitos autem veluti parvum pugillum, absque proprio Pastore (f. 183v) relinquere velle, licet quotannis Vicario Albae Russiae Tabellae, parvum pugillum Latinorum in Alba Russia, totoque Imperio Rossiaco, Unitorum autem numerum ad millionem fere adscendentem demonstrarent. Quo ad numerum Unitorum, misi Polocia Tabellam S.ae M.ae Ill.mo Ogrodzki pro Serenissimo Domino, et antecedaneo Excell.mo D.no Nuntio pro Sede Ap.lica,<sup>268</sup> ex tabella ista facile consequitur Imperatricem aliena seductam malitia, Unitorum Pastorem abolere, Unionem praetextuose, sed

<sup>266</sup> Non facile conicitur cuinam litterae hae destinatae fuerunt.

<sup>267</sup> Cfr. *Diplomata Imperatorum, Regum, etc. nostrae Collectionis*.

<sup>268</sup> Josepho Garampi, Nuntio Varsaviensi (1772-1776).

efficaciter eradicare, et pactum super «statu quo» palam infringere, ad quod infirma Polonia tacere cogitur quidem, ast Potestates «statui quo» securitatem facientes, possunt aliquid dicere, et Ecclesiae Dei iuvamen adferre, si Ap.licae Sedis cura fuerint illuminatae. Quodsi infortunium hoc nobis acciderit, poterit ne Polonia permittere, ut extraneus Episcopus, isque diversi Ritus, occuparet Polona Bona pro Archiepiscopo Unito per foundationem inscripta, maxime cum Vicariatus Albae Russiae omnem relationem clero in Polonia derelicto cum Archiepiscopo Polocensi proprio Pastore severe hucusque prohibuit et prohibet, cuilibet Parocho invigilare Ovibus in ea parte relictis vetat, neque (f. 184) Monacho ex Polonia in Alba Russia habitare permittit. Imperator et Rex Prussiae delicate ac humaniter satagunt Pastorum Polonum remove ab ovibus existentibus in occupatis a se Regionibus; Russia autem, absque ullis ceremoniis, ita Spirituales Patres a Filiis, mandato, Milite, flagroque separavit, sicut Angelus in novissimo Dei Iudicio Damnatos a Beatis separabit. Faveat itaque Dominatio V.ra haec omnia, cui convenit, in silentio exponere, ut imbecillitas ratione retundat praepotentiam. Praeclaram satisfactionem Capiti Ecclesiae ex parte D.ni Siestrzencewicz, dum Imperatrix id ipsi laudat, quod Summus Pontifex vituperat!<sup>269</sup> Ego nescio, quid Excell. mus Nuntius cum Legato Russiae male instructo tractare poterit; si Jesuitas approbaverit, offendet Borbones; si Pastorum Graeco-Unitum sustulerit, amandabit ad infernum millones populi; si indulserit audaciae, iniquitati, astutiae D.ni Siestrzencewicz, scandalisabit totum mundum: hinc consequitur, quod si in Ecclesia Dei aliquid impii futurum sit, fiat id saltem absque benedictione Ap.lica.

## 178.

*Radomyslia, 12 . VII . 1782.*

*Refert de quodam motu Hajdamakorum noviter excitato.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 179.

Ex Literis Excell.mi Metropolitanani, de die 12 Julij 1782.

Proficiscor ad Oppidum Biala-Cerkiew dictum, fine accipiendae certioris de Haidamacis notitiae, de quibus hic id tantum auditur, quod ex Valachia Zaporovienses Cosaci,<sup>270</sup> ingressi per Krzemienczuk in nostras Oras, clauserunt se in Sylvis Lebedinensibus, quod salutarunt eosdem Haidamacos Monachi non Uniti Motrinensis Monasterij, promittendo ipsis suum adiutorium ad occidendos Latinos Catholicos, Hebraeos, et Unitos, ac de facto miserunt Apostolos

<sup>269</sup> Iam tunc conamina ex parte Stanislai Siestrzencewicz facta fuerunt, ut potiretur omnibus Ecclesiis in Imperio Rossiaco, et fieret caput omnium Ecclesiarum, unice Imperatrici Catharinae II oboediens. Archiepiscopatum fore per vim anno 1784 obtinuit Mohiloviensem.

<sup>270</sup> Rumores quidam de novis sublevationibus populi non erant nova omnino res; post destructionem eorum sedis in s. d. «sič», quidam numerus cosacorum migravit in ditones turcarum.

ad Villas pro excitando tumultu Rusticorum, quos Apostolos captivarunt jam Milites nostri (f. 179v) atque pro capiendis etiam Haidamacis progressi sunt armata manu.

## 179.

Varsavia, 16 . I . 1783.

*Sententia Metropolitanæ de opportunitate et possibilitate instituendi in Suffraganeum Stephanum Levynskyj.*

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 15, fol. 134.

Desideratur Episcopatus in Partibus pro Dominio Stephano Lewinski, Archidiacono cathedrali Leopoliensi, praevia Dispensatione ab obligatione suscipiendi Institutum Regulare Basilianum, atque ut desiderium hocce effectuari possit, quaeritur:

Nullum exinde Ritui Graeco praejudicium inferri poterit, quod vir adeo emeritus, et in Regia Aula tamdiu summa fidelitate deserviens, Ruthenaeque Ecclesiae negotia sedulo ibidem promovens, Episcopatum in Partibus cupiat, ac pro ejusmodi Dispensatione Sedi Apostolicae, de Regia voluntate, supplicet.

1<sup>o</sup>. An Excell. mus Dominus Metropolitanus dignabitur dare Literas ad Summum Pontificem, sive ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, consentiendo in dictum Episcopatum, salva dispensatione praedicta?

Qua fronte aut ratione Dispensationi Pontificiae dissentire possem, qui omnem Sedis Apostolicae voluntatem implere constanter studeo?

2<sup>o</sup>. Quoties Summus Pontifex benigne voluerit annuere Instantiae, an idem Excell. mus Dominus Metropolitanus dignabitur permissive se habere, ut Bullae Romae expediantur ad instar earum, quae pro Metropolia expediri solent, et pro executione duntaxat ad se Metropolitanum remittantur?

Ubi residet potestas conferendi Episcopatus in Partibus, inde profecto Bullas quoque expediri oportebit, dirigendas tamen ad me indignum Russiae Pastorem.

3<sup>o</sup>. Pro Congrua Episcopali an eae Assignationes, quas ad Proventus Abbatiae Suprasliensis, Episcopatus Vladimiriensis, et Metropolitae, ex Benignitate Apostolica, obtinuit, quaeque trecentos Aureos Hungaricales excedent, sufficere possint?

Et sufficient, et cum tempore augeri poterunt.

Datt. Varsaviae, 27 Januarij, 1783 Anno.

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI A.K.H.P. Metrop.  
totius Russiae

Anno 1783. Die 16-27 Januarij, Varsaviae, Actis Curiae Metropolitae totius Russiae Inductum.

Joannes Lewicki, Publicus S. Auth. Apost. eorumdemque  
Actorum Notarius (mpr).

## 180.

Varsavia, 27 . I . 1783.

*Sententia Smogorzewskij in causa provisionis Ecclesiae titularis in persona Stephani Lewinskyj.*

APF, *Scrutt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Rutheni*, vol. 15, fol. 134.

Desideratur Episcopatus in Partibus pro Domino Stephano Lewinski Archi-Diacono Cathedrali Leopoliensi,<sup>271</sup> praevia Dispensatione ab obligatione suscipiendi Institutum Regulare Basilianum, atque, ut desiderium hocce effectuari possit, quaeritur:

Nullum exinde Ritui Graeco praejudicium inferri poterit, quod Vir adeo emeritus, et in Regia Aula tamdiu summa fidelitate deserviens, Ruthenaeque Ecclesiae negotia sedulo ibidem promovens, Episcopatum in Partibus cupiat, ac pro ejusmodi dispensatione Sedi Apostolicae, de Regia voluntate, supplicet.

1°. An Excellentissimus Dominus Metropolitanus dignabitur dare Literas ad Summum Pontificem, sive ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, consentiendo in dictum Episcopatum, salva Dispensatione praedicta?

Qua fronte aut ratione Dispensationi Pontificiae dissentire possem, qui omnem Sedis Apostolicae voluntatem implere constanter studeo?<sup>272</sup>

2°. Quoties Summus Pontifex benigne voluerit annuere Instantiae, an idem Excellentissimus Dominus Metropolitanus dignabitur permissive se habere, ut Bullae Romae expediantur ad instar earum, quae pro Metropolia expediri solent, et pro Executione dumtaxat ad se, Metropolitanum remittantur?

Ubi residet potestas conferendi Episcopatus in Partibus, inde profecto Bullas quoque expediri oportebit, dirigendas tamen ad me, indignum Russiae Pastorem.

3°. Pro congrua Episcopali an eae assignationes, quae ad Proventus Abbatiae Suprasliensis, Episcopatus Vladimiriensis, et Metropoliae, ex Benignitate Apostolica, obtinuit, quaeque trecentos Aureos Hungaricales excedunt, sufficere possint?

Et sufficient, et cum tempore augeri poterunt...

Datt. Varsaviae, 27 Januarii, 1783. Anno.

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI,  
A.K.H.P. Metropolitanus tot. Russiae (m.pp.)

<sup>271</sup> Consecratus fuit episcopus tit. Thegeanus, et coadiutor personae Metropolitanae datus; postea obtinuit administrationem Luceoriensem et dein et ipsam cathedram Luceoriensem.

<sup>272</sup> Dispensatio a professione monastica, iuxta praescripta Synodi Zamostianae. Primus casus consecrationis episcopalis sacerdotis saecularis, sine ulla dispensatione, erat in provisione eparchiae Leopoliensis an. 1780, in persona Petri Bielanskyj.



Anno 1783, die 16/27 Januarii, Varsaviae Actis Curiae Metrop. ae t. Russiae inductum.

JOANNES LEWICKI,

Publicus S. Auth. Apostolica eorumdemque Actorum Notarius (mm.pp.)

181.

Varsavia, 30 . I . 1783.

*Supplicat Summo Pontifici pro assumendo sibi Coadiutore in Metropolia in persona Stephani Lewinskyj. Explicat necessitatem personalem et Eparchiae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congr.: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 15, fol. 91-2.

Beatissimo Padre.

L'avanzata mia età, e la vasta estensione della Diocesi Metropolitana, posta parte in Lituania, e parte in Polonia, m'indussero, subito che dalla Santità Vostra fui esaltato all'Arcivescovato di Kjovia, ad assumermi in Coadjutore Monsignor Horbacki, Vescovo di Pinsco.<sup>273</sup> Questo zelante Prelato, pronto ad accorrere à tutti quei bisogni della Metropolia, ai quali non posso supplire io stesso, mi presta tutto quell'ajuto, che me n'ero ripromesso. Quindi gli ho appoggiata l'amministrazione di quella porzione di Diocesi posta in Lituania, ed ho dirette tutte le mie cure alla vasta Provincia di Ukraina, che è la più gran porzione della Metropolia. Mi sono pertanto stabilito in quelle parti, ove finora alcun altro Metropolitanano non ha mai fatta la sua Residenza,<sup>274</sup> e procuro colla presenza e colla viva voce di ritener nella Santa Unione quelle molte Popolazioni, che dopo di essere state sedotte dalle violenze, e frodi de' Scismatici nelle ultime infelicissime turbolenze di Ukraina, sono in gran numero ritornate spontaneamente alla Cattolica Fede, e di andar richiamando al seno della Chiesa quei più ostinati Apostati, che persistono ancor nello Scisma. Mentre poi, benedicendo il Signore le pastorali mie cure, v'è la Santa Unione vieppiù accrescendosi in Ukraina, mi studio eziandio di accrescerne lo splendore in ogni (f. 91v) luogo e particolarmente in questa Capitale del Regno, ove molti Uniti continuamente dimorano. Laonde per comodo de' medesimi, e per decoro del nostro Rito, ho fatta fabricare in Varsavia una elegante, ed ampia Chiesa, ove saranno in avvenire celebrate tutte le feste colla maggiore solennità.<sup>275</sup> Siccome però riflétto, che questa sarebbe maggiore, se fossero talvolta celebrate Potificalmente da un qualche Vescovo, e che potrebbe a me stesso, ed a tutta la Gerarchia Rutena esser molto utile un Vescovo, il quale non fosse obbligato alla Residenza, e potesse accorrere ovunque lo chiamasse il bisogno della Nostra

<sup>273</sup> Bulla Coadiutoriae in personam Gedeonis Horbackyj iarr anno 1781 emissa fuit. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum...*, vol. II, pag. 261, nr. 833.

<sup>274</sup> Radomyslia, in Ucraina .

<sup>275</sup> Ecclesia haec usque ad nostra permansit tempora. Ultimo bello universali tamen multa damna passa est, ob pugnas civiles Varsaviae habitas.



Chiesa, perciò mi è nata la brama di veder decorato della Dignità Vescovile il Sacerdote Ruteno Stefano Lewinski, Arcidiacono di Leopoli, e mio Agente in Varsavia. È egli provveduto di rendite bastanti à mantener decorosamente la medesima dignità, è accetto à Sua Maestà ed a tutta la Corte, ed è universalmente stimato da tutto l'Ordine de' Vescovi Ruteni. Queste singolari circostanze, che concorrono a favore del sudetto Sacerdote, unite all'altra egualmente singolare, che, oltre le cure della Metropolia, sono eziandio incaricato dell'amministrazione di quella porzione di Diocesi di Polocko soggetta al Dominio della Polonia, (f. 92) mi spingono ad umiliare questa mia brama alla Santità Vostra, colla certa speranza, che per effetto di quel zelo in tante occasioni palesato per il vantaggio della Santa Unione, sarà per accoglierla benignamente, e degnerassi di promuovere lo stesso Sacerdote Lewinski a qualche titolo Vescovile *in Partibus*, commettendone a me la consacrazione. Prego poi la Vostra Santità a confortare il mio spirito colla sua Apostolica Benedizione, che divotamente imploro, nell'atto, che lasciando questa città, alla quale ho dovuto portarmi per sostenere una Lite della Mensa Metropolitana, e per dare a Sua Maestà in voce, ed in iscritto una distinta, e piena Informazione degli Apostati, per prevenire, e distruggere i loro falsi ricorsi, riprendo la strada di Ukraina. Infine, raccomandando a Vostra Santità me stesso, e tutta la Chiesa Rutena, le bacio umilissimamente i piedi.

Di Vostra Santità ubbidientissimo suddito

GIASONE IUNOSZA SMOGORZEWSKI,  
Arcivescovo di Kjovia, Halic., Pol., Metropolitano di Russia (m.pp.)

## 182.

..., 12 . IV . 1783.

*Refert de variis negotiis, spectantibus Ecclesiam Unitam.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 145, fol. 420.

Ex Literis Excell.mi D.ni Metropolitanì, die 12 Aprilis 1783.<sup>276</sup>

Deo gratia pro favorabili Responso ad Literas Sanctissimi. Ex corde gratulor Excell.mo D.no Nuntio adeo magnam Legationem quae suae Excellentiae immortalem apud Posteròs comparabit gloriam, ac suorum insignium meritorum accelerabit coronam. Sed quem secum accipiet? Mihi videretur accipiendus Pater Wazynsky, Abbas Zydyczynensis,<sup>277</sup> qui in historia ac lingua Graeca optime versatus, esset multum utilis Petropoli. Respectu autem Polocensium et Ukrainensium circumstantiarum darem in scripto informationem, sed prius habere exopto a benigna S.a Nuntiatura sua Interrogatoria, ad quae adaequate responderem, imploraremque auxilia.

<sup>276</sup> Litterae datae forsàn suo agenti Varsaviensi, i. e. Stephano Lewynskyj. Verosimiliter agitur de praeparatione legationis Nuntii Archetti Petropolim, quam et fecit anno 1784.

<sup>277</sup> Ex-Protoarchimandrita Basilianorum (1772-1780), et dein Episcopus Chelmensis (1790-1804). Vir doctus et in agendis habilis, suis vero temporibus vere egregius.

## 183.

*Radomyssia, 23 . V . 1783.**Clerus Metropolitae Kioviensis designat Cathedrativum pro erectione Capitularium sustentatione et sustentatione Capitularium.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 116.

A. — Clerus Metropolitanus Russiae,<sup>278</sup> ab onere persolvendi suo Pastori Cathedrativum liber factus, idem Cathedrativum pro perpetua suorum Capitularium sustentatione, in Radomisiensi Sinodo 12/23 Maj convertit, 1783.

Cum Ill.mus et R.mus in X.to D.nus Iason Iunosza Smogorzewski Archiepiscopus Polocensis, Metropolita totius Russiae, noster Clem.mus Archiepiscopus, pro commodo Archiepiscopatus suae, ac pro saeculis desiderata tam inveteratae plurimumque Catholicis damnosae ruditatis in Clero nostro sublevatione, sicque ad excitandam voluntatem in Litteris virtutibusque proficiendi, ac benemerendi (:quorum defectu Clerus abjectus ac rudis propagationi imo neque conservationi Catholicae Religionis haud par est:) in animum induxerit Capitulum dotare, ac pro congrua Capitularium sustentatione, Cathedrativum sibi canonibus sacris praecustoditum, ab ipsisque Fidei S.ae incunabulis hucusque incessanter hic practicum, liberaliter cedere dignatus fuerit; ejusmodi gratiam ex singulari sua benevolentia proveniente nos feliciter hodie recipientes, profunda cum veneratione summe debitas pro hac eidem respondimus grates. Et licet a Confratribus nostris, Domi relictis, hanc benignam Archiepiscopi benevolentiam nondum scientibus, in commissio habuerimus (:ob nimis tenues, insufficientes, et multifariam damnificatas Erectiones:) Cathedrativi modificationem ex postulandi, nihilo tamen secius considerando ex tali dote communes in Clero universum fructus cum decore secuturos fore, nostro proinde et Confratrum nostrorum nomine maxime cupimus, candidè declaramus, ac summopere ex postulamus, ut praefatum Cathedrativum integre, veluti ad praesens subsistit, perpetuis etiam temporibus immutabiliter permaneat, utque Personae capaciores, magis promeritae, ac unice Nobilium, Sacerdotum, Civiumque Regionum Filij, dummodo Dioecesani, et aliquo Doctoratu ornandi, hocce Capitulum constituent; in casu vero concurrentium, aequalibus meritis et doctrina pollentium, status Nobilitatis caeteris primus esto. Insuper, quoties (f. 116v) numerus Ecclesiarum imminueretur, toties quantitas etiam Cathedrativi, abhinc Contributionis Capitularis nomine salutata, justa in proportione modificetur, in casu autem, quo numerus Ecclesiarum augetur, eadem Contributio pariter augeatur, numquam augendo constitutam ac etiam nunc vigentem, in Decanatusque Kioviensibus ultra flor. 10,

---

<sup>278</sup> Agitur solummodo de eparchia metropolitana, non de clero totius Metropolitae Kioviensis. Practice agebatur tunc temporis de ea parte eparchiae, quae in Ucraina erat, prout patet ex loco et ex nominibus decanorum.

in Braclaviensibus ultra 13, in Polesiensibus tandem ultra 8, juste moderatam proportionem. Caeteras porro ejusdem Capituli Ordinationes zelanti ac sublimi Pastoris nostri iudicio, ejusque benevolentiae relinquentes, et subjicientes, pro rato ac grato, cum Successoribus universoque Clero, nos habituros pollicemur. Quae omnia in majorem fidem ac robur manibus nostris propriis subscripsimus. Datum Radomysliae, sub tempus Generalis Congregationis, die 12/23 Maij, 1783<sup>o</sup> anno. — Sequuntur subscriptiones RR.m Decanorum N<sup>o</sup> 35, et RR.m Delegatorum N<sup>o</sup> 55.<sup>279</sup>

Quod praesens Copia ex Authograppo Polonico idiomate conscripto in Latinum translata, ac per me infrascriptum Protonotarium Apostolicum cum eodem suo Autographo confrontata et collationata fideliter facta fuerit, attestor, sigilloque et subscriptione manus meae propriae, quibus in similibus utor, communico. Datum Radomysliae, die undecima Aprilis, 1786 Anno. — Antonius Rogala Lewicki, Protonotarius Apostolicus, Canon. Catt. Leopoliensis (mp.). /L. S./

## 184.

*Radomyslia, 3 . VI . 1783.*

*Supplicat clerus Regi Poloniae pro confirmatione cathedratici in favorem Capitulum cathedralium.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, foll. 117-18.

B. — Clerus metropolitanus Russiae ex Synodo Radomislia A<sup>o</sup> 1783 habita supplicat S.mo Poloniarum Regi pro sui Capituli Protectione, atquo Cathedratici in perpetuam Capitularibus dotem conversi approbatione, 3 Jun.<sup>280</sup>

Ser.me Rex, D.ne Cle.me. — Paterna Regiae Majestatis V.rae, D.ni Clem. mi Providentia, pro fine speciali bonum subditorum suorum habens, in Clerum etiam Ruthenum Regibus suis semper fidelem ac undique oppressum, oculos convertere dedignata non fuit, dum Constitutione anni 1775, fol. 26, titt: « Abolitio Contributionis Cathedratici a RR. Parochis R. G. U. Superioritati suae persolvi solitae », Ministerio suo ut de abolitione contributionis Cathedratici tractationem instituatur, praecommissit. Tam benigni Regis vestigia Pastor noster modernus Metropolita secutus, proprii Cleri paupertate, indeque inevitabili ruditate exemplariter commotus, adhuc sub die 12/23 Maij anni 1781, absolvit nos a praememorata, etsi quidem in Ecclesiis usitata Contributione. Tales zelantis Pastoris conatus concitarunt nos omnes hic praesentes, ut manus adjuatrices ejusmodi conatibus praeberemus; qua propter aequae ex unanimi spontaneaue totius Cleri voluntate, illam Cathedratici Contributionem, antea in

<sup>279</sup> Cfr. nomina adducta in documento sequenti.

<sup>280</sup> Agitur de Congressu, de quo in praecedenti documento; Congressus hic adunatus fuit ex clero eparchiae metropolitanae Kioviensis, qui inveniebatur in Ucraina. Locus celebrationis nec non nomina decanorum id omnino clare indicant.

aerarium Pastorale, absque ullo nostri fructu importari solitam, convertimus in opportunam Contributionem pro Capitulo, quod, juxta commune Ecclesiae S.æ exemplum et hic Antistites in laboribus, Clerum in Ordine et Orthodoxia debite coadjuvare queat, Officia vero Dioecesana capatius obeundo, nos a iugo omnibus noto ulterius tueatur; Sicque Clerum iuniorem ad desideratam educationem sorte sua alliciat. Placuit haec Victima Antistiti nostro, quin imo et a vestra Regia Majestate, D.no N.ro Clem.mo, uti nobis constat, collaudata fuit. Nihil ergo nobis ad complendam nostrae Archi-Dioeceseos felicitatem ultra restat, quam Monarchica taliter provisi Capituli Confirmatio ac Majestatica Protectio; pro qua, exemplo antiquorum vel saltem Vladimiriens. ac Leopoliens. recentiorum Capitulorum, ad Thronum Maiestatis Vestrae medio R.ndi Lewinski Archi-Diaconi Leopoliens., Fratris nostri, profundissima cum humilitate supplices sumus. — Datum Radomysliae, die 3<sup>o</sup> Junii 1783<sup>o</sup> — Vestrae Regiae Majestatis, D.ni Nostri Clem.mi — Fideles subditi et quotidiani Oratores<sup>281</sup> — Michael de Melen Meleniewski, Canonicus Cath. Leopoliens., Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnr.lis Metr. Kioviens. — Joannes Lubinski, Archi-Diaconus Cath. Camenecensis (f. 117v) Off.lis Braclaviens. — Ioannes Modliszewski, Parochus Viednicensis Decanus et Judex Surrog. Ovrucensis. — Thomas Turczynowicz Suszycki, Surrog. Zvinogroden. — Petrus Szatunski, Surrog. Kijoviensis. — Michael Rubanowicz, Decanus Bialo-Cerkieviens. — Andreas Ilnicki, Decanus et Pr.chus Chodorkoviens. — Iosephus Skulski, Decanus Berdyczoviens. Pr.chus Leszczynensis. — Theodorus Kondratowicz, Decanus Baraszoviens. — Gabriel Sienkiewicz, Decanus Radomyslens. — Basilius Jaworowski, Decanus Komargrodensis. — Eustachius Pawlowski, Decanus Pohrebyscensis. — Basilius Stopezanski, Alumnus Pap., Decanus Tetyioviens. — Gabriel Lewocki, Decanus Bilyloviens. — Ioannes Czemena, Decanus Krasnianens. — Ioannes Romanowicz, Decanus Vinnicensis. — Theodorus Nowohrebelski, Notarius Ap.licus, Decanus Czezelnicensis. — Basilius Rogala Lewicki, Dec. Brahiloviens. — Ioannes Rozvorowicz, Decanus Braclaviens. — Constantius Szubowicz, Dec. Niemirowiens. — Gregorius Lubinski, P. A. Decanus Jampolen. — Ioannes Bielawski, Decanus Lisianens. — Alexander Rubanowicz Decanus Czarnobylen. — Ioannes Haczewski, Decanus Dymiren. — Petrus Lasecki, Dec. Fastoviens. — Cyrillus Harasimowicz, Decanus Czudnoviens. — Petrus Dubiecki, Dec. Bohuslaviens. — Ioannes Kochanowski, Decanus Turyanens. — Andreas Lipnicki, Dec. Haysynens. — Joannes Niemielowski, Dec. Czemiechoviens. — Iosephus Kozaczynski, Decanus Zaruden. — Basilius Hovinski, Dec. Kalnicens. — Alexander Koszarowski, Decanus Smielanens. — Petrus Wagolowicz, Decanus Zytomiriens. — Alexander Kulicki, Administrator Stawicens. — Gregorius Pierzynski, Decanus Woronicensis. — Procopius Bielawski, Administrator Decanatus Pawolocen. — M. Leonto-

---

<sup>281</sup> Nomina haec saepe sat illegibilia sunt, et proinde quidam error in transcribendo excusari potest.



wicz, Decanus Pikovien. — Ioannes Kuczurowski, Decanus Holowaniewscen. — Andreas Paszuta, Decanus Berszaden. — Leo Galatowski, Decanus et Parochus Teplicensis. — Iacobus Ciaszkowski, Decanus Przylucensis. — Ioannes Chizewski, Alumnus Pap., Decanus Sokolovien. — Joannes Libicki, Decanus et Parochus Korsunen. — Macarius Andrzejowski, Decanus Kaniovien. — Ioannes Leontowicz, Decanus Lubarensis. — Basilius Slivnicki, Decanus Targovicensis. — Alexius Zalukowski, Decanus Humanensis. — Roman. Kufinski, Decanus Rasz (f. 118) koviensis. — Basilius Kremezowicz, Decanus Zywtovien. — Cyrillus Sierocinski, Decanus Granoviensis. — Gregorius Lapinski, Decanus Wolodarensis. — Ex Actis Synodi Dioeceseanae extractum et Sigillo Ill.mi Excell.mi ac R.mi D.ni, D.ni Loci Ordinarii communitum. — (LS) — Iosephus Wagotowicz, Actor. Consist. Genr.lis Metr. Kiovien., Notarius. — Praesentem Copiam ex Authentico Documento transumptam, confrontatam et collationatam cum eodem Authentico concordare attestor, in cuius rei fidem eandem subscripsi et sigillo Cels.mi, Ill.mi et R.mi D.ni Christophori Hilarii a Slupow Szembek, Uranopolitani et Coadjutoris Episcopi Plocensis, Ducis Sielunensis, Ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai Equitis, a SS.mo D.no N.ro Pio PP. VI. in Regno Poloniae etc. Deputati Vices-Gerentis, communivi. Varsaviae, die 5 Men. Iunii, Anno D.ni 1783. — (L. S.) — Iosephus Dzieszkowski, S.a Au.te Ap.lica Notarius et Actor. Trib.lis S.ae Nunziat. in Regno Poloniae etc. Vice-Cancellarius.

\* \* \*

C. — Rescriptum Regis cum Sigillo Rubro, 11 Julij 1783.

Quidquid dignus Pastor modernus Metropolita pro meliorando Statu Cleri sui Saecularis cum scitu D.ni Nuntij agit, id totum, uti conforme Constitutioni 1775, vere mihi placet, ac certus esse potest, una cum eodem suo Clero Rn.dus Metropolita de Mea Regia Gratia et Tutella. — 11 Iulij 1783. Varsaviae. — Stanislaus Augustus, Rex. — (L. S.) — In cera rubra Hispanica impressi.

Quod Praesens Copia ex Autographo Polonico idiomate conscripto in Latinum translata, ac per me infrascriptum Protonotarium Apostolicum cumeodem suo Autographo confrontata et collationata, fideliter facta fuerit, attestor, sigilloque et subscriptione manus meae propriae, quibus in similibus utor, communico. Datum Radomisliae, die undecima Aprilis, Anno Domini 1786°.

ANTONIUS ROGALA LEWICKI, Protonotarius Apostolicus  
(L. S.) Canon. Cath. Leopoliensis (mp.)

## 185.

*Radomyssia, 3 . IX . 1783.*

*Processus canonicus de persona Michaelis Matthaei Stadnicki, nominati in Coadiutorem Eparchiae Luceoriensis. Documenta biographica et depositio testium iuratorum.*

Instantia pro Instituendo Processu Rev.mi Nominati 3 7bris 1783.<sup>282</sup>

In Nomine Domini. Amen

Cunctis ubique sit notum, quod anno a Nativitate Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, die vero tertia mensis Septembris, V. S., Pontificatus autem Ss.mi Domini nostri, Domini Pii Papae VI, anno decimo, coram Ill.mo, Excell.mo et Rev.mo Domino Jasone Junosza Smogorzewski, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia Archiepiscopo Kioviensi, Haliciensi, et totius Russiae Metropolita, Archimandrita Kjovo-pezcarensi, et Ovrucensi, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Equite, comparuit personaliter admodum R.ndus Dominus Joannes Lopusiewicz, Ecclesiae Cathedralis Luceoriensis Rithus Latini Angelista, Ill.mi et Rev.mi Patris Don Constantini Michaelis, olim apud Regulares Scholarum Piarum Clericos Praesbyteri, dein Ecclesiarum Cathedralium primo Luceoriensis inpost Cracoviensis Canonici, ad praesens autem in Religione Sancti Basilii Magni Professi Mathaei Stadnicki,<sup>283</sup> Nominati Coadjutoris Episcopatus Luceoriensis et Ostrogensis legitimus Procurator, exhibito mandato Procurae in Personam sui sub die vigesima quarta mensis Junii, anno currenti, Polonico idiomate, prout sequitur, dato:

R.mus Pr. Nom. Procuratores ad Processum institu't, 24 Junii 1783.

*Polonice:* « Nizey podpisany znarr...<sup>284</sup>

*Idem Latine:* (f. 11v) — In Latinum vero, ut sequitur, translato.

Infrascriptus recognosco hac mea manuali Plenipotentia, quam ita firmam et ratam habere volo, acsi coram Publicis Actis solemniter esset recognita quia ego habens Processum de meis qualitatibus ex jure et consuetudine Consecrationem in Episcopatum praecedentem et in suprema jurisdictione Metropolitana fieri solitum, haudque valens ex motivis meae hoc tempore difficultatis eundem Processum attendere, loco igitur mei in veros, reales, et speciales Mandatarios Admodum R.dos Joannem Lopuszewicz, Consistorii Luceorien. in Ritu Latino Instigatorem, Joannem Moszoro, Praepositum Luceorien., Ignatium Michniewicz, Decanum Rovinscensem R.G.U. eligo, ac roboro, committendo iisdem omnem Potestatem eundem Processum inchoandi, et terminandi, hoc est: ut sic constituti supra memorati Mandatarii, documenta omnia mei Personam concernentia coram Ill.mo Domino Jasone Junosza Smogorzewski, Archiepiscopo Kioviensi totius Russiae Metropolitano reponant, Testes

<sup>282</sup> Processum hunc hic typis edere statuimus, quia factus fuit in praesentia Metropolitanae et proinde inter eius Acta connumerari potest et debet. Praeterea inservire potest hic processus ut exemplar aliorum processuum similium, auctoritate metropolitana factorum in provisione Episcopatum unitorum. Romae degentes, nobis alii processus hic et nunc sunt inaccessibiles.

<sup>283</sup> Michael Matthaeus Stadnicki, primum Coadiutor Luceoriensis et dein et ipse titularis huius cathedrae. Ab anno tamen 1787 obtinuit Administratorem in persona Stephani Lewynskyj, Ep. tit. Thegeani. Cfr. de Stadnicki *Audientias Sanctissimi*, vol. II, Romae 1965, in *Indice nominum et rerum*.

<sup>284</sup> Textus in lingua polonica omittuntur, quia statim adducuntur traductiones in linguam latinam.



fide dignos vitae meae bene gnaros statuunt, eosdem ad juramentum admittere, depositiones connotare, ex iisque definitivam sententiam ferre supplicent, et omnibus pontificiis juribus sibi debitis fruantur. Quodve per eosdem hac in re factum fuerit, id ego pro rato, firmo et grato tanquam (f. 12) ipsemet egissem, acceptare promitto, et praesens Procurae mandatum propria manu subscribo. Datt. Suprasliae, die 24 mensis Junij, 1783 anno. — P. Michael Mathaeus de Stadnicke Stadnicki, O.S. Basilii Magni, Unitus, Coadjutor Episcopatus Luceoriensis et Ostrogiensis. — In cujus mandati sequelam productis quoque authenticis documentis et quidem: R. mus Pr. Nominatus ad subdiaconatum promovetur, 19 Maj 1771.

*Primo:* Promotionis in sub-Diaconum, de tenore tali: Stanislaus Michael in Wyhow Wyhowski,<sup>285</sup> Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Dioclenis, Suffraganeus et Praepositus Cathedralis Premisliensis. — Universis et singulis praesentes Literas nostras inspecturis et lecturis salutem in Domino. Notum facimus, quia Nos Divina ope adjuti anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo primo, Dominica Pentecostes, quae erat 19 Maji, in Ecclesia Cathedrali Premisliensi, vigore gratiarum nobis concessarum, Dilectum Nobis in Christo Constantinum Stadnicki, Clericum Regularem scholarum Piarum, extra tempora, atque per examen idoneum repertum, ad titulum Paupertatis, in sub-Diaconum promovimus et ordinavimus, sicque a nobis promotum et Ordinatam praesentibus Literis manu nostra subscriptis et sigillo proprio communis attestamur. Datum Praemisliae, anno 1771, die 21 Mensis Maii. — Stanislaus Wyhowski, Episcopus (mp). LS. R. mus Pr. Nom. ad Diaconatum promovetur, 21 Maj 1771.

*Secundo:* Suscepti Diaconatus, videlicet: Stanislaus Michael in Wyhow Wyhowski, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Dioclenis, Suffraganeus et Praepositus Cathedralis Premisliensis. — Universis et singulis, praesentes Literas Nostras inspecturis et lecturis salutem in Domino. Notum facimus, quia nos Divina ope adjuti, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo primo, Feria 3 Pentecost., quae erat 21 Mai, in Ecclesia Cathedrali Premisliensi, vigore gratiarum nobis concessarum, nobis in Christo Dilectum Constantinum Stadnicki Clericum Regularem Scholarum Piarum, extra tempora atque per examen idoneum repertum, ad titulum Paupertatis, in Diaconum promovimus et ordinavimus, sicque a nobis promotum et ordinatum praesentibus Literis manu nostra (f. 12v) subscriptis et sigillo proprio communis attestamur. Datum Premisliae, anno 1771, die 21 mensis Maii. — Stanislaus Wyhowski, Episcopus (mp.) LS. — R. Pr. Nominatus ad Presbyteratum promovetur 26 Maj 1771.

*Tertio:* Praesbyteratus, ut sequitur: — Stanislaus Michael in Wyhow Wyhowski, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Dioclenis, Suffraganeus et Praepositus Cathedralis Premisliensis. — Universis et singulis,

---

<sup>285</sup> Stanislaus De Wyhow Wyhowski, Ep. tit. Dioclen. (1770-1778). Obiit ante diem 18 april. 1778.

in Domino praesentes Literas nostras inspecturis et lecturis salutem. Notum facimus, quia nos, Divina ope adjuncti, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo primo, Dominica SS. Trinitatis, quae erat 26 Maii, in ecclesia Cathedrali Premisliensi, vigore gratiarum nobis concessarum, nobis in Christo Dilectum Constantinum Stadnicki Clericum Regularem Scholarum Piarum, extra tempora, atque per examen idoneum repertum, ad titulum Paupertatis, in Praesbyterum promovimus et ordinavimus, sicque a nobis promotum et ordinatum, praesentibus Literis manu nostra subscriptis et sigillo proprio communitis attestamur. Datum Premisliae, anno 1771, die 26 mensis Maii. — Stanislaus Episcopus (mpr) — LS. —

Rev. mus Pr. Nominatus Clero Saec. et Dioec. Cracovien. incorporatur, 13 Sept. 1774.

*Quarto:* Incorporationis Dioecesi et Clero Cracoviensi postquam idem Ill. mus Nominatus a votis in suprafata Congregatione Clericorum Regularium emissis, gratia Sanctae Sedis Apostolicae dispensari obtinisset, ab Officio Generali Cracoviensi obtentae. — Cajetanus Ignatius Soltyk,<sup>286</sup> Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Cracoviensis, Dux Severiae. — Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, significamus, et ad notitiam indubitatum deducimus. Cum R. ndus Constantinus Michael Stadnicki originaliter Dioecesanus noster Cracoviensis, in Instituto Scholarum Piarum Professus Presbyter, in Collegio Premisliensi commorans supplex ad Ss. mum Dominum Nostrum pro obtinenda sui saecularisatione recurrisset, Rescriptumque Commissionis totius negotii ac delegationem necessariarum ad hoc facultatum in Personam Excell. mi et Rev. mi Domini Cardinalis (f. 13) Nuntii Apostolici Viennensis reportasset, tandemque ab eo executionem hujusmodi rescripti seu ipsam saecularisationem dispensationemque a votis Religionis, servatis servandis, certis sub conditionibus, inter quas etiam ea, ut aliquem Episcopum sui Receptorem, sub cujus obedientia et jurisdictione, in vim etiam solemnem obedientiae voti vivat, nanciscatur, obtinisset, Nobisque humiliter supplicasset, quatenus eundem uti originaliter nostrum Dioecesanum, taliterque, ut praemittitur, saecularisatum, rursus in Dioecesim suscipere, ac Clero Saeculari nostro adnumerare dignaremur, Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, visa et lecta transactione divisionis Bonorum inter Magnificos, Antonium, Petrum, Felicem, et Ignatium Stadnickie, Fratres sui Germanos, anno 1772, die 2 Novembris subsecuta, ad acta Castrensia Sanotecensia 6 ejusdem mensis Novembris anno eodem 1772 per oblatam inserta, in authentico exhibita, qua mediante eidem ex Patrimonio summa triginta millium Florenorum Polonicorum cum suo censu pro usu libero assignata est, hujusmodi titulo Patrimonii sufficienti adinvento, receptaque a supplicante praefato, super Catholicae Fidei Professione, tum quoque de obedientia et reverentia Nobis ac Celsissimis Suc-

---

<sup>286</sup> Cajetanus Soltyk, Episcopus Cracoviensis (1758-1782). Ab anno 1782 Administrator eparchiae erat Michael Georgius Poniatowski, usque ad annum 1788, ad obitum Soltyk.

cedaneis nostris Episcopis Cracoviensibus praestanda, corporali juramento, in Cancellaria Officii nostri praestito, eundem ad Dioecesim nostram admisimus, et denuo recepimus, Clero Saeculari nostro adnumeravimus, et facultatem Missae Sacrificia celebrandi, ac alia Officia Divina, et munia ecclesiastica, in quibusvis ecclesiis Dioecesis nostrae, de consensu respectivorum earum Rectorum, peragendi, donec aliquem alium titulum ecclesiasticum canonicè fuerit assecutus, concessimus, prout admittimus, recipimus, adnumeramus, et concedimus, (f. 13v) per praesentes. Praescribentes, quatenus ubicumque in Dioecesi manere, et domicilium figere constituerit, non aliter, nisi cum scitu Officii nostri maneat, et domicilium figat, alias se circa aliquam ecclesiam in Dioecesi locet. In quorum fidem praesentes per R. ndum Auditorem nostrum et Judicem Causarum Generalem subscriptas, Sigillo nostro munitas dedimus Cracoviae, in Palatio nostro Episcopali, die 13. 7bris 1774. — JOSEPHUS OLECHOWSKI, Auditor et Judex Generalis (mp). — LS. —

R. mus Pr. Nominatus ad Dignitates et Beneficia habilitatur, 7 Idus Aug. 1779.

*Quinto:* Rescripti Apostolicarum Sanctae Sedis gratiarum favore ejusdem Ill. mi Nominati ad obtinenda quaeque Beneficia et Dignitates Ecclesiasticas emanati. — In nomine Domini. Amen. Cunctis ubique sit notum, quod anno a Nativitate Domini Jesu Christi MDCCLXXIX, die vero XXV mensis Augusti, Pontificatus autem Ss. mi Domini Nostri Domini Pii Divina Providentia PP. VI anno ejus quinto, ego Off. Deputatus infrascriptus vidi et legi quasdam Literas Apostolicas sub Plumbo more Romanae Curiae expeditas, tenoris sequentis, videlicet: — Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Constantino Michaeli Stadnicki, Presbytero Cracovien., seu alterius civitatis vel Dioecesis in Polonia salutem et Apostolicam Benedictionem. Vitae et morum honestas, atque laudabilis probitatis et virtutum merita, sic per quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Te specialibus favoribus et gratis prosequamur. Hinc est, quod nos Te, cum quo alias pro eo, quod Tu tunc Clericus Regularis Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum expresse Professus existebas, certis tunc expressis de Causis, ut Tu in saeculo in habitu publici saecularis, sub certis modo et forma etiam tunc expressis vivere et remanere libere et licite posses, et vales, Apostolica Autoritate dispensari mandatum fuit; mandato hujusmodi debitae exequutioni demandato, praemissorum meritorum tuorum intuitu, amplioris gratiae favore prosequi volentes, Teque (f. 14) a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque eocl. sententiis, censuris, et poenis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum harum scrip. absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus nomine tuo Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tecum, dummodo tibi vitae ac morum probitas et idoneitas, aliaque virtutum merita alias suffragentur, et nullum aliud tibi obstet Canonicum Impedimentum, ut Professione per te in dicta Congregatione, ut praemittitur, emissa non obstante, quaecunque et qualiacunque cum cura et sine cura Beneficia Ecclesiastica, etiamsi Canonicatus et Praeb., Dignitates etiam majores, et principales Per-

sonatus, Administrationes, et Officia etiam Curata et Electiva, in Cathedralibus Metropolitanis, Collegiatis, aliisque ecclesiis, seu si Parochiales ecclesiae vel earum perpetuae Vicariae fuerint, si tibi alias Canonice conferantur, aut tu eligaris, praesenteris, vel alias assumaris ad illa, et instituaris ad eadem, recipere, et dummodo plura simul non sint, quaeque a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixeris retinere, nec non quascunque Pensiones annuas super similium vel dissimilium Beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, et proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis, Apostolica tibi auctoritate praefata reservandas, seu in te canonice transferendas percipere, exigere, levare, ac in tuos usus et utilitatem convertere, libere et licite valeas, Apostolica Auctoritate tenore Praesentium, de specialis dono gratiae, dispensamus, non obstante Professione praefata per te in dicto Ordine, ut praemittitur, emissa, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non ecclesiarum, in quibus Beneficia recipienda hujusmodi forsitan fuerint etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, et consuetudinibus contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino Hominum (f. 14v) liceat hanc Paginam Nostrae absolutionis et dispensationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentimo septuagesimo nono, septimo Idus Augusti, Pontificatus Nostri anno Quinto. — Loco + Plumbi — Quibus Literis visis Not. Publ. infrascriptus, praesens transumptum subscripsi, actu ut supra praesentibus DD. Thoma Facciotti, ac Josepho Josimi, Testibus. — A. Card. Prodatharius — LS — Ita est. Petrus Mattei NN. — Apostolicus — LS —.

Ill.mus D. Episc. Luceoriensis R.mo P.ri Stadnicki Coadjut. inscribit, 2 Jan. 1783. Polonico:

*Sexto* - Inscriptionis Coadjutoriae Episcopatus Luceoriensis et Ostrogiensis favore Ill.mi Nominati, ab Ill.mo et R.mo Cypriano Stecki Episcopo Luceorien. et Ostrogien., Polonico idiomate subsecutae, tenoris sequentis: — Wszem y obec . . . <sup>287</sup>

(f. 15) *Idem Latine*: Cujus versio in latinum est talis: — Omnibus et singulis quorum interest, significo: quia ego infra scriptus Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis, Exarcha totius Russiae, ex certis animum meum permoventibus motivis, in Coadjutorem ejusdem Episcopatus Luceorien. et Ostrogien. Perillustrem et Rev.dum Dominum Michaellem Stadnicki, de vita et moribus bene commendatum, sanguinisque Prosapia clarum eligere, et assumere constitui, uti quidem, spe favorabilis Sedis Apostolicae Indultus de Ritu Latino ad Ruthenum, et Dispensationis a Synodo Zamosciana, nec non sub beneplacito Sacrae Regiae Majestatis, Domini mei Clementissimi, in meum verum,

<sup>287</sup> Sequitur versio latina: « Omnibus et singulis... ».



certum, legitimum et perpetuum Coadjutorem cum indubitata totius Jurisdictionis et Possessionis, dum et quando Episcopatus Luceorien. et Ostrogien, vacaverit, potestate, et immutabili successione Praesentibus eligo, assumo, et adopto, et quartam partem omnium Proventuum ejusdem Episcopatus eidem assigno, declarando et submittendo me, eandem Coadjutoriam nunquam ullo modo per me aut per alias Personas irritaturum, aut eidem contraventurum, imo firmiter et immobiliter hoc omne conservaturum et manutenturum, ac ob majorem fidem manu propria me subscribo. Die 2 mensis Januarii 1783 anno — Cyprianus Stecki, Episcopus Luceoriae et Ostrogien., Exarcha Metropolitae totius Russiae — LS —.

*Septimo:* Nominationis Regiae ad eandem Coadjutoriam obtentae. — Stanislaus Augustus Dei gratia Rex (f. 15v) Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Czernichoviaeque. — Admodum R.ndo in Christo Patri Jasoni Junosza Smogorzewski, Archiepiscopo Kijoviensi et Haliciensis ac Metropolitae totius Russiae, sincere Nobis dilecto, significamus: quod cum R.ndus in Christo Pater Cyprianus Stecki, Episcopus Luceoriensis et Ostrogienensis, ob certas rationes animum suum permoventes, supplicari Nobis fecit, ut eidem in Coadjutorem cum futura successione Venerabilem Michaelem Stadnicki de consensu nostro Regio assumere liceret, Nos nobilitatem, genus, atque virtutum merita praedicti Venerabilis Michaelis Stadnicki commendata habentes, expositum Nobis memorati Episcopi Luceorien. et Ostrogien. propositum approbandum, et autoritate nostra Regia ratificandum esse censuimus salvo tamen Indulto Apostolico pro Transitu de Ritu Latino ad Ruthenum, et non alias, requirentes Admodum Reverendam Paternitatem Vestram, quatenus suprafatum Venerabilem Michaelem Stadnicki vigore Praesentium consensus et Nominationis nostrae Literarum, in Coadjutorem cum futura successione Episcopatus Luceoriensis et Ostrogienensis, praemissis de Jure praemitendis, consecret, et investiat, prout id ad Officium Admodum R.ndae Paternitatis Vestrae spectare et pertinere dignoscitur. Quem nos pro vero et indubitato dicti R.ndi Cypriani Stecki Episcopi Luceor. et Ostrogien. Coadjutore, et post sera facta ejusdem successore, cum apposita ut supra conditione nominamus et declaramus. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae, die XXVII mensis Januarii anno Domini MDCCLXXXIII, Regni vero nostri XIX anno — Stanislaus Augustus Rex — LS — Consensus super Coadjutoria Episcopatus Luceoriensis et Ostrogienensis R.G.U. R.ndo Cypriano Stecki in Personam Venerabilis Michaelis (f. 16) Stadnicki, salvis de Jure salvandis, datur. — Antonius Sikorski Sacrae Regiae Majestatis et Sigilli Majoris Regni Secretarius — Cancellariatu Ill.mi Excell.mi et R.ndmi Domini Antonii Onuphrii de Okaecie Okaecki Episcopi Poznaniensis et Varsaviensis, Supremi Cancellarii Regni Sigillatum.

S. Congr. de Prop. Fid. R.mum P. Nominatum super Transitu ad Ritus Ruthenum superque Tyrocinio dispensat, 7a. Apr. 1783.

*Octavo:* Decreti Sacrae Congregationis de Propaganda Fide super Tran-

situ ad Ritum Rutheno-Catholicum cum reductione tirocinii in Ordine S. B. Magni ad duos dumtaxat menses prolati. — Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitae die 7 Aprilis 1783. — Cum a R.ndo Patre Domino Cypriano Stecki, Episcopo Rutheno Luceoriensi et Ostrogensi, in Pastoralis oneris auxilium et levamen, de consensu Serenissimi Poloniae Regis adlectus fuerit in Coadjutorem cum futura successione Presbyter saecularis latinus Michael Stadnicki, Canonicus Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis, vir probitate, prudentia, aliisque virtutibus commendatus, et cum proinde supplicatum fuerit, ut ejusmodi electionem praevia ipsius D. Stadnicki dispensatione a tenore Novitiatum per Zamoscianam Synodum statuto, ad emittendam Regularem Professionem in Ordine S. B. Magni, sine qua ex praescripto praefatae Synodi, Sess. 3, tit. VI, nemo inter Ruthenos Episcopos esse potest; ut praevia concessione transitus de Ritu Latino ad Ruthenum, Apostolica Sedes benigne confirmare dignetur, Sacra Congregatio, referente R. P. D. Stephano Borgia, Secretario, attentis peculiaribus causis, ac praeclaris praecipue ejusdem Serenissimi Poloniae Regis erga S. Sedem meritis, ac studio, censuit consulendum SS.mo pro petita temporis diminutione ad explendum Tyrocinium in praefato Ordine Sancti Basilii Magni, nec non pro gratia transeundi post editam in eo Ordine Professionem ad Ritum Ruthenum, hac tamen lege, ut in eo deinceps persistere perpetuo (f. 16v) teneatur, iisque omnibus rite praestitis, expediendum Breve Apostolicum pro munere Coadjutoris in favorem praefati Domini Michaelis Stadnicki. — Quam Sacrae Congregationis sententiam Ss.mo Domino Nostro Pio Papae VI relatam, in audientia habita per eundem Dominum Secretarium, die 13 Aprilis anni 1783, Sanctitas Sua benigne in omnibus confirmavit, et quoad petitam temporis reductionem pro explendo Tyrocinio benigne indulgit, ut post menses duos probationis praedictus Dominus Michael Stadnicki solemnem Professionem in Ordine Basiliano emittere valeat, quibuscunque in contrarium non obstantibus. Datum Romae ex aedibus dictae Sacrae Congregationis, die 19 Aprilis 1783 - L. Cardinalis Antonellus Praefectus. - LS - S. Borgia Secretarius.

*Nono:* Testimonii super expleto Tyrocinio emissaque in Monasterio Suprasliensi Religiosa Professione extraditi. - Notum facimus, quibus interest, quod Perillustris R.dmus Dominus Michael Stadnicki, Canonicus Cracoviensis, die 15 mensis Martii anno 1783, ingressus fuerit Novitiatum Ordinis S. Basilii Magni in Monasterio Abbatiali Suprasliensi illumque perficiens omni exemplaritate, dum exceperit gratias pro diminutione temporis ejusdem Novitiatum, prout expressum est in Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die 19a mensis Aprilis anno praesenti Romae dato, servatis servandis, die 18 Maii eodemque anno solemnem religiosam pro more monachorum Supraslien., in quatuor vota, emisit Professionem. Datum in Monasterio Suprasliensi, die 19 Maii, 1783 anno. - Pat. Theod. Wislocki, Ordinis S. Basilii Magni, Administrator Abbatiae Supraslien. - P. Benedictus Choroszewicz, O.S.B.M. Praeses et Consultor Supraslien. - P. Josephus Nieczkouski, Ordinis S. Basilii Magni, Consultor Supraslien. (mp) - P. Bonifacius



Lewicki, Ordinis S. Basilii Magni, Consultor Supraslien. - Nicolaus Boryslawski Ordinis S. Basilii Magni, Consultor Suprasliensis. - LS. - (f. 19)

*Decimo*: Literarum Eminentissimi Domini Cardinalis Antonelli,<sup>288</sup> Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, ad Excell. mum Dominum Marchionem Archetti, Apostolicum in Polonia Nuntium, die 19 Aprilis anno currenti scriptarum tenoris hujus: - Ill. me et R. ssime Domine. - In sequelam Resolutionum Sacrae Congregationis Generalis, die 7 curren. celebratae, Sanctitas Sua dignata est benigne concedere Sacerdoti Michaeli Stadnicki, Nominato in Coadjutoriam Luceoriensem et Ostrogiensem, Indultum, ut possit facere Professionem Monasticam in Ordine Basiliano juxta Praescriptum Synodi Zamosciensis post solos duos menses Novitiatus, et postea transire ad Ritum Ruthenum, cum prohibitione tamen redeundi ad Ritum Latinum, idque ad effectum assumendi Coadjutoriam supra dictam. Accludo V. D. Documentum authenticum earundem Resolutionum Sacrae Congregationis, quatenus de iis certiore faciat Majestatem Regis Poloniae, cujus desideriorum specialiter habitus est respectus, in ejusmodi insolita gratia; tum ipsummet Stadnicki, et vel maxime Dominum Metropolitanum Russiae, cui etiam dignabitur transmittere Copiam authenticam Decreti, ad effectum, ut inseratur in Processu, qui, post Professionem solemnem Sacerdotis Stadnicki in Ordine Basiliano, debet formari per Metropolitanum supra dictum, fine deputationis praefati Stadnicki in Coadjutorem. Et quoniam necessarium est, ut electus Coadjutor habeat titulum Episcopatus, Dominatio Vestra poterit admonere D. Stecki, ut velit reponere unum ex suis duobus titulis Ecclesiarum, quibus praest, assignareque illum Coadjutori. Ejusmodi dimissionis expectabitur a Dominatione Vestra documentum insimul cum Processu Domini Metropolitanus, ut possit in sequelam (f. 19v) horum omnium expediri Breve Apostolicum Coadjutoriae. Et cum pro... nihil aliud superest quo ad talem materiam, maneo ex corde - D. Vestrae uti Frater Add. - L. Cardinalis Antonellus, Praefectus - LS. - Stephanus Borgia, Secretarius (mp).

- Repositis itaque his Documentis ac inhaerendo Decretis SS. Conc. Trid. tum Constitutionibus Felic. Record. Gregorii XIV, Canonicum Inquisitionis super vita, statu, moribus, idoneitate, suprafati Ill. mi Nominati Coadjutoris Luceorien. Processum institui, Testes examinaui, Ill. mum vero Cyprianum Stecki, Episcopum Luceoriensem et Ostrogiensem, ad dimissionem tituli Episcopatus Ostrogiensis stringi, et demum ad Canonicam Promotionem, prout de Jure, descendi, ac caetera, quae Juris ac Justitiae fuerit, decerni, debita cum instantia postulavi. - Praesente Ill. mo et Rev. mo Domino Cypriano Stecki, Episcopo Luceoriensi et Ostrogiensi, in dimissionem tituli Episcopatus sui Ostrogiensis, favore Rev. ssimi Mathaei Stadnicki libere consentiente, et originale ejusdem dimissionis documentum Excell. mo Metropolitanus brevi transmissurum declarante. - Qui Ill. mus, Excell. mus et Rev. mus Dominus Archiepiscopus Metropolitanus, ut supra, visis, lectis, et mature consideratis supra

<sup>288</sup> Leonardus Antonelli, Praefectus S. C. de Prop. Fide (1780-1795).

repositis Documentis, dictum Processum confici, juramenta et depositiones testium ad infra scripta Interrogatoria recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri, ac per me, Notarium Publicum connotari mandavit, Ill.mum autem Cyprianum Stecki, Episcopum Luceoriensem et Ostrogiensem,<sup>289</sup> ad promissam tituli Ostrogiensis dimissionem obligavit Decreti praesentis vigore.

(f. 20) INTERROGATORIA QUOAD PERSONAM ET QUALITATES  
REV.MI IN CHRISTO PATRIS D. MATHAEI STADNICKI, ORDINIS  
S. BASILII MAGNI, NOMINATI COADJUTORIS EPISCOPATUS LU-  
CEORIENSIS ET OSTROGIENSIS.

1º. An Testis noscat Rev.mum Patrem Matthaeum Stadnicki, quomodo et a quanto tempore, an sit ipsius Consaguineus, nimium Familiaris vel Inimicus? Quae causa scientiae?

2º. An sciat in qua Civitate loco et Dioecesi sit natus, a quo et quando Baptisatus? Quae causa scientiae?

3º. An sciat ipsum esse natum ex legitimo Matrimonio, atque honestis et catholicis Parentibus? Quae causa scientiae?

4º. An sciat eum esse in SS. Ordinibus constitutum quando et ubi? Quae causa scientiae?

5º. An sciat eum esse in ecclesiasticis Functionibus et exercitio Ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem ac devotum fuisse? Quae causa scientiae?

6º. An sciat eum semper catholice vixisse, et in Fidei puritate perman-  
sisse? Quae causa scientiae?

7º. An sciat eum praeditum esse bonis moribus, et an sit bonae conver-  
sationis et famae? Quae causa scientiae?

8º. An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico vel in Sacra Theologia insignitum esse, eaque doctrina ad praesens pollere, quae in Episcopo requiritur ad hoc, ut alios docere possit? Quae causa scientiae?

9º. An sciat eum aliquo munere functum fuisse, et quomodo se gessisse? Quae causa scientiae?

10º. An sciat eum aliquando publicum scandalum dedisse vel animi aut corporis vitio, aliove canonico Impedimento teneri? Quae causa scientiae?

(20v) 11º. An eum idoneum existimet ad prudenter et exemplariter re-  
gendam Ecclesiam Cathedralem Luceoriensem et Ostrogiensem, tum ad coad-  
juvandos Ill.mi Coadiuti Pastorales labores, et an censeat ejus Promotionem  
Ecclesiae proficuum fore? Quae causa scientiae?

12º. An sciat utrum Rev.mus Promovendus possideat aliqua Beneficia,  
an obligent ad Residentiam? Quae causa scientiae?

13º. An noscit Ill.mum Cyprianum Stecki, Episcopum Luceoriensem quo-  
modo et a quanto tempore? Quae causa scientiae?

---

<sup>289</sup> Cyprianus Stecki, Episcopus Luceoriensis (1778-1783).

14°. An sciat Ill.mum Coadjutum bona valetudine, viribusque Pastoralis curae debitis gaudere? Quae causa scientiae?

15°. An sciat quae motiva exigunt assumendi sibi Coadjutorem in Episcopatu Luceoriensi et Ostrogiensi? Quae causa scientiae?

16°. An sciat Rev.mum Promovendum ab Ill.mo Coadjuto sufficienter esse provisum? Quae causa scientiae?

INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESiarUM  
CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.<sup>290</sup>

1°. An sciat in qua Provincia sita est Civitas Luceor. et Ostrogiensis, quot constet Domibus, a quot Xti fidelium inhabitetur, cujusque Dominio in temporalibus subiaceat? Quae causa scientiae?

2°. An sciat in illis Civitatibus esse Ecclesias Cathedrales, sub qua invocatione, cujus structurae, et qualitatis, an indigent reparatione? quae causa scientiae?

3°. An sciat quot et quales in dictis Ecclesiis sint Dignitates, Canonicatus et alia Beneficia ecclesiastica. Quis sit numerus Presbiterorum et Clericorum ibi in Divinis inservientium, et quales sunt Redditi Dignitatum, Canoniceatum, (f. 21) et aliorum Beneficiorum? Quae causa scientiae?

4°. An in illis Cura animarum et per quem exerceatur? Quae causa scientiae?

5°. An habeant Sacra sufficienter instructa sacra suppellectili, caeterisque rebus ad Divinum cultum et Pontificalia exercenda necessariis, tum Choros, Campanilia, et Caemeteria? Quae causa scientiae?

6°. An sint in eis corpora aut Reliquiae Sanctorum, et quomodo asserventur? Quae causa scientiae?

7°. An habeant Domum pro Episcopi habitatione, ubi et qualem, quantum distat ab ecclesia Cathedrali, et an reparatione indigeat? Quae causa scientiae?

8°. An sciat verum valorem Redituum Mensae Episcopalis, ad quam summam annuatim ascendant, et utrum sint aliqua pensione onerati? Quae causa scientiae?

9°. Quot extant in dictis Civitatibus ecclesiae Parochiales, quot Collegiatae, quot Monasteria virorum et mulierum, quot Confraternitates et Hospitalia? Quae causa scientiae?

10°. Quantum sint amplae Dioeceses Luceorien. et Ostrogien.? Quae causa scientiae?

11°. An in eis erectum sit Seminarium, quot in eo alantur Clerici? Quae causa scientiae?

---

<sup>290</sup> Interrogatoria de statu Ecclesiarum habent suum momentum historicum, praesertim ob defectum relationum periodicarum, quas alii Episcopi, ritus praesertim latini, Sedi Apostolicae transmitti obligati erant.

12º. An sciat cui Archiepiscopo hae Ecclesiae sint suffraganae? Quae causa scientiae?

### IURAMENTUM

Iuro Deo Omnipotenti in Trinitate uno, me ad omnia Interrogatoria super vita Rev.mi Patris Mathaei Stadnicki, Nominati Coadjutoris Episcopatus Luceorien. et Ostrogien. superque statu Ecclesiarum Cathedralium Luceorien. et Ostrogien., tum (f. 21v) super ejusdem Coadjutoriae exigentia, vere, realiter et conscientiose responsurum, measque depositiones inviolabili secreto conservaturum, sic me Deus adjuvet et haec SS. Dei Evangelia.

### DEPOSITIONES TESTIUM

Primus Testis Ill.ris Admodum R.ndus Dominus Jacobus Haiewski R. L. Senior Collegii Angelistarum Ecclesiae Cathedralis Luceoriensis, Notarius Apostolicus, hodie celebravit, praestito juramento deposuit.

AD INTERROGATORRIA QUOAD PERSONAM ET QUALITATES REV.MI IN CHRISTO PATRIS D. MATHAEI STADNICKI, ORDINIS S. BASILII MAGNI, NOMINATI COADJUTORIS EPISCOPATUS LUCEORIENSIS ET OSTROGIENSIS.

Ad 1. - Nosco ab annis circiter quinque, quando R.ndus Promovendus fuit Canonicus Luceoriensis, saepe ipsum vidi ad Cathedram Luceoriae et Torczynii apud Ill.mum Episcopum Luceorien. non sum Inimicus, nec Consanguineus.

Ad 2. - Audivi natum esse in Palatinatu et Dioecesi Cracoviensi, sed a quo et quando Baptisatus nescio.

Ad 3. - Ex communi rumore audivi illum natum esse ex Parentibus nobilissimis et catholicis.

Ad 4. - Scio ipsum in SS. Ordinibus constitutum esse, quia saepius celebrantem vidi, a quo autem, quando et ubi sit Ordinatus nescio.

Ad 5. - Vidi ab annis quinque SS. Funtiones saepe peragentem, Sacramenta frequenter et administrantem et suscipientem.

Ad 6. - Ab annis quo nosco R.ndum Promovendum vidi eum semper catholice vixisse, et in fidei puritate permansisse.

Ad 7. - Bonis moribus aliquid contrarium peragentem nunquam vidi, nec bonae famae adversum audivi, imo exemplariter se gerentem animadverti.

(22) Ad 8vum. - Nescio utrum aliquo Gradu Doctorali sit praeditus, ex saepissima autem cum illo colloctione mea scio optime in Jure Canonico et Sacra Theologia doctum esse, ac suppono eam doctrinam ejus sufficere ad hoc, ut alios docere possit.

Ad 9m. - Nescio an exercuerit curam animarum, cum ex ore Promovendi ab aliisque audivi ipsum de proprio Patrimonio vixisse.

Ad 10m. - Nec vidi, nec audivi.

Ad 11m: Quantum humana fragilitas praescire permittit, existimo ipsum ad prudenter et exemplariter regendam Ecclesiam Cathedralium Luceoriensem ejusque Dioecesim idoneum esse, ac censeo, attentis qualitatibus illius Promotionem Ecclesiae et Dioecesi Luceoriensi et Ostrogiensi, tum pro coadjuvandis viribus Ill.issimi Coadjuti, utilem ac proficuum fore, quia conversatio mea cum illo hanc suppositionem mihi praebet.

Ad 12m. - Ante emissam Professionem possidebat Canonicatum Luceoriensem et aliquando residebat in Cathedra, ubi morabar, et sum beneficiatus in eadem Cathedrali.

Ad 13m. - Novi Ill.imum Coadjutum Cyprianum Stecki adhuc in Religione Basiliana Zydyczynii munus Procuratoris Causarum exercuisse, nosco etiam a tempore suae Consecrationis in Episcopum, quia ipsum saepe Luceoriae visitabam, et causas litigiosas in ejus Curia promovebam.

Ad 14m. - Saepius Ill.imum Coadjutum meis oculis observavi, adversa valetudine detineri, praesertim anno praesenti, et pati defectum in oculo sinistro, ac pro curanda sanitate aliquot hebdomadas morari Luceoriae, observavique die Caenae Domini ac Festo Paschatis difficulter ea, quae Ordinis Episcopalis sunt, exercere potuisse.

Ad 15m. - Existimo ex pluribus rationibus dandum esse Coadjutorem: 1º, ob amplitudinem Dioecesis; 2º, ob securitatem Bonorum Mensae episcopalis nimium debitis oneratorum; 3º, ob defectum (f. 22v) debitae Episcopo scientiae; 4º, ad restituendum debitum regimen in Dioecesi; 5º, ad defendenda jura Ecclesiae Cathedralis; 6º, ad praecavendas a Clero extorsiones; 7º, ad restaurandam igne combustam Cathedralium Luceorien. Haec omnia ex certa scientia depono, quia Luceoriae semper habito.

Ad 16m. - Audivi inscriptam esse quartam partem proventuum Mensae episcopalis favore R.udi Promovendi ab Ill.mo Episcopo Luceoriensi, ideoque suppono sufficienter esse provisum; siquidem certe scio Reditus episcopales annuos ascendere ad 80000, circiter, Florenorum Polonicalium.

#### IDEM AD INTERROGATORRIA QUOAD STATUM ECCLESIARUM CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.

Ad 1m. - Scio Civitatem Luceoriensem et Ostrogiensem sitas esse in Provincia minoris Poloniae, Palatinatu autem Volhyniae. Luceoria protenditur ad quadrantem miliaris Polonici, Ostrogia similis est magnitudinis. Luceoria ad praesens, post conflagrationem, suppono constare quingentas circiter Domos; Ostrogia totidem numerat Domos. Luceoria inhabitatur a duobus millibus circiter Christi fidelibus, ex quibus quingenti circiter reperuntur Rutheni Catholici; Ostrogiae totidem numerantur Christi Fideles, sed Ruthenorum Unitorum frequentior est numerus; scio quia Luceoriae maneo et Ostrogiae non semel praesens fui.

Ad 2m. - Scio Luceoriae Cathedralium antiquam esse combustam cum mansionibus Presbyterorum Cathedralium; pro nova autem jacta a p. f. Ill.mo Syl-



vestro Rudnicki,<sup>291</sup> Episcopo Luceoriensi fundamenta in eodem statu, quo ipso moriente relicta erant, manere imo ad ruinam vergere, ita, ut sepulchrum ejusdem Ill.mi Episcopi proximam (f. 23) minetur ruinam; cujus invocationis Cathedra Luceoriensis sit, nescio. Qualitas antiquae fuit de latere cocto mixtim cum ligno, more Prusico aedificata, et haec igne combusta extitit. Ostrogiae vero murata paenitus est collapsa, ad peragenda Divina inapta; sub cujus invocatione fuerit, nescio.

Ad 3m. - Scio extare in Cathedrali Luceoriensi Capitulum, constans ex Archi-Diacono, Ecclesiarcha, Chartophilace, Scholastico, et aliis quatuor circiter Canonicis; extant etiam penes eandem Cathedralis duo Beneficia simplicia pro Mansionariis duobus; praeter ista autem alia non reperiuntur; et Praelati ac Canonici, tum Mansionarii habent suos Reditus, quia Praedium Urvance dictum possident, et summas capitales proprias habent, quanti vero sunt uniuscujusque Reditus, ignoro; praemissa scio, quia Luceoriae maneo. Penes Cathedralis Ostrogiensem veluti collapsam nullus residet Presbyter, nec scio utrum extat aliqua Praelatura aut Canonicatus, praeter Archidiaconum, qui, ut subaudi, habet pro annuo fundo mille florenos Polonicales.

Ad 4m. - Nec in Luceoriensi nec in Ostrogiensi Cathedralibus cura animarum exercetur; de Luceoriensi scio, quia ibi maneo; Ostrogiensis vero collapsa, ubi Divina non peraguntur.

Ad 5m. - Sacraria non extant in Luceoriensi et Ostrogiensi Cathedralibus, primum enim igne combustum, alterum collapsum est. Neque Chorus aut Campanile extant ob easdem rationes, nec Caemeterium habetur, cum in illis cura animarum non exercetur. Sacra autem supellex ad peragenda Pontificalia reperitur Rozisciis, in Residentia Episcopali.

Ad 6m. - Ecclesiae Cathedrales uti una igne combusta, altera collapsa nullas habent Sanctorum Reliquias.

(f. 23v) Ad 7m. - Nec Luceoriae nec Ostrogiae extat Domus Episcopalis sed Rozisciis et in Zabcze, utraque lignea et satis pro Episcopo est commoda; Domus Rozisciensis a Cathedrali Luceoriensi milliaribus duobus, ab Ostrogiensi autem quatuordecem distat; Zabczensis vero a Luceoriensi quatuor, ab Ostrogiensi decem remota est. Domus Rozisciensis nulla indiget reparatione, ex quo a p. f. Episcopo Rudnicki de novo aedificata est. Zabczensis autem ruinae est proxima. Scio, quia saepe in iisdem locis fui.

Ad 8m. - Reditus Mensae episcopalis ad octuaginta circiter millia florenorum Polonicalium ascendere praeter Cathedraticum efficiens octodecem circiter millia florenorum. Scio, quia stante adhuc vita p.f. Episcopi Rudnicki major octuaginta millium florenorum Polonicalium summa pro annua arenda Bonorum Mensae episcopalis a Magnifico Maniecki, Dapifero Volhyniae, eidem Ill.mo Episcopo offerebatur. De Cathedratico autem saepe Synodo Dioecesanæ praesens audivi ab ipsismet Decanis et aliis Presbyteris praefatam 18000 Sum-

---

<sup>291</sup> Episcopus Luceoriensis ann. 1752-1777.



mam annuatim comportare solitis; nulla Pensione onerati sunt Reditus episcopales praeter publicas in Regno contributiones; Bona autem et Praedia quaedam, utpote Falemicze, Magnifico Podhorodenski, Teremne et Lipiany Magnifico Zalaeski, Pincernae Vladimiriensi, Pozarki Magnifico Wilezynski contractibus hypothecarijs in Summa ad centum millia florenorum ascendente a moderno Pastore onerata sunt. Scio quia eosdem Possessores nosco actu dicta Bona possidentes, et de quantitate summae audivi a Domino Jaesowski, Secretario Ill.mi Stecki, Episcopi Luceoriensis et ab aliis hominibus fide dignis.

Ad 9m. - Luceoriae existit una Parochialis, tit. Protectionis B. Virginis Mariae, Collegiata nulla, Monasterium virorum Ordinis Sancti (f. 24) Basilii Magni unum; mulierum nullum. Confraternitas in dicta Parochiali Protectionis B.V.M. una, Hospitale unum; Ostrogii vero Parochiales tres, Collegiata nulla; Monasterium virorum Ordinis Sancti Basilii Magni unum; mulierum nullum.

Ad 10m. - Longitudo Dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis in longum ad triginta, in latum ad viginti milliaria, nunc post avulsam partem ejusdem Dioecesis ad Cordonem Austriae protenditur. Ante avulsionem Ecclesiarum ad Cordonem Austriae praedictae Dioeceses numerabant ecclesias Parochiales mille ducentas; nunc suppono ad easdem pertinere numero mille; scio quia intra easdem Dioeceses commoror.

Ad 11m. - Ecclesia Cathedralis Luceoriensis ante sui conflagrationem habuit Seminarium, sub cura Perillustris Scholastici Cathedralis, pro quatuor circiter Clericis. Reliqui autem Promovendi ad SS. Ordines instruebantur Roziscis ab Instructore Ordinandorum. Scio, quia Luceoriae maneo, et tam eundem Perillustrum Scholasticum, quam eosdem Clericos novi.

Ad 12m. - Scio Ecclesias Luceoriensem et Ostrogiensem esse Suffraganeas Jurisdictioni Metropolitanae. Et tantum deposuit, cui impositum est silentium.

Ita pro veritate deposui. - Jacobus Haiewski, Senior Angelistarum ecclesiae latinae Cathedralis Luceoriensis (mp).

Secundus Testis Ill.ris Admodum R.ndus Dominus Andreas Kamocki, Cantor Cathedralis Luceoriensis, Praepositus Curatus in Skurcze, quatuor miliaribus Luceoria distans, hodie celebravit, juratus deposuit.

#### AD INTERROGATORIA QUOAD PERSONAM ET QUALITATES REV.MI PATRIS PROMOVENDI.

(f. 24v) Ad 1m. - Nosco illum ab annis septem; non sum Consanguineus nec Inimicus.

Ad 2m. - Etsi in vicinitate natus in Radomiensi Districtu, attamen nescio ubi baptisatus fuit.

Ad 3m. - Scio ex publica fama et ex Documentis productis.

Ad 4m. - Ut ad 3m.

Ad 5m. - Affirmative, quia frequentius cum illo versabar.

Ad 6m. - Affirmative.

Ad 7m. - Affirmative.

Ad 8m. - Ignoro quoad Gradum in Jure Canonico et Sacra Theologia; doctrinam tamen sufficientissimam habere scio ex conversatione.

Ad 9m. - Dominus Ordinarius utebatur prudentia et dexteritate in suis negotiis.

Ad 10m. - Negative per totum.

Ad 11m. - Affirmative per totum.

Ad 12m. - Beneficia si quae habuit eo ipso dimisit, quod Riturum et statum mutavit.

Ad 13m. - Ab annis circiter quindecim nosco Ill. m. Cyprianum Stecki, Episcopum Luceoriensem, cum adhuc munus Procuratoris in Ordine gesserit.

Ad 14m. - Affirmative.

Ad 15m. - Ignoro.

Ad 16m. - Ignoro. Et tantum deposuit cui impositum est silentium.

Ita pro veritate deposui. - Andreas Kamocki, Cantor Cathedralis Luceoriensis, Curatus in Skurze (mp).

(f. 25) Tertius Testis Ill. ris Admodum R. ndus Dominus Josephus Uminski, Canonicus Cathedralis Luceoriensis, Praepositus Ostrogiensis, hodie celebravit, juravit et deposuit.

#### AD INTERROGATORIA QUOAD PERSONAM R. MI PATRIS PROMOVENDI

Ad 1m. - Ab annis quinque nosco illum, simul habitando apud Episcopum modernum Luceoriensem, Ill. m. Felicem Turski; non sum ejus Consanguineus nec Inimicus.

Ad 2m. - Nescio, audivi ipsum natum esse in Dioecesi Cracoviensi, praesumo tamen affirmative ex documentis.

Ad 3m. - Scio ex publica fama.

Ad 4m. - Ut ad 3m.

Ad 5m. - Affirmative ex visu.

Ad 6m. - Affirmative ex visu et cohabitatione.

Ad 7m. - Affirmative iuro ex visu.

Ad 8m. - Ignoro utrum aliquo gradu sit munitus, scio tamen eum sufficientissime esse doctum.

Ad 9m. - Vidi saepius a suo Episcopo ad expeditiones Romanas ac varia negotia adhibitum fuisse.

Ad 10m. - Negative per totum.

Ad 11m. Ex bonis praemissis suppono affirmative.

Ad 12m. - Mutato Ritu et Statu censeo dimissa fuisse Beneficia, quae possidebat.

Ad 13m. - Nosco a tribus annis ex frequenti conversatione.

Ad 14m. - Negative.

Ad 15m. - Negative.

Ad 16m. - Ignoro et tantum deposuit, cui impositum est silentium. Ita pro veritate deposui. - Jos. Uminski, Can. Cath. Luc. Praep. Ostrog. (mpp).

(f. 25v) Quartus Testis Ill.ris Admodum R.ndus Dominus Michael Mamecki, Canonicus Cathedralis Smolenscen., Decanus Torozynensis, Praepositus in Wiszynki, heri celebravit, juratus deposuit.

AD INTERROGATORIA QUOAD PERSONAM REV.MI PATRIS  
PROMOVENDI

Ad 1m. - Noseo ab annis circiter tribus illum manentem circa Curiam Ill.mi loci Ordinarii mei, quocum frequenter conversabar. Non sum Consanguineus nec Inimicus.

Ad 2m. - Ignoro.

Ad 3m. - Ex publica fama censeo natum esse ex legitimis honestis ac nobilibus Parentibus.

Ad 4m. - Scio exinde constitutum esse in SS. Ordinibus, quod non semel vidi celebrantem.

Ad 5m. - Praeter Canonicatum Luceoriensem nullas Functiones habuit, vidi semper devotum, frequenter celebrantem.

Ad 6m. - Nihil in contrarium vidi, imo fidelem et devotum semper adverti.

Ad 7m. - Nihil mali audivi.

Ad 8m. - Non audivi ut sit aliquo Gradu insignitus; suppono certo possidere prudentiam et doctrinam ad alios docendum sufficientissimam, exinde quod instructus laudabilissime fuerat Scholis Piis, et sua doctrina pluribus Magnatibus complacuit.

Ad 9m. - Ignoro per totum.

Ad 10m. - Scio ex fama et conversatione quod sit omni ex parte honestus, nullumque habeat Canonicum Impedimentum.

Ad 11m. - Spero illum idoneum esse ad gerendum ovile quodlibet et ad coadjuvandas sui Coadjuti curas Pastorales; omnium judicio Promotionem Ecclesiae et Dioecesi fore utilissimam.

Ad 12m. - Mutato statu censeo dimissa esse Beneficia, si quae possidebat.

(f. 26) Ad 13m. - Noseo ab annis sex adhuc Zydzyczynense Procuratoris munus exercentem; quia familiarem cum illo habui amicitiam.

Ad 14m. - Affirmative per totum.

Ad 15m. - Status Ecclesiae, Cleri et Dioecesis omnino exigebat et exigit Coadjutorem, quia ob amplitudinem Dioecesis ipse suo Pastoralis Officio satisfacere non potest, et licet suos Officiales creavit, tamen solus Episcopus omnia negotia sibi expedienda reservavit, et Officialibus suum Officium exequi exhibuit. Egomet illi amica subministravi consilia, ut sibi assumat Virum probum et doctum in adjutorium suorum laborum; sed nullos exinde effectus vidi imo omnia negotia solus semper resolvit, et, ut scio, lucri gratia id sibi reservavit, et reservat.!

Ad 16m. - In Coadjutoriae inscriptione credo congruam esse assignatam.

AD INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESiarUM  
CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.

Ad 1m. - In Palatinatu Volhyniae situm habet Luceoria et Ostrogia; Ignoro quot constent Domibus, scio utramque Civitatem esse amplam et a plurimis Christi fidelibus inhabitatam, quorum numerus Parochis loci notus est. Luceorien. Civitas existit sub Dominio Regis Poloniae. Ostrogiensis vero sub Domino Principum Jablonowskie et Nobilium Malachowskie.

Ad 2m. - In utraque Civitate non extare ecclesias Cathedralis; Luceoriae enim quamvis p.f. Episcopus, Ill.mus Sylvester Rudnicki, incepit extructionem ecclesiae Cathedralis, attamen spretu sive negligentia aut alia ex ratione moderni Ill.mi Cypriani Stecki omni cura destituta haec fabrica ultimam ruinam respicit, et in devastatis ruderibus sepultus p.f. Ill.mus Rudnicki cum scandalo Populi haeret absque condigna decencia. Antea Luceoriae fuerat loco Cathedrae lignea Capella, sed ab annis tribus igne consumpta (f. 26v) fuit; Ostrogiae autem utrum sit Ecclesia Cathedralis, ignoro.

Ad 3m. - R.ndum Malawski fuisse Archi-Diaconum Luceoriensem, et alias habuisse haec Cathedralis Dignitates, nempe Archi-Presbyteri, Custodis et Cancellarii, atque aliquorum Canonicorum. Cum non extant Cathedralis, non inveniuntur etiam Presbyteri ad Divina necessarii. De rebus praebitis documentum Lustratio Bonorum Capituli Luceoriensis per me confecta.

Ad 4m. - Deficientibus Cathedralibus, non extare etiam Curam animarum, quae in distinctis ecclesiis Parochialibus Luceoriae et Ostrogiae existentibus per Clerum saecularem exercetur.

Ad 5m. - Ignoro per totum.

Ad 6m. - Ut ad 4m.

Ad 7m. - In Civitatibus nullae sunt Residentiae; Luceoriae tamen licet fuerat lignea Domus, haec tamen igne consumpta et neglecta.

Ad 8m. - Legi in Inventario Bonorum episcopaliu ascendere Reditus ad summam circiter quinquaginta millium florenorum Polonice, praeter Contributionem Cathedralis. Reliqua ignoro.

Ad 9m. - Luceoriae extat una Parochialis in Regimine Cleri Saecularis; Ostrogiae enim aliquot reperiuntur; Nulla tamen sunt Collegiata. Monasterium virorum Ordinis S.B.M. Luceoriae unum, Ostrogiae ejusdem Ordinis unum extat. Reliqua ignoro.

Ad 10m. - Scio satis esse amplam Dioecesim tam Luceoriensem quam Ostrogiensem, in Districtu Luceoriensi, Cremencensi et per partem Vladimiriensi jacentem.

Ad 11m. - Sub Praedecessore moderni Episcopi extiterat Luceoriae (f. 27) Seminarium, hodie autem nullum extat.

Ad 12m. - Suo Archi-episcopo Kijoviensi, Metropolitano totius Russiae. Et tantum deposuit, cui impositum est silentium.

Itapro veritate deposui. - Michael Mamiecki, Canonicus Cathedralis Smolensc., Decanus Torozyn., Praep. in Wiszynki (mpr).

Quintus Testis Admodum R. ndus Thomas Bilski R.G.U., Parochus Ecclesiae Radomysl. Assumptionis Beatae Virginis Mariae, Alumnus Collegii Pontificij Leopoliensis, Sacrae Theologiae et SS. Canonum Licentiatuſ, celebravit hodie, juratus deposuit.

AD INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESiarUM  
CATHEDRALIUM LUCEORIENSIS. ET OSTROGIENSIS.

Ad 1m. - Scio Civitatem Luceoriensem et Ostrogiensem sitam esse in Palatinatu Volhyniae; quam pluribus constare Domibus, a multis Christi Fidelibus inhabitatam, uti numerus horum notus est Parochis loci; Civitatem Luceorien. subjacere Dominio Regis Poloniarum; Ostrogiensem autem Principum Jablonowski.

Ad 2m. - In utraque Civitate desunt ecclesiae Cathedralis; in Civitate Luceoriensi erat quidem Capella extracta ab Ill.mo piae memoriae Sylvestro Rudnicki, Episcopo Luceoriensi, ast igne combusta extitit, gaudebat titulo St. Joannis Evangelistae. Modo autem vix rudera lapisque super lapidem remansit; cum etiam nova ecclesia ab Ill.mo Rudnicki aedificari caepta propter summam injuriam et negligentiam moderni Episcopi Luceoriensis, Ill.mi Cypriani Stecki devastata, desolata sit, deserta, oblivionique mandata, materialia sumptu ejusdem Ill.mi Rudnicki ad illam extruendam quam plurima praeparata, divendita, amicis donata, alia autem propter varias tempestates redacta in nihilum extiterunt. Nova ista structura quasi opus antiquissimum effecta est; unum in illa sepulchrum (f. 27v) nulla custodia donatum est, in quo jacet quidam, ni fallor, Episcopus, omnibus ad videndum, ac si in via publica jaceret, expositus, cum magno Populi scandalo. In altero vero ossa Ill.mi Rudnicki sine ulla pariter decentia. De Ostrogiens. ecclesia exiguum habeo notitiam.

Ad 3m. - Scio in his ecclesiis foundationem esse pro Dignitatibus, et Canonicatibus, uti, Archi-Diacono, Custode, Scholastico, Cancellario, et aliis. Cum autem Ecclesia Luceoriensis combusta sit, nullus penes eam existit Presbyter. Remanserunt duo Mansionarii, qui penes ecclesiam Parochialem Luceoriae Protect. B. V. Mariae habitantes in alienis Domibus de proprio et ex Providentia Divina, cum ultimo status sui incommodo, et sine sustentatione honesta degentes; unus illorum a duobus annis nullam solutionem ab Ill.mo Episcopo, a Dioecesi contribui solitam, recipit. Alter vero solis promissionibus, nonnunquam minis et vana spe de Residentia episcopali vix non expulsus detrususque in mea praesentia erat. Reditus pro Canonicatibus sunt sufficientes.

Ad 4m. - Cura animarum exercetur in Civitate Luceoriensi a Per. Illri Malawski, Archi-Diacono in Ecclesia ejus Parochiali Luceoriae, Protect. B. Virginis Mariae.

Ad 5m. - In Luceoriensi Ecclesia Chorus, Campanilia et Caemeterium desunt propter superius memoratam combustionem; Pontificalia autem et alia manent Rozisciis. Haec saepissime meismet vidi oculis.

Ad 6m. - Nullae in istis ecclesiis asservantur Reliquiae. Corpora autem



mortuorum Episcoporum in ecclesia Luceoriensi, uti dixi, sine ulla decentia, et debita custodia manent, cum Ill.mus Episcopus nec minimam de iis habeat sollicitudinem (f. 28). Obtundunt aures nostras gemitus nostrorum Praelatorum, clamores Populi Civiumque Luceoriensium.

His autem praetermissis, omnium istarum indecentiarum oculatus sum testis.

Ad 7m. - Domus pro Episcopi habitatione ordinarie Rozisciis habetur, melius Cathedrali provisae, nulla indiget reparatione. Imo, omni cohonestata ornatu decentique habitatione.

Ad 8m. - Quoad Reditus Episcopatus Luceoriensis, ultra Contributionem a Dioecesi colligi solitam sub titulo Cathedralici, 13000 circiter, Reditus ex Bonis omnibus ad 50000 ascendebant antea; modo vero reditus isti determinari nequeunt, cum Bona adeo Episcopalia a Creditoribus occupata extent, ut vix villae quinque in partem Episcopi, nescio quo fato, remanserint. Perill.ri enim Wisniowski, Notario Terrestri, debentur ab Ill.mo Cypriano Stecki 100000, Perill.ri Zalaeski 30000, Ill.mi Rudnicki Successoribus 59000, Perill.ri Dobrzelewski, in fallor, 3000, Ecclesiae Parochiali Boromelen 4000, et multa alia.

Ad 9m. - In Civitate Luceoriensi extat una ecclesia Parochialis Protectionis Beatae Virginis Mariae sub cura Perill.ri Malawski, Archi-Diaconi. Monasterium unum Basilianorum; in Civitate Ostrogiensi Ecclesiae Parochiales 4.

Ad 10m. - Dioeceses Luceoriensis et Ostrogiensis continent in se ecclesias mille et trecentum.

Ad 11m. - Seminarium fundatum erat ex contributione Cleri pro 4 Clericis, qui feliciter, continuo successu, pereximie, in numero completo educabantur a Perill.ri Basurabski, Scholastico Cathedrali, vivente Ill.mo Rudnicki; nunc vero neque mentio de Seminario facienda, cum in nostra Dioecesi (f. 28 v) moris apud Ill.mum Stecki omnes bonae educationis Viros caliniano prosequi odio, neque ad ulla promovendi Dignitates.

Ad 12m. - Ecclesiae istae Metropolitanano Kijoviae totius Russiae suffraganeae sunt.

Ita pro veritate deposui. - Thomas Bilski, Parochus Radomyslen. (mpr).

Sextus Testis Admodum R.ndus Gregorius Tutkowski R.G.U., Parochus Ecclesiae Targovicensis, celebravit hodie, juratus deposuit.

#### AD INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESiarUM CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.

Ad 1m. - Civitas Luceoriensis et Ostrogiensis sitae sunt in Palatinatu Volhyniae, constant domibus compluribus, in quibus inhabitant Christi fideles, quorum certum numerum ignoro. Luceoria subjacet Dominio Serenissimi Regis Poloniae, Ostrogium vero celsissimi Principis Jablonowski.

Ad 2m. - Tam in Civitate Luceoriensi quam Ostrogiensi desunt ecclesiae. In Civitate Luceoriensi erat Capella aedificata ab Ill.mo Sylvester Rudnicki, olim loci Ordinario, sed nunc est igne combusta, sub titulo S. Joannis Evange-



listae; nova vero caepta strui, ab eodem memorato piae memoriae Episcopo, per negligentiam moderni Episcopi, Ill.mi Cypriani Stecki, desolata et penitus oblita, necessariaque pro struenda Ecclesia olim praeparata variis modis sunt dissipata. Sepulchra duo existunt sub ruderibus novae Ecclesiae; in uno posita sunt corpora Ill.morum Rudniciorum Episcoporum, il altero ossa nescio ejus Episcopi jacent, sine ulla oclusione et convenienti decentia (f. 29), ego ipse vidi. In Civitate vero Ostrogiensi ecclesiae vetustissimae Cathedralis, ignoro sub cujus titulo extractae, vix rudera remansisse vidi.

Ad 3m. - Scio foundationem esse in Ecclesia Luceoriensi pro aliquot Prae-latis, in fundo Cathedrali a combustione nullus Clericus manet, sunt duo Mansionarii, qui degent penes ecclesiam Parochialem Luceoriensem, in alienis Domibus, de proprio viventes, quia pecuniae compositae ex Dioecesibus in manibus Ill.mi loci Ordinarii remanent, ex confessione publica Mansionarios audivi; de statu Redituum qualis est nescio.

Ad 4m. - Curam animarum exercet in Civitate Luceoriensi Perill.ris R.ndus Dominus Michael Malawski, Archi-Diaconus Luceoriensis, in ecclesia sub tit. Protectionis B. Virginis Mariae.

Ad 5m. - Caemeterium, Campanilia, Chorus etc. desunt in civitate Luceoriensi a combustione ignis; quaecunque vero spectant ad celebranda Divina existunt Rozisciis, in Residentia Episcopali, ego ipse saepenumero vidi.

Ad 6m. - Ignoro.

Ad 7m. - Domus pro habitatione episcopali una est Rozisciis, ad omnem commodum extracta, et bene ornata, nulla indiget reparatione, altera Domus in Podberezie utcunque ornata, egomet vidi, sunt et aliae, quas ignoro.

Ad 8m. - Certum valorem Redituum Mensae episcopalis nescio.

Ad 9m. - In civitate Luceoriensi existit ecclesia nisi una Parochialis sub titulo Protectionis Beatae Virginis Mariae et Monasterium Ordinis S. Basilii Magni.

Ad 10m. - Habeo notitiam ex auditu existere in utraque Dioecesi ecclesiae circiter mille ducentas.

Ad 11m. - Seminarium deest.

Ad 12m. - Ecclesiae utriusque Dioecesis subsunt Ill.mo Metropolitano Kijoviensi totius Russiae suffraganae.

(f. 29v) Ita pro veritate deposui. - Gregorius Tutkowski, Parochus Targovicensis (mp).

Septimus Testis Admodum R.ndus Dominus Joannes Kniezynski R.G.U., Parochus Ecclesiae sub titulo S. Nicolai Episcopi, Civitatis Dubnensis, celebravit die Dominica, juratus deposuit.

#### AD INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESiarUM CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.

Ad 1m. - Civitas Luceoria sita est in Palatinatu Volhyniae, constat Domibus trecentis et aliquot insuper, Christi Fideles permixtim in Ritu Latino

et Rutheno Unito manent, mille circiter numerari possunt Ritus Rutheni. Luceoria est Regia Civitas. De civitate vero Ostrogieni ejusque Ecclesia nihil est quod deponam. Quoniam principalis illius ecclesia vetustate temporis collapsa jacet in suis ruderebus.

Ad 2m. - Ecclesia Cathedralis Luceoriensis, ut jam dixi, exusta, titulo S. Evangelistae Joannis insignitur, restauratione indiget.

Ad 3m. - Ad eandem ecclesiam Cathedralem Luceoriensem fundati sunt quatuor Praelati, nempe Archidiaconus, Custos, Scholasticus, et Cancellarius, de mensa communi vivunt, et ministerio Altaris inserviunt, ad illos pertinet Villa Rowance, ex prima Capituli Fundatione; praeterea habent inscriptas summas singillatim suis titulis applicatas, ex quarum censu annuo suis reliquis necessitatibus provident; tandem ex Dioecesi Luceoriensi et Ostrogien. quotannis contribuitur summa duo millia florenorum Polonicalium pro Mansionariis quatuor Cathedralibus, et duobus Cuasarum Procuratoribus destinata, sed haec summa quamvis quotannis a Dioecesi persolvitur, haeret tamen in aerario Episcopali cum summa injuria Mansionariorum et Procuratorum.

(f. 30) Ad 4m. - Curam animarum totius civitatis Luceoriensis exercet Parochus ecclesiae sub invocatione Protect. Beatae Virginis Mariae Luceorien.

Ad 5m. - Ecclesia haec Cathedralis sufficienter fuit instructa sacra suppellectili et vasis argenteis usui Pontificalium destinatis, sed modernus Ill.mus Pastor quaedam vasa sacra argentea fregit, liquefecit, et in Discos mensales profanos convertit.

Ad 6m. - Corpora Sanctorum in Cathedrali nulla fuerunt; Reliquiae vero more Ritus nostri in Antimensiis conservantur.

Ad 7m. - Ill.mus Pastor Residentiam habet in Villa, quae distat ab ecclesia Cathedrali tribus milliaribus et reparatione non indiget.

Ad 8m. - Audivi, quod valor reddituum Mensae episcopalis ad summam octoginta millium florenorum Polonicalium ascendat, sed quoniam Bona Episcopalia oneribus gravata et Possessionibus Saecularium manumissa sunt, ideo hodie vix triginta millia annui Reditus numerantur.

Ad 9m. - In civitate Luceoriensi una tantum ecclesia Parochialis extat, et Monasterium Religiosorum Ordinis S. Basili Magni unum; neque Confraternitates, neque Xenodochia reperiuntur in Ritu nostro.

Ad 10m. - Numerabantur ecclesiae Parochiales in Dioecesi Luceoriensi et Ostrogieni mille ducentae, sed ex iisdem ad Cordonem Cesareum centum circiter Ecclesiae abstractae et Dioecesi Leopoliensi ejusque Episcopo applicatae sunt.

Ad 11m. - Ad ecclesiam Cathedralem Luceoriensem fundatum est Seminarium ex contributione Dioecesana. Summa haec pro fundatione collecta ascendit ad triginta millium florenorum Polonicalium, de cujus censu annuo providebatur victui et amictui Clericorum in eodem Seminario existentium; nunc vero post conflagrationem Urbis, quoniam non habent Seminaristae mansiones, in quibus habitent, ideo non reperiuntur. (f. 30v) Ill.mus vero Episcopus noster quaerit modos quibus eandem summam in suos convertat usus, cujus conatibus obstant Praelati Cathedrales Luceorienses.

Ad 12m. - Sicut omnes ecclesiae Cathedrales in Russia Rutheno-Catholica existentes, ita et haec Cathedralis Luceoriensis et Ostrogiensis Suffraganea est Ill.mo, Excell.mo Domino Archiepiscopo Kioviensi, Metropolitano totius Russiae. Haec omnia bene novi, quoniam in hac Dioecesi natus, educatus et consecratus Presbyter, fueram in obsequiis pie defunctorum Episcoporum. - Quam depositionem manu mea propria subscripsi. - Joannes Kniezynski, Parochus ecclesiae sub invocatione Sancti Nicolai Episcopi, Civitatis Dubnensis (mp).

Octavus Testis Perill.ris Admodum R.ndus Theodosius Brodowicz,<sup>292</sup> Custos Cathedralis et Officialis Generalis Luceoriensis R.G.U., celebravit hac eadem die, juratus deposuit.

#### AD INTROGGATORIA QUOAD PERSONAM ET QUALITATES REV.MI PATRIS PROMOVENDI

Ad 1m. - Non novi quidem Personam Rev.mi Patris Mathaei Stadnicki sed de ipsius qualitatibus ab iis, quos ille Socios in vita et Collegas in Dignitatibus Ecclesiasticis habuit, audivi.

Ad 2m. - Legi documenta authentica, ex quibus patet eum in Dioecesi Cracoviensi natum et baptisatum fuisse.

Ad 3m. - Eadem documenta sonant, eum ex legitimo Matrimonio, Patre scilicet Generoso Josepho Stadnicki, Vexilifero Vendenensi, Matre vero Generosa Marcianna de Morskie Stadnicka genitum esse.

Ad 4m. - Eadem documenta enuntiant Rev.mum Stadnicki suscepisse majores tres Ordines, nempe: Subdiaconatum Diaconatum et Presbyteratum anno 1771, mensis Maii, servatis dierum interstitiis, in Ecclesia Cathedrali Premisliensi, ab Ill.mo, Rev.mo Domino Stanislao Wyhowski, Episcopo Diocensi, Suffraganeo Premisliensi.

(f. 31) Ad 5m, 6m, et 7m. - A tempore suae ordinationis in Religione Clericorum Regularium Scholarum Piarum usque adhuc, idem Rev.mus Stadnicki varia gessit Officia, Scholas docuit, in exercitio susceptorum Ordinum devote versatus est; subinde vero, praevia Sanctae Sedis super vota religiosa dispensatione, clero saeculari adscriptus, primo ad Luceoriensem, postea ad Cracoviensem Canonicatum promotus fuit; vir catholicus, sacerdos exemplaris, bonae conversationis et famae. Haec ego omnia cum in documentis, tum ex ore Sociorum vitae ejus et Collegarum in Canonicatu comperta habeo.

Ad 8m. - Quamvis documenta authentica non legi, Theologum tamen et Doctoratu Juris utriusque in Academia Cracoviensi insignitum esse, atque peritia linguarum etiam exterarum, scilicet: Italicae et Gallicae pollere audivi.

Ad 9m. - Jam dixi ad articulum 5m, praeter ea plus ignoro.

---

<sup>292</sup> Theodosius Brodovyč, archipresbyter Luceoriensis. Obiit an. 1803. Scripsit famosam relationem: « *Widok przemocy na słaba niewinność srogo wywartej roku 1790* », ed. a J. Holovackyj (1861) et O. Bodianskyj in « *Ctenia* ».

Ad 10m. - Exemplarem esse Sacerdotem, nullo publico notatum scandalo, nulloque animi vel corporis laborare vitio, rumor spargit publicus.

Ad 11m. - Ejusmodi qualitates Rev.mi Stadnicki non vanam spem nobis faciunt, eum in tempore exemplariter rectorum Ecclesiam Cathedralium Luceoriensem et Ostrogiensem, atque juvenum labores Ill.mi praesentanei Pastoris nostri, si modo ipsi per eundem Ill.mum Coadjutum licebit; Provisio enim Coadjutoris in tanto disordine Dioeceseos omnino necessaria est, ut scilicet futurus Coadjutor in Gradu Episcopali constitutus disciplinam ecclesiasticam paene collapsam restituat, labem Symoniae pro Sacris Ordinationibus et beneficiis ecclesiasticis, quae alias a praesentaneo Pastore recipi non possunt, a Clero Dioecetano abstergat, vindicando honori Divino toties scandalosa ejusdem Pastoris vita publice injuriato strenue sese accingat, Bona Mensae episcopalis variis Creditoribus oppignorata rehabeat, Cathedralium ecclesiam Luceoriensem cum Mansionibus Clericorum ab annis quatuor combustam, de quibus hodie ne cogitatur (f. 31v) quidem, aedificet. Testis ego sum harum calamitatum oculatus et vitae morumque Ill.mi Pastoris mei, ac Promotionis ejus ad hanc sedem Episcopalem contra omne jus factae bene conscius, utpote in partem sollicitudinis Pastoralis designatus.

Ad 12m. - Nescio utrum possideat aliqua Beneficia.

Ad 13m. - Nosco meum Pastorem adhuc in Religione Basiliana viventem.

Ad 14m. - Non mala valetudo, sed superius expressa motiva omnino exigunt non solum assumendi, sed ultro imponendi Coadjutorem, imo in eundem transfundendi universum in Spiritualibus et Temporalibus Regimen; aliter enim rationibus Ecclesiae et nostri minime providebitur.

Ad 15m. - Ut ad 11m, et 14m.

Ad 16m. - Legi inscriptionem Coadjutoriae ab Ill.mo Pastore datam Rev.mo Stadnicki, et quartam partem omnium Proventuum Episcopatus Luceoriensis et Ostrogiensis eidem in sustentationem assignatam, eamque sufficientem animadverti.

#### IDEM AD INTERROGATORIA QUOAD STATUM ECCLESIARUM CATHEDRALIUM LUCEORIEN. ET OSTROGIEN.

Ad 1m. - In Palatinatu Volhyniae sitae sunt Civitates Luceoria et Ostrogium; Prima constat Domibus generaliter sumptis circiter quadrigentis, totidemque Civitas Ostrogiensis; Christi fideles Luceoriae habitantes, Ritus Graeci Catholici, mille circiter numerantur; vix non totidem in Ostrogio. Luceoria civitas est Regia; Ostrogium vero haereditaria est civitas Celsissimi Principis Jablonowski, Castellani Cracoviensis et Ill.mi Malachowski, Referendarii Regni.

Ad 2m. - In civitate Luceorien. ecclesia Cathedralis vetusta sub invocatione Sancti Joannis Evangelistae diruta fuit per Ill.mum pie defunctum Episcopum Sylvestrum Rudnicki, et nova (f. 32) in eodem loco sub eodemque titulo cura et impensis ejusdem Pastoris de lapide cocto aedificari caepta, quam, fati intercedentibus, consummare non potuit; sepulchra vero desuper bene fornicata reliquit, et in iisdem cum aliis Episcopis prius translatis depositus



est; tantisper vero clerus Cathedralis in Capella Cathedrali solitas devotiones exercebat. Sextus jam abhinc effluxit annus, ex quo modernus Ill. mus Episcopus Cathedram Luceoriae conscendit, et per summam negligentiam de erigenda Cathedra cogitare noluit, imo materialia quaeque ad eandem finiendam per pie defunctum antecedaneum suum comparata vendidit, tanto tempore decidentibus pluviis dissolutae fornicationes sepulchrorum ruptae sunt, et sepulchra ad aperta patent cum scandalo Populi. Capellam autem Cathedrali cum Mansionibus Canonicorum et Clericorum superveniens ignis absumpsit. In Civitate Ostrogio ecclesia principalis sub titulo Epiphaniae Domini per vetustatem in suis ruderibus consepulta jacet.

Ad 3m. - Ad ecclesiam Cathedrali Luceoriensem fundati sumus quatuor Praelati, videlicet: Archi-Diaconus, Custos, Scholasticus, et Cancellarius, qui jus commune habemus ad villam Rowance, et mensam communem; praeterea habemus seorsivas ad respectivos nostros Titulos inscriptas summas, ex quarum annuis redditibus quamvis tenuiter nostris necessitatibus providemus. Insuper ad eandem ecclesiam fundati sunt ex contributione Dioecesana quatuor Mansionarii Sacerdotes, hodie vero redactus est numerus eorum ad duos duntaxat Sacerdotes, sed eorum annua Provisio haeret in Thesauro Episcopali, ipsi vero partim provisione nostra, partim ex piis fidelium elemosinis vivunt. Et quoniam, ut supra dixi, mansiones Cathedrali combustae sunt, idcirco hodie ad ecclesiam Parochialem Luceoriensem sub titulo (f. 32v) Protectionis B. mae Virginis Mariae habitamus omnes, ibidemque choro et ministerio Altaris inservimus.

Ad 4m. - Cura animarum in Civitate Luceoriensi per Parochum supradictae ecclesiae Protectionis Beatissimae exercetur.

Ad 5m. - Cathedralis ecclesia Luceorien. sufficienter fuit instructa Sacra suppellectili, caeterisque rebus ad Divinum Cultum et Pontificalia exercenda spectantibus; sed praesentaneus Ill. mus Pastor quaedam vasa argentea ad suos accepit usus, postea vero eadem liquefecit, et ex eodem argento discos profanos ad mensam suam et tractamenta hospitem necessarios confecit.

Ad 6m. - Reliquiae Sanctorum more Ritus Rutheno-Catolici servantur in Antimensiis.

Ad 7m. - Episcopus habet suam Residentiam in Villa, quae tribus milliariibus distat ab ecclesia Cathedrali, quaecunque noviter ab Ill. mo pie defuncto Episcopo extracta, reparatione non indiget.

Ad 8m. - Verus redituum mensae Episcopalis valor ascendit ad summam octoginta millium florenorum Polonicae, sed quoniam bona Episcopatus plurimis debitis gravata sunt, et plus quam ad ducenta millia florenorum Polonicae eadem debita ascendunt, idcirco Clerus hodie contributionibus sub multiplici specie ab Ill. mo Episcopo impositis gravatur, quae tamen omnia inutiliter profunduntur.

Ad 9m. - Sola duntaxat ecclesia Parochialis sub invocatione Protectionis Beatissimae Virginis Mariae extat Luceoriae et Monasterium Monachorum Ordinis S. Basilii Magni; Confraternitas nulla est, et nullum hospitale.

Ad 10m. - Ampla Dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis habebat ecclesias Parochiales mille ducentas, sed ex iis centum circiter ad Cordonem Caesareum et Dioecesim Leopoliensem avulsae sunt.

(f. 33) Ad 11m. - Viginti ab hinc annis Dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis contribuit triginta millia florenorum Polonicae, ex cuius summae censu annuo quatuor juvenes in Seminario Cathedrali erudiri voluit. Satis factum fuit voluntati Cleri Dioecesani usque adhuc. In praesenti vero calamitate, Juvenes educari non possunt, cum neque nos habeamus Mansiones proprias; Ill. mus Episcopus noster quamvis de erigendo Seminario omnem abiecit curam. quaerit tamen modos, un eandem summam suae dispositioni, et annum ab illa redditum suis usibus applicet. Praeterea Clerus Dioecesanus contribuit mille quadringentos florenos Polonicae pro duobus Procuratoribus ex eodem Clero Dioecesano electis; haec summa quamvis ad assem semper exsolvitur, Procuratores tamen nullam Pensionem habent, totumque haeret in aerario episcopali.

Ad 12m. - In Universa Russia omnes Cathedrales ecclesiae, ideoque et nostra Luceoriensis suffraganea est Ill. mo, Excell. mo et Rev. mo Domino Archiepiscopo Kioviensi, Metropolitanato totius Russiae. - Horum omnium causam scientiae habui utpote qui sum de corpore capituli Cathed. Luceor. - Meamque fidelem depositionem manu propria subscribo. - Theodosius Brodowicz, Custos Cathedralis, Vicarius in Spiritualibus et Off. lis Generalis Luceoriae (mpr.).

Finitis praeinsertis Testium juratis depositionibus, die Octava mensis Novembris, V.S., anno nunc currenti, transmissum fuit Testimonium sequentis tenoris. - Anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, veneris die 24 mensis Octobris. - Coram Perill. ri Rev. mo Domino Joanne Duvall, U. J. D. et Ecclesiarum Collegiatae Voynicensis, et Radloviensis Praeposito, Officiali (f. 33v) Tarnoviensi, ac per Dioecesim Cracoviensem in Regnis Galiciae et Lodomeriae sitam Generali, constituti personaliter Ill. mi Domini Antonius Comes Stadnicki, Bonorum Wiellawicz et Rzoniew Dominus Haereditarius, Ignatius Stadnicki, Pincerna et Deputatus ad Tribunal Regni Poloniae, palam, sponte, libere, ac per expressum idque sub fide jurata recognoverunt: Quia ipsi certam ac indubitatam notitiam habent, germanum Fratrem suum, Perill. rem Admodum R. ndum Michaelem Stadnicki, Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis Canonicum jam annum aetatis suae 35 de facto complevisse, consignationem vero Natalium ejus seu Librum metrices Baptisatorum sub tempus incendii Ecclesiae Collegiatae Voynicen., in qua ante annos 35 baptisatus fuit, conflagratam esse. Quam quidem Recognitionem suam officiose ac sub fide jurata factam manu propria subscripserunt, praesenti sua recognitione mediante, ac consensu supramemorati Perill. ris Rev. mi Domini ad praemissa accedente - Ex Prothocollo Actorum Consistorij Generalis Tarnoviensis extractum et sigillo ejusdem Perill. ris Rev. mi Domini Officialis communitum. - J. Duvall, Off. lis Generalis - LS. M. Joan. Bochniewicz, Publicus Apostolicus Notarius Conv. Actorum (mpr.).

Tandem die decima sexta Novembris, V.S., anno praesenti, Dimissio tituli Episcopatus Ostrogiensis ab Ill. mo Domino Cypriano Stecki, Episcopo Lu-



ceoriensi et Ostrogiensi, favore Rev.mi Patris Nominati facta, ad inscribendum huic Processui porrecta fuit de tenore tali: - Cyprianus Stecki, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Exarcha Metropoliae Kioviensis, Haliciensis et totius Russiae, Luceoriensis et Ostrogiensis Episcopus. - Rev.mo (f. 34) in Christo Patri Michaeli Mathaeo Stadnicki, Ordinis S. Basilii Magni Professo, Nominato Coadjutori Nostro Luceoriensi et Ostrogiensi significamus praesentibus: Quia Nos, postquam ex rationibus animum nostrum permoventibus, Rev.mam Paternitatem Vestram in Coadjutorem nostrum Luceoriensem et Ostrogiensem, cum futura successione, sub die secunda mensis Januarii, anni praesentis, Instrumento speciali assumpserimus, illico ad ea perficienda descendimus, quae ad ejusmodi Coadjutoriae effectum, de jure, continua praxi, et antiqua Consuetudine Ruthenorum, praemitti debent, exindeque etiam Canonicum Episcopatus nostri Ostrogiensis titulum, Rev.mae Paternitati Vestrae, in manibus Ill.mi, Excellmi et Rev.mi Domini Jasonis Junosza Smogorzewski, Archiepiscopi Kioviensis Haliciensis totiusque Russiae Metropolitae, per praesentes dimittimus, ac resignamus, salva nihilominus ordinaria Nostra in rebus Temporalibus ac Spiritualibus Jurisdictione, quam etsi ex integro Nobismetipsis tenore praesentium reservamus, spe tamen non vana laetamur, Rev.mae Paternitatis Vestrae adjutorium in nostra Pastoralis cura semper nobis amicum, fidele, ac utile fore. In quorum fidem, etc. Datum Rozysciis, in Residentia Nostra, die 9 9bris 1783 Anno. - Cyprianus, Episcopus (mpr). - LS -.

DECRETUM ILL.MI, EXCELLMI ET REV.MI DOMINI  
ARCHIEPISCOPI METROPOLITANI RADOMYSLIAE  
DIE 19 NOVEMBRIS 1783 ANNO LATUM

Quibus universis diligenter visis, lectis, perpensis, examinatis, ac jurata Testium depositione firmatis (f. 34v) documentis, cum ex una parte nihil quidquam in eis invenerimus, quod Rev.mi Patris Mathaei Stadnicki Nominati famae, vitae, prudentiae, doctrinae, ac statui aliquomodo obstet; altera vero ex parte Luceoriensem Ritus Nostri Coadjutoriam Ecclesiae, Clero, Populo, ac Dioecesi, summe necessariam esse cognoverimus, hinc, statim ac oportunum Sanctae Sedis Apostolicae Beneplacitum nobis exhibitum fuerit, illico ad eisdem Rev.mi Nominati Consecrationem tuta conscientia, optimo jure, omnique Justitia descendendum esse judicamus, veluti re ipsa in Domino descendemus.

JASON, Archiepiscopus Kjovien. Halicien.

totius Russiae Metropolitanus (mpr).

Et quia ego Joannes Lewicki, Publicus S. Autoritate Apostolica Notarius, et Curiae Ill.mi et Rev.mi Domini Archiepiscopi Metropolitanus Russiae Actuarius, praemissa omnia vidi, Juramenta Testium auscultavi, Depositionesque eorundem connotavi, ideo, in praemissorum fidem, manu propria me subscripsi et sigillo, quo in publicis utor Instrumentis, munivi, rogatus et requisitus.

Idem qui supra (mpr).

## 186.

Radomyslia, 29 . I . 1784.

*Transmittit processum canonicum de persona Michaelis Stadnicki et ius Metropolitanarum nominandi Coadiutores et transferendi Episcopos Suffraganeos vindicat*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Gen.*, vol. 865 (1784), fol. 10.

E.me ac R.me D.ne, Patrone Col.me.<sup>293</sup>

Publicum utique est, Catholicis Russiae Metropolitanis ex antiquo competere jura<sup>294</sup> non vacantibus modo Ecclesiis praeficiendi Pastores, ast *eisdem quoque de Ecclesia ad Ecclesiam transferendi, imo Coadiutores ipsos, concurrente legitima causa, deputandi*; jussus tamen reverenter obedio, ac Processum R.mi P.ris Michaelis Stadnicki ad Coadjutoriam Luceoriensem, de S.ae Sedis Ap.cae beneplacito Nominati, in Curia mea rite confectum, pro solane duntaxat Informatione? num vero etiam pro Examine et Decisione? in annexis S.ae Cong.ni de P. Fide transmittio; simulque Em.tiae V.rae veluti dignissimo ejusdem Praesidi, instantissime supplico, ut praefatum Jus, tanquam singularem Iurisdictionis Metropolitanae praerogativam, salvum et illaesum, pro Religionis Catholicae gloria et incremento, conservare dignetur.<sup>295</sup>

Res Catholicae Unionis non postreme in hac mea Archidioecesi succedunt; Presbyteri etenim Schismatici, de mea erga illos urbanitate ac justitia satis jam persuasi, frequenter reconciliantur; ego autem nullam praetermitto curam pro recuperandis Ecclesiis, quas impium Schisma interceperat, quasve omnes sub meam obedientiam jam facile reducerem nisi quorundam Patronorum Laicorum turpe lucrum obesset.

Quod reliquum est, manus Em.tiae V.rae reverenter deosculor, ejusque benevolentiae ac Protectionis meum Pastoratum ferventissime commendo, ac profundissima veneratione permaneo.

Em.tiae V.rae devot.mus, obligat.mus et humill.mus servitor

IASON IUNOSZA SMOGORZEWSKI, A. K. H.  
totiusque Russiae Catholicae Metropolita.

Radomysliae in Ukraina, 29 Januarii 1784.

Romam.

## 187.

Ucraina, 18 . III . 1784.

*Opinio Metropolitanae de distinctoriis instituendis in favorem benemeriti cleri uniti in Ucraina, quae distinctoria revera deinceps instituta sunt.*

APF, *Scritt. rif. n. Congr.: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 15, f. 329-330 v.

<sup>293</sup> Praefecto S. C. de Prop. Fide.

<sup>294</sup> Vi Decretalis Clementis PP. VIII « *Decet Romanum Pontificem* », die 23. II. 1596, *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 266, nr. 192. De his iuribus cfr. opus P. P. LOZOVY, OSBM, *De potestate Metropolitanarum Kioviensium* (1595), Romae 1962, et I. I. PATRYLO, OSBM, *Archiepiscopi-Metropolitani Kievo-Halicienses. Attentis praescriptis M. P. « Cleri sanctitati »*, Romae 1962.

<sup>295</sup> Agebatur de iure instituendi Coadiutores, de quo quaestio movebatur inde a prima medietate saec. XVIII.

Da Roma, 7 Feb. 1784.

Dall'Ucraina, 18 Marzo 1784.

È disposta la Santità di Nostro Signore, à riguardo ancora delle rispettabilissime premure d. S.M. il Re di Polonia, di secondare l'istanza di Mgr. Metropolitanò di Russia, per la concessione di un numero di Croci, o siansi Distintorij, coi quali possano esser condecorati gli Ecclesiastici Secolari Ruteno-Uniti di Polonia, più meritevoli, e più graduati.

Acciocchè tutto sia regolato, e la nova decorazione, di cui Sua Santità ben si compiace di ornare il benemerito Clero Secolare Ruteno, possa servire ad eccitarlo sempre più nel servizio della Religione, e nell'impegno di conservare, e propagare la S. Unione, fà di mestieri di stabilire un piano, ed alcune condizioni per la concessione di questi Distintorij.

1<sup>o</sup>. Nostro Signore con Breve, o Bolla erigerebbe un *Ordine* di *Nobili* Ecclesiastici Secolari Ruteni, che si dovrebbero chiamare *Cavalieri* della S. Unione, sotto la protezione de' SS. Apostoli Pietro, e Paolo, sull'esempio di tanti altri Ordini, che ne sono stati istituiti dalla Sede Apostolica.

*Ad 1-m.* La Nomenclatura dell'*Ordine* potrebbe in Polonia eccitar qualche stortura sul gius dell'Istitutore, e la disputa fra le Persone contradistinte dagli Ordini Nazionali. Onde per il Clero Ruteno basterebbe solo tilolo de' Distintorj.

La condizione dello stato nobilitare senza l'aggiunta LY « quantum fieri potest », pregiudicherebbe a chi, non essendo nobile, è benemerito e quindi idoneo al titolo de' Cavalieri, farebbe nascere fra li Polachi mille dispute inutili ed anche perniciose.

2<sup>o</sup>. Il distintivo, o siasi la Croce dell'Ordine, dovrebbe essere simile a quella, che Mgr. Garampi nel 775, quando era Nunzio in Varsavia, con autorità apostolica concesse alli R.ndi Michele Prymowicz, e R. Lubinski, Officiali della Metropolia, l'uno in Kjovia, e l'altro in Braclavia. E sarebbe opportuno, che qui se ne trasmettesse il disegno per descriverlo, e fissarne la forma nel Breve.

*Ad 2-m.* La figura del Distintorio, ma non già di qualche Ordine, da S.E. Monsig. Nunzio Garampi conferito a due quantunque non Cavalieri, ma benemeriti Ecclesiastici Ruteni, pare poco vistosa, si per il color fosco della Crocetta, e si anche per la pittura e l'espressione della Chiesa e dè SS. Apos. Quindi il Sig. Arcidiacono Lewinski procurerà di trasmettere a Roma miglior figura da formarsi in Varsavia dal Reggio Professore.

3<sup>o</sup>. Capo dell'Ordine dovrebbe essere il Metropolitanò di Russia, quantunque Monaco Basiliano; ben inteso però, che nè esso, ne gli altri Vescovi Ruteni di Polonia potessero portar questa Croce della S. Unione giacchè la Croce Vescovile dà loro in fregio (f. 329v) e un ornamento superiore, e più illustre di ogni altro.

4<sup>o</sup>. Il numero dè distintorii dovrebb'essere fissato a ventiquattro, e non più. Tutti dovrebbero darsi dal Metropolitanò, con che però per nove distintorii fosse in suo pieno arbitrio di concedergli a questi soggetti, o della sua Diocesi Metropolitana, o di altre diocesi nel Regno di Polonia, cha a lui sembrassero più idonei, sempre però che avessero i requisiti, de' quali si parlerà in appresso. Agl'altri cinque Vescovi Ruteni di Polonia si potrebbe accordare il diritto di

averne ciascuno tre per ogni Diocesi, e libera dovrebbe essere di ogni Vescovo la nomina di tre Ecclesiastici nell'instituzione di quest'Ordine, riservando sempre al Metropolitanò la collazione della Croce, e la spedizione del Diploma; E così di mano in mano che andassero nelle rispettive Diocesi a vacare tal Distintorii, si avesse sempre da Vescovi la libera nomina della Persona da surrogarsi sino al prescritto numero di tre per ogni Diocesi, e non più. Il Metropolitanò non dovrebbe ricusare la nomina, sempre che il soggetto nominato fosse fornito di què requisiti, che si ricercheranno per esser ammessi a quest'Ordine, e la prova dovrebbe farsi avanti l'istesso Metropolitanò, coll'assistenza del Cancelliere dell'Ordine.

*Ad 4-m.* La Diocesi Metropolitanò ha numeroso Clero, le altre poi suffraganee, coll'ultima dismembrazione del Regno, vedendosi di molto accurtate, e poche numerano Chiese; perciò raggion consiglia di desiderar più di 9 Crocette per la Metropolia.

5°. Questi requisiti sono necessarij per conservare in quest'Ordine una vera dignità, e decenza, e per escluderne, per quanto sia possibile, gli immeritevoli, non potendosi assicurare, che tutte le Nomine de' Vescovi cadano sopra soggetti senza eccezione. I suddetti requisiti dovrebbero essere: 1°. *Nobiltà* di Natali, (f. 330) al meno del Padre e della Madre del Candidato; 2°. *Sacerdozio* ricevuto almeno dieci anni prima; 3°. Servizio di qualche Diocesi o negli Officialati, o nelle Parochie, o nel governo de' Seminarj, o anche per affari di Religione nella Corte di S.M; 4°. Scienza comprovata con qualche *Laurea* di Dottorato, o altre qualifiche consuete nel Regno di Polonia. Qualche altro requisito potrà suggerire Mgr. Metropolitanò.

*Ad 5-m.* Circa la Nobiltà si è detto di sopra. Il decennio sacerdotale certamente pregiudicerebbe al merito puramente Clericale. Nel genere poi del merito converrebbe includere anche l'edizione de' libri da molto tempo trascurata, l'esercizio delle patriottiche missioni, ossia catechizzazioni, la conversione alla S. Unità e senza nominar l'odioso scisma, e singolar applicazione allo studio nè Seminarj tanto Pontifizij che Diocesani. La condition però della Laurea Dottorale ogginamente richiedere la clausola sequente: «inquantum haberi potest».

6°. Sua Santità è propensa ancora di concedere ai Cavalieri del nuovo Ordine qualche Privilegio, e grazie spirituali, e potrà anche su questo Mgr. Metropolitanò suggerire quelle, che sarebbero più convenienti sempre però con una discreta misura, e non contrarie ai Decreti del S. Concilio di Trento.

*Ad 6-m.* Si rinnovano le precedenti premure contro il titolo de' Cavalieri e dell'Ordine; per le grazie poi spirituali massimamente ne Sagri Altari, e nell'articolo de morte, si supplica caldamente al Supremo legittimo e provido Dispensator di esse.

7°. Sarebbe finalmente anche utile, se potrà riuscire, d'imporre qualche obbligazione ai nuovi Cavalieri, adattata al loro stato, e vantaggiosa alla S. Unione; come per esempio, di servire nelle Parochie, di instruire la gioventù, di insegnare la Dottrina Cristiana e cose simili, sempre però che ne sieno dai rispettivi Ordinarij invitati, e comandati. Ma questo ancora si rimette a Mgr.



Metropolitano, il quale su queste tracce potrà formare un piano maturo, e ben concertato per l'erezione di quest'Ordine, e per le condizioni da prescriversi, affine di farlo sussistere con decoro, che tendano non solo all'ordinamento, e fregio del Clero secolare Ruteno, ma anche alla propagazione della S. Cattolica Religione. Quando (f. 330v) Mgr. l'avrà rimesso in Roma, si darà corso all'affare, e gli si darà compimento, etc. etc.

*Ad 7-m:* Il premio distintivo non deve gravar il Premiato, ben però deve eccitarlo a tutto quello è salutare. O! Se la convenienza permettesse, non si potrebbero tali distintoriati meglio contradistinguersi che dalla sola sobrietà cotanto necessaia singolarmente agl'Oltremontani.

Così sento, ma pienamente tutto alla suprema volontà rimetto. Datt. come sopra.

GIASONE JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Arcivescovo di Kjovia,  
Hallicia, Metropolitano di tutta Russia (mpr).

## 188.

Varsavia, 21 . V . 1784.

*Processus canonicus de persona Stephani Levynskyj, nominandi in Episcopum titularem et Auxiliarem Metropolitae Kioviensis. Documenta allegata et depositiones testium iuratorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 867, f. 21-28.

## IN NOMINE DOMINI. AMEN

Anno a Nativitate ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, Indictione Romana II, die vero vigesima prima mensis maij, V. S., Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Pii Papae VI.

## VARSAVIAE

Coram Ill.mo, Excell.mo et Rev.mo Domino Jasone Iunosza Smogorzewski,<sup>296</sup> Dei et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia Archiepiscopo Kiovien. Halicien., totiusque Russiae Metropolita, Kijovo-Peczarensi et Ovrucensi Archimandrita, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Equite, comparuit personaliter Perill.ris Rnd.mus Dominus Stephanus Lewinski,<sup>297</sup> Archi-Diaconus Cathedralis Lepoliensis, Regius ad Expeditiones Italicas Secretarius, produxitque Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, habitae die 21 Julii 1783, quo mediante, eidem Ill.mo Excell.mo, ac Rev.mo Domino Archiepiscopo Metropolitano concessa benigne facultas formandi Processum personalem super necessariis suis qualitatibus in ordine promotionis ad Episcopatum titularem et simul Suffraganeatum Metropoliae totius Russiae; ut autem suas

<sup>296</sup> Cfr. adnotationem 282.

<sup>297</sup> Cfr. *Indicem nominum et rerum* de persona Lewynskyj, nec non alia volumina, ut ex gr. *Supplicationes*, vol. IV, *Audientiae Sanctissimi*, vol. II, etc.

qualitates rite deduceret, petiit Ill.mam, Excell.mam et Rev.mam Dominationem Suam quatenus ad executionem eiusmodi Decreti Sacrae Congregationis procedere, dictumque Processum de vita, moribus, et doctrina, aliisque qualitatibus suis, tum de consueta hocce in Regno Congrua formare dignetur. Salvo, etc., omni, etc.

Qui Ill.mus, Excell.mus et Rev.mus Dominus Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, viso prae laudato Decreto Sacrae Congregationis, attentisque aliis attendendis, et consideratis considerandis, petitionem huiusmodi admisit, Testes super Interrogatoriis porrigendis se examinaturum, Processum vero formaturum obtulit, et omnia in Publicum Instrumentum seu Instrumenta redigi per me Notarium infrascriptum, ad effectum, de quo supra, mandavit, ut ita redacta suis loco et tempore ad Sanctissimum Dominum Nostrum transmitti valeant.

#### INTERROGATORIA

1<sup>o</sup>. An Testis cognoscat Perillustrem, Rev.mum Dominum Stephanum (f. 21v) Levinski, Ecclesiae Cathedralis Leopoliensis Archidiaconum, Promovendum, a quo tempore, an sit ipsius Consanguineus, Affinis, Inimicus, vel odiosus? Quae causa scientiae?

2<sup>o</sup>. - An sciat, in qua Civitate vel loco et Dioecesi sit natus? Quae causa scientiae?

3<sup>o</sup>. - An sciat eum natum esse ex legitimo matrimonio atque honestis et Catholicis Parentibus? Quae causa scientiae?

4<sup>o</sup>. - An sciat eum nobilis esse status? Quae causa scientiae?

5<sup>o</sup>. - An sciat, cujus sit aetatis? Quae causa scientiae?

6<sup>o</sup>. - An sciat ipsum in SS. Ordibus constitutum esse, et a quo tempore? Quae causa scientiae?

7<sup>o</sup>. - An sciat eum semper catholice vixisse, et in fidei puritate mansisse? Quae causa scientiae?

8<sup>o</sup>. - An sciat eum praeditum esse vitae innocentia, bonisque moribus, et an sit bonae famae? Quae causa scientiae?

9<sup>o</sup>. - An sciat ipsum ea doctrina pollere, quae in Episcopo requiritur, ut alios docere possit? Quae causa scientiae?

10<sup>o</sup>. - An sciat ipsum aliquo munere ubi functum fuisse, et quomodo se gessisse? Quae causa scientiae?

11<sup>o</sup>. - An sciat ipsum aliquando publicum scandalum dedisse, vel aliquo corporis seu animi vitio, aliove Canonico Impedimento teneri, quominus possit ad Episcopatum promoveri? Quae causa scientiae?

12<sup>o</sup>. - An possideat aliqua Beneficia vel alios Proventus sufficientes ad sustinendam Dignitatem Episcopalem? Quae causa scientiae?

13<sup>o</sup>. - An utilitas et necessitas Dioecesis Metropolitanae totius Russiae, per Poloniam et Lithuaniam extensae, postulent, ut ad praesens Suffraganeum habeat? Quae causa scientiae?



## DEPOSITIONES TESTIUM

Die 21 mensis Maii, V. S., examinatus fuit primus Testis Illustris Admodum R.endus Dominus Basilius Popiel, Presbyter saecularis R. G. U., Publicus Sacrae Autoritate Apostolica per Dioecesim Posnaniensem et Varsaviensem Notarius, ex officio vocatus, annorum XXXVI, ut asserit, qui delato sibi Juramento de veritate dicenda, prout de facto tactis SS. Evangeliiis, quae prae manibus habebat, juravit, et ad Interrogatoria qualitates Perillustris Rev.mi Domini Promovendi concernentia, ad placitum Sanctissimi Domini, dixit. ac deposuit.

Ad 1m. - Ab annis novem nosco Perillustrem, Rev.mum Dominum Stephanum Lewinski hic Varsaviae munus Secretarij Regii (f. 22) exercentem; non sum ejus consanguineus, affinis, inimicus, nec odiosus; morando autem hic Varsaviae saepe saepissime illum vidi, visitavi, et multis in negotiis cum illo conferebam.

Ad 2m. - Patebit ex testimonio Metrices qua in Civitate fuerat natus, scio autem in Dioecesi Leopoliensi natum fuisse, quia in Collegio Papali Leopoliensi, ubi idem Perillustris Rev.mus Dominus Promovendus, ante mea studia, Sacrae Theologiae operam dederat, a plurimis certam scientiam habentibus audivi eundem in praefata Dioecesi natum fuisse.

Ad 3m. - Tum ex publica fama, tum quod ad praefatum Papale Seminarium non suscipiantur alii, duntaxat ex legitimo matrimonio, ac honestis, et Catholicis Parentibus nati, tum quod Leopoli SS. Ordines susceperit, iudico plena fide natum esse ex thoro legitimo, et catholicis atque honestis Parentibus.

Ad 4m. - Vidi et legi bina documenta, unum Caesareo-Regii Terrestris Leopoliensis Judicii, quo documento a Proavo Perillustris Rev.mi Domini Promovendi Nobilitas sufficientissime deducta fuerat; alterum Diploma Sacrae Regiae Maiestatis, vigore Constitutionis Comitiorum Regni Poloniae 1775 anno, quo Perillustris, Rev.mus Dominus Promovendus ob praeclara merita, dotes, et servitia tam Reipublicae, quam Hierarchiae Ruthenae laudabiliter praestita, ad omnes dignitates, Praelaturas, et omnia Privilegia Nobilium admittitur, et habilitatur.

Ad 5m. - Patebit ex Testimonio Baptismali.

Ad 6m. - Scio ipsum esse verum Presbyterum, SS. Ordinibus initiatum, quia Leopoli audivi, ipsum ab Ill.mo p. f. Leone Szeptycki, Episcopo Leopoliensi, ad SS. Ordines promotum fuisse nec non vidi saepissime Divina Officia, et Sacrificium Missae celebrantem.

Ad 7m. - Ex frequenti per annos novem conversatione mea, tum ex publico in hac Regia testimonio non solum Ecclesiasticorum, verum etiam Saecularium, cum aedificatione plurium, scio ipsum semper devotissime, ac catholice vixisse, et in fidei puritate permansisse.

Ad 8m. - Dent Superi tales in Ecclesia viros, ut simili vitae innocentia, tamque eximiis moribus, ac laudabili fama sint praediti; iudico ex conversatione, ac publica voce.

Ad 9m. - Scio ipsum studia Theologica in Collegio Pontificio Leopoliensi cum plausu, et honore complevisse, eaque (f. 22v) doctrina pollere, qua nedum

omnia Hierarchiae Ruthenae negotia optime noscat, verum etiam cum magna fidei gloria, decore Ritus, et emolumento fidelium eadem expediverat in Curia Romana, in Aula Varsaviensi, et in Sacra Nuntiatura; exindeque judico ea doctrina pollere, quae in Episcopo requiritur, ut alios docere possit, et regere Dioecesim. Depono ex visu et auditu.

Ad 10m. - Vidi et nunc video, quod plurimis annis munus Procuratoris primum Dioecesis Leopoliensis ex post Metropoliæ totius Russiae exercuerit, et quod ad praesens ab aliquot annis sit intimus ad expeditiones Italicas Secretarius Sacrae Regi Maiestatis; in utroque hoc munere cum magna gloria et sui honore sese gesserit.

Ad 11m. - Nec vidi, nec audivi, nec scio, ut aliquod publicum scandalum circa fidem, mores, doctrinam idem Promovendus aliquando daret, aut aliquo corporis, sive animi vitio, aliove Canonico Impedimento teneatur, imo tuta conscientia cum multis gravissimis viris censeo Promotionem illius Ecclesiae, Clero, et Populo utilissimam fore.

Ad 12m. - Praeter Praelaturas Archidiaconi Leopoliensis et Cancellarii Vladimiriensis possidet Beneficium Curatum in Villa Grodzisk, Dioecesis Brestensis; Scio exinde, quod legerim Instrumenta ad id spectantia. Non est mihi nota totalis quantitas Proventuum, quos annuatim percipit, scio autem deductissime, quod habeat Pensiones a Sancta Sede Apostolica, et Sacra Romana Maiestate ad vitae suae tempora confirmatas circiter octo millia Florenorum Polonicalium pro quolibet anno. Praetera suppono, quod Excell. mus Dominus Metropolitanus totius Russiae assumendo sibi in Suffraganeum Perillustrem Rev. mum Dominum Promovendum, jure merito de sufficienti Congrua providebit, ut dignitas Episcopalis digne sustineatur.

Ad 13m. - Ob summam Dioecesis Metropolitanae Amplitudinem per Poloniam, et Lithuaniam extensam (f. 23) sanctissime Excellentissimus Dominus Metropolitanus judicavit, ut pro suo adjutorio habeat Suffraganeum, qui Lithuaniae et Polocensis in Polonia Dioecesis Clero et Populo Pastoraliter inservire ac eorum saluti providere valeat. Proindeque judico praemissum Suffraganeatum et necessarium esse Dioecesi Metropolitanae, et fore utilissimum ac maxime proficuum, etc.

Ex tunc finito examine suprascriptus Testis dimissus, injuncto ipsi prius, ut se suae Depositioni subscribat, quod fecit, ut sequitur. - Ita pro veritate deposui. - Basilius Popiel. N. A. mp.

Die eadem examinatus fuit secundus Testis Ill. ris Admodum R. ndus Dominus Symeon Hryniewicz, Presbyter saecularis R. G. U. Generalis Dioeceseos Luceoriensis et Ostrogiensis Procurator, annorum 37, prout asserit, ex Officio vocatus, qui delato sibi juramento de veritate dicenda, prout de facto tactis SS. Evangeliiis, quae prae manibus habuit, juravit, et ad Interrogatoria Personam Perillustri Rev. mi Domini Promovendi (:si Sanctissimo Domino Nostro placuerit:) concernentia dixit et deposuit videlicet.

Ad 1m. - A quinque annis, manendo Varsaviae, nosco eum neque sum affinis, nec consanguineus, nec odiosus, necque inimicus. Cognitionis huius

causa est, quod dioecesanis negotiis hic incumbendo, horum difficultates eidem communicare solui, unde quotidianae fere cum illo conversationis occasio mihi adfuerat.

Ad 2m. - De civitate aut loco nativitatis in specie ignoro; hoc interea certum est, quod in Dioecesi Leopoliensis est natus, quia Familia ejus ab antiquo in eadem Dioecesi hucusque manet.

Ad 3m. - Hoc est indubitatum, quod ex legitimo matrimonio, et ex honestis, atque Catholicis Parentibus est natus, quod probabitur Libro metrices.

Ad 4m. - Ab antiqua Familia provenit, quae semper fuit libera et nobilis, prout ab omnibus, qui illius Familiam noscunt, audivi, et vidi documentum (f. 23v) Iudicii Terrestris Leopoliensis, quo probatur ejus ab antiquo nobilitas.

Ad 5m. - Prout mihi videtur, annos habet quadraginta.

Ad 6m. - A quo tempore in SS. Ordinibus est constitutus nescio, hoc tamen certum est, quod veniens ante quinque annos Varsaviam, jam eum Presbyterum esse inveni.

Ad 7m. - Fidei Catholicae est addictissimus, et zelosissimus, edocente id ipsius sua vita catholica et exemplari, tum quoque discursibus haec super re quam ferventissimis.

Ad 8m. - Vita ejus semper exemplaris, et mores perquam laudabiles sunt, ac omnes de illo bene loquuntur, cum semper et ubique se laudabiliter, prudenter, et honorifice gerat.

Ad 9m. - Juris utriusque et vel maxime Canonici est peritissimus, tum etiam alijs scientiis virum Civilem, et Ecclesiasticum concernentibus praeditus est, sicut ipsa longa praxis Publicorum Negotiorum, prudentissime ab illo gestorum, commonstrat.

Ad 10m. - Functus est et ad praesens actu fungitur munere Secretarii Sacrae Regiae Maiestatis; est Cancellarius Cathedralis Vladimiriensis, et Archidiaconus Leopoliensis nec non Curatus Grodziscensis; omnia haec munera prudenter et laudabiliter exercet, ac propterea fere noctes, atque dies labori deditus est, ut ipsemet meis oculis video.

Ad 11m. - Nullam neque umbram scandali alicui dedit aliquando, nam semper sobrie, caste, et pie vivit, idque et locutionibus suis et actionibus sanctis commonstrat. Corpore et mente integer est, et sanus, nulloque Canonico impedimento tenetur. Ea omnia cum ab omnibus de illo audio, tum et egomet ipse quotidie video.

Ad 12m. - Reditus ejus annui ascendunt ad octo vel novem millia florenorum Polonicalium.

Ad 13m. - Infinita Dioecesis per Regnum Poloniae et Magnum (f. 24) Ducatum Lithuaniae extensio, ut in bono et utili regimine reperiretur, non est sine necessitate Suffraganei.

Ex tunc, finito examine, Testis dimissus, iniuncto ipsi prius, ut se suae depositioni subscribat, quod fecit, ut sequitur. - Ita pro veritate deposui. - Symeon Hryniewicz, Philosophiae Doctor, Curatus Smorducen. Ecclesiarum Ostrogensium Praepositus Coadjutor, Custos Cathedralis Luceoriensis, Procurator mpr.

Supranominatis Testibus plenam fidem esse adhibendam censeo, ac de Promovendo (: si ita Sanctissimo Domino Nostro placuerit:) bene judico, et in fidem propria manu subscribo. Jason, Archiepiscopus Kijoviensis et Haliciensis, Metropolitae totius Russiae, mpr.

Deinde nomine praefati Perillustris, Rev.mi Domini Promovendi ad docendum de ejus legitimis Natalibus, Baptismate, Ordinibus etc. exhibita fuerunt documenta authentica infrascripta, quorum tenor est, qui sequitur, et quidem:

1. - Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, habitae die 21 Iulii 1783: - Cum Sacrae Congregationi expositum fuerit utile ac necessarium esse, ut pro assistentia Ruthenorum in Civitate Varsaviensi morantium, eorumque ecclesiae ibidem extractae Suffraganeatus perpetuus Rutheni Ritus in eadem Civitate Varsaviensi erigatur sub dependentia Metropolitanis Russiae; cumque supplicatum insuper fuerit, ut idem Suffraganeatus conferatur cum titulari Episcopatu sacerdoti Stephano Levinski, Ritus Rutheni, qui Reditibus ecclesiasticis ad sustinenda onera jam satis instructus est, interim vero provideatur, ut certi Reditus constituantur in perpetuum pro futuris Suffraganeis, vel ex iis Pensionibus quas idem Levinski percipit ex Apostolica dispensatione, tam a Mensa Metropolitana, quam ab Abbatia Suprasliensi, vel ex aliis quibuscunque, prout magis expedire videbitur, et prout R.P.D. Jason Junosza Smogorzewski, hodiernus (f. 24v) Metropolitae Russiae cum Regiae Majestatis assensu statuet, ac decernet, Emin.mi Patres censuerunt supplicandum Sanctissimo, ut eidem Metropolitanæ facultatem benigne concedat formandi Processum Personalem dicti sacerdotis Rutheni Stephani Levinski pro designato Suffraganeatu Varsaviensi, ut ad Episcopatum titulare, pro eodem Suffraganeatu Rutheno, postquam Monasticam Professionem emisit in Congregatione Sancti Basilii Magni, valeat promoveri, nec non delegandi eandem Facultatem alteri Episcopo sui Ritus, attenta distantia Residentiae suae a dicto Suffraganeatu erigendo. Quam sententiam Eminentissimorum Patrum, referente R.P.D. Stephano Borgia, Sacrae Congregationis Secretario, die 27 ejusdem mensis Julii, Sanctitas Sua benigne approbavit, confirmavitque, Facultatemque, de qua supra, delegabilem alteri Episcopo ejusdem Ritus concessit. - Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis, die et anno quibus supra - L. Card. Antonellus, Praefectus. - LS. - Stephanus Borgia, Secretarius. - Ex audientia Sanctissimi, habita die 27 Julii 1783. - Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa VI, Referente me infrascripto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, benigne indulget, ut sacerdos Ruthenus Stephanus Lewinski Ordinem Monasticum Basilianum ingressurus, antequam ad Episcopatum sui Ritus promoveatur, post unum mensem Novitatus Professionem in eodem Ordine emittere possit et valeat, cum retentione tamen et sine praejudicio fructuum Proventuum ecclesiasticorum, quibus nunc gaudet, (f. 25) dispensando cum eodem super integritate temporis novitatus, justis de causis, sibi notis.

Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis, die et anno



quibus supra. - Stephanus Borgia, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretarius. - LS. -

2. - Testimonium Baptismatis. - Petrus Bielanski,<sup>298</sup> Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopus Leopoliensis etc. Universis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, Praesentes visuris, lecturis, legive auditoris, vel inspecturis, circa omnimodam venerationem notum esse volumus plene nobis constituisse et constare ex Baptisatorum et Confirmatorum Libris Metrices Parochialis Ecclesiae in Drohomirczany, Dioecesis nostrae, debitae exhibitis, Stephanum Levinski natum esse ex legitimis, nobiles, et catholicis Parentibus, Baptisatum die 19 mensis Xbris, Anno Domini 1736, simulque Sacro Chrismate juxta Ritus Graeco-Catholicum confirmatum, levantibus de Sacro Fonte Magnificis Basilio Drohomirecki, et Anastasia Berezowska. In cujus Testimonii Natalium et Baptismi majorem fidem, easdem praesentes manu propria subscripsimus et Sigillo nostro muniri mandavimus. Dabantur in Palatio Nostro Episcopali ad Cathedram Leopoliens. tit. S. Georgii M., die 29 Mensis Novembris 1783. - Petrus Episcopus - LS. - Daniel Werchratski, Publicus S. Auth. Apostolica, et Actorum Curiae Suae Ill. mae Excellentiae, mp. -

3. - Testimonium SS. Ordinum. - Leo in Szeptyce Szeptycki,<sup>299</sup> Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Leopoliensis, etc. Abbas commendatarius Mielcensis, Metropoli Kijoviensis et totius Russiae nec non Archimandriae Peczarens Coadjutor. - Universis et singulis quorum interest, signanter (f. 25v) vero Officio Nostro Haliciensi notum esse volumus, quia Nos, Divina suffragante gratia, munere Pastoralis fungentes in Ecclesia Nostra Cathedrali Leopoliensi, dilectum nobis in Christo Venerabilem Stephanum Lewinski, Alumnum Collegii Pontificii Leopoliensis,<sup>300</sup> praevio examine de scientia, moribus, aetate competentis, ac aliis qualitatibus idoneum repertum, prima die mensis Augusti, Dominica tunc incidente, in Ostiarium, Lectorem, Exorcistam, Acolytum, Subdiaconom, et cum dispensatione ab Interstitiis Diaconum, ac demum sexta mensis ejusdem, in Festo Transfigurationis Christi, cum simili ab Interstitiis dispensatione in Presbyterum, intra Missarum solemnia consecravimus, et ipsi pro titulo Canonico Vicariatum in Ecclesia nostra Cathedrali Halicien. in Krylos assignavimus, ad hunc instituimus, cum plenaria potestate dictum Presbyteratus Ordinem ac Vicariatum Officium exercendi, et in majorem praemissorum fidem has ei Litteras manu nostra subscripsimus, et sigillo muniri mandavimus. Datt. Leopoli, die 6 Augusti, 1764 Anno. - Leo, Episcopus - LS. - Daniel Werchratski, Curiae suae Ill. mae Excellentiae Notarius, mpr.

4. - Decretum deductae Nobilitatis. - Caesareo Regium Terrestre Leopoliense Judicium. - Generosos Stephanum, Joannem, Andream, et Symonem Sygidynczyki Lewinski Stemmatis Lewart, Fratres inter se germanos, olim Generosorum Jacobi et Mariannae de Lewerzynskie Sygidynczyki Levinskich Legi-

<sup>298</sup> Episcopus Leopoliensis (1780-1798).

<sup>299</sup> Episcopus Leopoliensis (1749-1779), et ann. 1778-1779 Metropolita Kioviensis.

<sup>300</sup> Collegium, ut videtur, Armeno-Ruthenorum, quod erat in directione P. P. Theatinorum.

timorum Conjugum Filios, olim vero generosorum Constantini et Sophiae de-Morelle Azarkiewowna Sigdyncyzyki Lewinskiich Conjugum legitimorum Nepotes; nec non Generosorum (f. 26) Jacobi et Theresiae Kniechyniecka de Uhernicki Sygidynczyki Lewinskiich Conjugum legitimorum Pronepotes, repositis authenticis documentis statum sui nobilitarem, ab antecessoribus suis enucleantibus, recteque eundem probantibus ante, circa, et post revindicationem Regnorum Galiciae et Lodomeriae, pro veris Nobilibus ac Indigenis reputatos fuisse ac reputari, Domiciliumque sui in Palatinatu Russiae, Terra Haliciensis, Circulo Stanislao poliensi habuisse, et haberi Praesentibus attestatur. - Datum Leopoli in Sessione Judiciaria die 26 mensis 7bris anno Domini 1783. - Joannes de Stoki Stokowski Camerarius Terrestris Leopoliensis. - Thomas Deboli, Sub-Judex secundus Terrestris Leopoliensis. - Nepomocenus Wlodek, Camerarius Terrestris Leopoliensis. - L.S. - Praesentem Copiam eum suo originali ad intabulandum porrecto de verbo ad verbum conformem esse Praesentibus testor. Datum Leopoli, die 13 mensis 8bris 1783. - Theophilus Szczuka, S.R.T., Notarius, etc.

5º. — Decretum Pensionum.— Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, habitae die 29 Maj 1780. — Cum pro Parte Monasterii Abbatialis Suprasliensis Ordinis S. Basilii Magni in Regno Poloniae supplicatum fuerit huic Sacrae Congregationi, ut super Reditibus ejusdem vacantibus Abbatiae Pensio trium millium florenorum monetae Polonicae reservari liceret in singulos annos, favore R.ndi Domini Stephani Lewinski, Sacerdotis Saecularis Ritus Rutheni, Emin.mi PP. ad Relationem R.P. Domini Stephani Borgia, Secretari i, attentis circumstantiis, ac peculiaribus praedicti Sacerdotis meritis erga Ruthenam Ecclesiam, censuerunt supplicandum Sanctissimo pro gratia (f. 26v) idque pro hac vice tantum et dummodo non transeat in exemplum. - Quam Sacrae Congregationis Sententiam per eundem Dominum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae VI. relata in Audientia habita die 4 Junii, Sanctitas Sua benigne approbavit, et praefatam pensionem dicto sacerdoti Lewinski, quoad vixerit, persolvi concessit, hac tamen conditione, ut Religiosis Suprasliensis Monasterii fas sit ad novi Abbatis electionem libere procedere, juxta peculiare dicti Monasterii Constitutiones Apostolica Autoritate firmatas. Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis, die 10 Junij 1780.- L. Card. Antonellus, Praefectus.- L.S.- Stephanus Borgia, Secretarius - etc.

— Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, habitae die 26. 9bris 1781. - Cum justum et aequitati consentaneum esse videatur, ut qui Ecclesiae juvandae laudabile studium contulit, aliquam etiam ab Ecclesia ipse remunerationem accipiat, cumque compertum fuerit R. Dominum Stephanum Lewinski, Presbyterum Ruthenum, de Catholica Religione praeclare meritum, multis abhinc annis promovendae Unioni et Ruthenae Ecclesiae utilitati diligentem operam praestitisse - Sacra Congregatio, attentis ejusdem meritis aliisque de causis, referente R.P. Domino Stephano Borgia, Secretario, censuit consulendum Sanctissimo, quatenus accedente consensu RR. PP. DD. Jasonis Junosza Smogorzewski Archiepiscopi Kjoviensis, Metropolitanus totius Russiae,



ejusque moderni Coadjutoris Gedeonis Horbacki, Episcopi Pincensis,<sup>301</sup> assignentur eidem Domino Lewinski pro annua sustentatione, et in praemium laborum, ex Metropoliæ Reditibus duo florenorum Polonicalium millia a praefato (f. 27) Metropolita et ejus Coadjutore quotannis persolvenda; fore confidens Sacra Congregatio, ut ex huiusmodi grati animi pignore magis magisque excitetur ad tuenda Ecclesiae Jura curandumque ipsius incrementum. - Quam Sacrae Congregationis sententiam Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio VI. relatum in Audientia habita per eundem D. Secretarium die 2. Xbris 1781, Sanctitas Sua benigne approbavit, et Apostolici sui Beneplaciti robur adiecit. - Datum Romae ex aedibus dictae Sacrae Congregationis, die 22. Xbris 1781. - L. Card. Antonellus, Praefectus. - L.S. - Stephanus Borgia, Secretarius.

6. - Determinatio Congruae. - Jason Junosza Smogorzewski, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Kioviensis, Haliciensis, totiusque Russiae Metropolita, Archimandrita Kjovo-Peczarensis et Ovrucensis, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Eques. - Universis et singulis quorum interest, et signanter Emin. mis et Rev. mis Dominis Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praepositis significamus. Quod cum Archi-Dioecesis nostrae Metropolitanae tanta sit amplitudo, ut non solum per integrum fere Magnum Ducatum Lithuaniae extendatur, verum etiam notabilem partem Provinciarum Regni Poloniae: videlicet Palatinatus Kioviensem, et Braclaviensem cum suis Districtibus, et vix non integras Dioeceses Ritus Latini Vilnensem, Kioviensem, et Luceoriensem, quinque Suffraganeos habentes, contineat; proindeque numerosissimum Gregem Jurisdictioni Nostrae subjectum complectatur. Hujus vero Gregis Nostro Regimini concrediti salutaribus desideriis quamvis pro munere nostro Pastoralis, et hodiernis viribus providere satagamus, eoque intuitu Coadjutorem nobis cum futura successione (f. 27v) post immatura fata Ill. mi Gedeonis Horbacki, Episcopi Pincensis,<sup>302</sup> assumere intendamus, quia tamen saepissime negotia Hierarchica et avulsorum a Mensa Metropolitana Bonorum vindicatio mirum in modum nos distentos reddunt; hinc evincendo nostram Pastoralem sollicitudinem, et commoditati Cleri ac Christi fidelium, ad jurisdictionem Nostram spectantium consulendo, de gravissimorum virorum consilio, Suffraganeum seu Episcopum titularem assumere in animo constituimus; prout, sub Apostolicae Sedis Beneplacito, per Praesentes assumimus, atque ad id muneris Rev. mum Stephanum Lewinski, Archi-Diaconum Cathedralem Vladimiriensem, nec non Regium ad Italicas Expeditiones Secretarium, omnimodam ejusdem ad praemissa habilitatem satis, superque perspectam habentes, constituimus. Pro congrua vero ipsius sustentatione nedum Retentionem omnium Proventuum ecclesiasticorum, quibus nunc cum Apostolica Benedictione gaudet, eidem, quoad vixerit, concedi postulamus; et insuper de Proventibus Mensae Nostrae Metropolitanae trecentos aureos hungaricales quotannis persolvendos assigna-

<sup>301</sup> Episcopus Pincensis (1769-1784), Coadiutor Metropoliæ inde ab anno 1781.

<sup>302</sup> Cfr. notam praecedentem. Obiit forsitan iam prima medietate anni currentis.

mus, ac determinamus; utque Sancta Sedes Apostolica hanc Nostram determinationem ratam ac firmam habere, et acceptare dignetur, enixe postulamus. In quorum fidem, etc. Dattum Varsaviae, die 2 mensis Junii, n.s., 1784 anno. - Jason, Archiepiscopus - L.S. - Joannes Levicki, Publicus Sacra Autoritate Apostolica et Curiae Metropolitanae Notarius.

Quibus omnibus et singulis, ut supra, gestis, a Perillustri Rev.mo Promovendo petatum fuit, ut suprascriptus Processus seu illius copia in forma authentica extraderetur, et sigillo munita consignaretur, ad effectum eundem ad Almam (f. 28) Urbem transmittendi, omni etc.

Quocirca Nos Jason Junosza Smogorzewski, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, supranominatum Processum, seu illius Copiam authenticam, in forma manu nostra propria et nostri infrascripti notarii subscriptam ac sigillo nostro communitali extradere mandavimus, decernentes praefatis omnibus et singulis, ut supra, rite et legitime gestis plenam fidem ubique locorum et ab omnibus adhibendam esse. In quorum fidem Praesentes manu nostra, et infrascripti Notarii subscriptas sigilli nostri impressione communiti jussimus. Datum Varsaviae, die 22 mensis Maii, V. S., 1784.

JASON, Archiepiscopus Kiovien. et Halicien. Metrop. totius Russiae.

Et quia ego Joannes Levicki, Publicus Autoritate Apostolica, et Ill.mi et Rev.mi D.ni Archiepiscopi Metropolitanus t. Russiae Notarius memoratae Inquisitioni, et Testium examini per eundem Ill.mum, Excell.mum et Rev.mum D. Archiepiscopum Metropol. habitae, et recepto, personaliter interfui, nec non juramenta Testium praenominatorum solemniter fieri vidi, et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redegei, idcirco hoc examen, et totum Inquisitionis Processum manu mea propria scriptum, et subscriptum, sigilloque Ill.mi Excell.mi ac R.mi D.ni Archiepiscopi Metropolitanus communitum, exstradidi. Varsaviae hac die 22 Mensis Maii, V. S., 1784 Anno.

JOANNES LEVICKI, Notarius qui supra (mp.)

## 189.

*Varsavia, 30 . V . 1784.*

*Certiorat de assumptione sibi Coadjutoris in persona Theodosii Rostockyj.*

ASV, *Processus Consist.*, t. 186 (1785), fol. 57.

Universis et singulis quorum interest, et quomodolibet interesse poterit, notum testatumque facio: Qualiter ego infrascriptus sexagesimum nonum annum aetatis agens, viribus de die in diem magis debilitatus, laboribus attritus, et infirmitatibus, quas ipsa fert aetas obnoxius, immensis fere amplissimae, et dissitae Archidioecesis meae, moderno praesertim tempore, fere oppressus; Insuper perardua, et dispendiosa Bonorum Mensae Archiep. plis, etiam in Regni Supremo Tribunali cum potentioribus adversariis vindicatione plurimum involutus, post immaturum Ill.mi et R.mi D.ni Gedeonis Daszkowicz Horbacki, Ep.pi Pinseensis, Coadjutoris mei, obitum, ardentem iterum cupio talem Archi-

dioecesi meae relinquere Successorem, qui et mihi auxilio, et Ecclesiae zelo, Clero autem, et populo bonis exemplis prodesse valeat, Disciplinam denique Ecclesiasticam, salutem animarum, utilitatem ac decorem Vineae D.ni in corde gerat, perspectum itaque habens in Rnd.mo P. Dom. Theodosio Rostocki, Ordinis S. Basilii Magni hodierni in Lithuania (f. 57v) Provincialis<sup>303</sup> officium laudabiliter iterato agente, omnes ejusmodi dotes copiose reperiri, deliberatione super his mature praehabita, eundem R.mum P. Rostocki, utpote Virum doctrina, prudentia, meritis, moribusque ac genere clarum, de Catholica vero Religione optime meritum, demum Fidei Catholicae augendae, Cultus Divini ampliandi, Ecclesiasticaeque Immunitatis manutenendae exemplariter studiosum, sub beneplacito S.ae Sedis Apl.cae in Coadjutorem Archi - Epp.tus Kijoviensis, Haliciensis, Metropolitanus tot. Russiae, de benigno Ser.mi Poloniarum Regis, D.ni mei Clementissimi, assensu, praesentibus eligo, et mihi assumo, ipsumque ad hujusmodi Coadjutoriae cum futura successione munus, suprema S.ae Sedis Apl.cae Autoritate praedestinari, humillime postulo, ac simul promitto, hujusmodi Coadjutoriam nullo tempore, aut praetextu posse unquam a me revocari.

In quorum fidem etc.

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Archi-ep.pus Kijoviensis,  
Haliciensis, Metropolitanus tot. Russiae manu propria  
Datt. Varsaviae, 19 - 30 Maii 1784. (Locus Sigilli)

## 190.

*Varsavia, 2. VI. 1784.*

*De consecratione et processu super idoneitate Auxiliarii assumendi, Stephani Levynskij.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 867, f. 17rv, 20.

Emin.mi, e Rev.mi Signori, Signori Padroni Col.mi.

Essendomi inaspettamente portato a questa Capitale,<sup>304</sup> per cuoprirmi dalle insidie Russe, ed avendo letto il Decreto di codesta Sagra Congregazione sotto li 21 Luglio ultimamente scorso, non volsi più differire l'esecuzione del medesimo, e quindi subito, sulle qualità del sacerdote secolare Ruteno Stefano Lewinski, formai il Processo, quale rimetto ora all'Eminenze Vostre.<sup>305</sup> Risulta dall'istesso Processo, che il sudetto Sacerdote è dotato di dottrina, di prudenza, e d'integrità di costumi; e che in oltre è provveduto di rendite sufficienti à so-

<sup>303</sup> Theodosius Rostockij, Basilianus, natus an. 1724, alumnus romanus Collegii Graecorum ab an. 1750, ordinatus an. 1754. Anno 1772 Provincialis Prov. Lithuaniae, alia vice vero inde ab an. 1780. Anno 1784 Episcopus Chelmensis, dein Coadiutor Metropoliae Kioviensis (1785), ab anno 1788 Metropolita Kioviensis. Ab an. 1795 avocatus Petropolim. Obiit anno 1805, anno vitae 80. Cfr. I NAZARKO, *Metropolitae Kiovienses et Halicienses* (ucr.)

<sup>304</sup> Varsaviam.

<sup>305</sup> Cfr. supra.

stener col dovuto decoro la Dignità Vescovile. Risulta eziandio, che questa Metropolia Rutena, per l'ampiezza delle sue estensioni, e per il gran numero de' suoi Diocesani, ha la necessità di un Vescovo, il quale possa dal Metropolitanato spedirsi nè vari luoghi di una così vasta Diocesi, ove il bisogno lo richieda. In maggior comprova di ciò, mi permettano l'Eminenze Vostre, che io qui brevemente accenni alcune circostanze: La Diocesi Metropolitana esiste parte in Lituania e parte nelle più remote, anzi turbolente Provincie della Polonia, cioè in Ukraina. Per maggior comodo del Clero, e de' Diocesani, feci sino ad ora dal mio Coadjutore, già defonto, e farò in avvenire dal Coadjutore prossimamente futuro,<sup>306</sup> esercitare la Giurisdizione nelle parti della Metropolia, che esiste in Lituania; io poi stesso invigilo al governo dell'altra, à molti pericoli esposta. Non è provveder à tutte le Chiese sparse in uno sì vasto Paese, con sommo poi rammarico mio vedo, che non può non essere di grave incommodo à poveri Ecclesiastici delle lontane Parochie il venire à prendere gli Ordini Sagri in Radomislia, ove faccio l'ordinaria mia Residenza. Questo incommodo si accresce allor quando, ò gli affari mi chiamano (f. 17v) a Varsavia in diversi tempi, o le liti, dalle quali è molestata questa Mensa Metropolitana, mi obbligano volare ai Gran Tribunali del Regno, per acudirvi personalmente. Se nella mia necessaria assenza ricorre il tempo delle Sagre Ordinazioni, sono costretto a differirle per mancanza d'altro Vescovo. A tutto ciò sarebbe bastantemente provveduto, qual'ora l'Eminenze Vostre in tanto si degnassero di accordarmi il Sacerdote Lewinski per mio Suffraganeo, giacchè, secondo l'occorrenza de' casi, lo spedirei in quella parte, ove qualche Sagra Funzione dimandasse la presenza di un Vescovo, o lo riterrei in questa Capitale per acudirvi agli affari della mia Gerarchia, e per unitamente esercitar le Sagre Funzioni in questa nuova Chiesa, che ho la consolazione di veder condotta al suo compimento. Per esser dunque io in libertà d'impiegare opportunamente il futuro Suffraganeo, e per non allarmar i Vescovi latini, sempre gelosi di qualunque avanzamento del Clero Ruteno, mi do l'onore di supplicare intanto l'Eminenze Vostre, à volermi benignamente permettere di riservare ad altro tempo più opportuno li Progetti prudentemente ideati della erezzione di un Suffraganeato, o nella Città di Varsavia, o in qualunque altro luogo, perchè almeno possa prevalermi subito del soccorso di un Vescovo puramente titolare, andando di poi lentamente disponendo le cose in maniera, che il suddetto Suffraganeato sia utile à tutta la Diocesi Metropolitana, e fondatamente si erigga senza opposizione, anzi col compiacimento degli stessi Vescovi latini. In vista dunque di queste, e di moltissime altre circostanze, ardentissimamente imploro dalla clemenza del Santo Padre, e dalla benignità della Sagra

---

<sup>306</sup> Coadiutor erat Gedeon Horbackyj, Episcopus Pinscensis (1769-1784), qui ab anno 1781 officium Coadiutoris exercebat. Cfr. Bullam provisionis an. 1781, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, Romae 1954, pag. 261, nr. 833. Sequens vero Coadiutor erat designatus Theodosius Rostockyj, Episcopus Chelmensis; cfr. Bullam provisionis an. 1785, die 11. IV. in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 272, nr. 844, et *Indicem nominum et rerum*.



Congregazione, le speciali facoltà, (f. 20) di poter promuovere il sudetto sacerdote secolare ad un titolo Vescovile in Partibus. Per fine colla più profonda venerazione, ed illibata ubbidienza sono per sempre

Dell' Eminenze Vostre dev.mo, obbl.mo ed umil.mo Servitore

GIASONE JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Arcivescovo di  
Kiovia e Hallizia, Metrop. di tutta la Russia.

Varsavia, 2 Giugno 1784.

## 191.

... 12 . VI . 1784.

*Metropolita Kioviensis Gubernio Leopoliensi de translatione Episcopi Ryllo ad Sedem Peremysliensem.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 82.

Excellentissime.<sup>307</sup>

Supremo Sacratissimae Caesareo Regiae Maiestatis mandato, quantum ex me erat, iam prompte reverenterque satisfactum est. Post resignata etenim ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Maximiliano Ryllo beneficia,<sup>308</sup> quae ipse hucusque in Polonia possiderat, postque confectum de vita et moribus eiusdem tam etiam de Premisliensis Ecclesiae statu Processum, litteras translationis, quas ipse Excelso Gubernio certo certius exhibere non intermittet, e Cancellaria mea extradere demandavi. Quod superest, Clementissimo Augustissimae Maiestatis patrocinio, gratiis favoribusque me ipsum, translatum quoque Episcopum, ac universum Ritus mei clerum commendo, debita veneratione permanens...

## 192.

*Radomyslia, 12 . VI . 1784.*

*Decretum translationis Episcopi Chelmensis Maximiliani Ryllo ad Sedem Peremysliensem.*

ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 75.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 15, fol. 410-411.

Jason Junosza Smogorzewski, etc. Universis et singulis quorum interest aut interesse poterit, singulariter vero tibi, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Maximiliano Ryllo, nuper Episcopo Chelmensi, et Belzensi, Archimandritae Dermanensi, Dubnen. ac S. Crucis, nunc autem in Episcopum Pre-

<sup>307</sup> Forsan Gubernatori Galiciae, Leopolim.

<sup>308</sup> Episcopus Chelmensis (1759-1785), qui inde ab anno 1780 erat etiam Administrator in Peremysl, reiecta antea propositione ad Cathedram Polocensem. De hac translatione sat multa prostant documenta, quia facta fuit illegitime a Metropolita, saltem secundum opinionem Sanctae Sedis. Cfr. de eo J. CHOMA, *Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmensis et Peremysliensis* (1759-1793), Romae 1953.

mislensem legitime Nominato, salutem in Domino, ac omnem prosperitatem. Cum piissimus Ruthenorum Metropolita, Michael Rohoza, Sanctam totius Ecclesiae Suae unitatem, sub anno 1596, Deo coadiuvante, feliciter constabilisset, Hyppatumque Pociey Vladimiriensem et Cyrillum Terlecki Luceoriensem Episcopos,<sup>309</sup> cum Fidei Catholicae Professione, et debita obedientia Sedi Apostolicae ad S. a. e. M. a. e. Clementem PP. VIII, Synodaliter ablegasset, istorum vero sollicitudine hoc quoque a Sede Apostolica Privilegium confirmari obtinisset, ut vacantibus in Russia Ecclesiis Catholicis solus Russiae Metropolita, servatis de lege servandis, iure, et nomine Apostolico Pastores in aevum praeficiat. Cumque onus dignitatis Metropolitanæ humeris nostris licet imparibus desuper impositum portemus muneri et officio nostro utique deessemus nisi etiam Premisliensi Catholicae Ecclesiae, obitu b. m. e. Athanasii Szeptycki<sup>310</sup> ab anno 1779, die 8 Junii, viduatae, de legitimo tandem provideremus Pastore. Hinc, ne praefata Cathedralis Premislensis vacatione ulteriori aliqua sentiat incommoda, ad celerem, et felicem eius provisionem subito intendentes, Augustissimorum vero, potentissimorumque Mariae Theresae in aeternum colendae Matris nominationem, ac eiusdem Filii Josephi II, celeberrimi Romanorum Imperatoris, Domini Nostri Clementissim assensum et voluntatem, mandatum obedientissime reverentes, Processu super vita, moribus et idoneitate tua superque statu vacantis ecclesiae Cathedralis canonice confecto, rursus comperis magnarum virtutum donis, quibus eorundem largitor Altissimus te multipliciter insignivit, attentoque praeterea eo, quod Chelmensi Ecclesiae ac Dioecesi haecenus laudabiliter et sancte praefuisti,<sup>311</sup> indeque praefatam Premisliensem Ecclesiam, ac Dioecesim salubriter regere, et feliciter gubernare certocertius poteris, visa demum, et per tuum specialem Mandatarium, coram Nobis libere facta, nedum Chelmensis in Polonia Episcopatus, sed etiam Archimandriae Dermanensis, Dubnensis, et S. Crucis *Resignatione*, ad Premisliensem Ecclesiam, et Dioecesim auctoritate Nobis desuper suffragante, Praesentibus in Dei nomine te, Praesul dignissime, *transferimus*, ac in Episcopum, et Pastorem eidem Ecclesiae praefecimus, eidemque curam, regimen prout de iure commitimus, corde optantes ut praefatam Ecclesiam Premisliensem, ad cultus Divini, Fideique Orthodoxae augmentum, nominisque Caesarei gloriam, dextera Altissimi opitulante utilissime, prospere gubernes. Quocirca Reverendissimis praedictae Dioecesis Officialibus, Surrogatis, Decanis, Parochis, Universoque Clero, ac Populo Praesentium tenore mandamus, ut tibi tamquam membra capiti obsequentes, veluti Patri, ac Pastori suo omnimodam reverentiam, atque obedientiam prompte, ac alacriter exhibeant, salubria tua monita, et mandata humiliter suscipiant, ac efficaciter adimpleri curent, ita ut in eis

<sup>309</sup> Legati Hierarchiae Ruthenae ad ineundam Unionem cum Sede Apostolica anno 1595 exmissi; die 23 decembris 1595 coram Curia Romana fidem catholicam professi sunt, quam postea Synodus Berestensensis (octobri 1596) ratam habuit.

<sup>310</sup> Athanasius Szeptyckyj, Episcopus Peremysliensis (1762-1779); post eius obitum sedes haec vacabat usque ad ann. 1785.

<sup>311</sup> Ann. 1759-1785.



tu veros filios experiaris, ipsi autem in te verum Patrem invenisse gaudeant. Volumus denique, ut antequam Pastorale Premisliensis Ecclesiae regimen assumes, Praesentibus Regio Galliciae, Ladomeriaeque Gubernio reverenter exhibitis, publicam, forma in Synodo Zamosciensi praescripta, Fidei<sup>312</sup> Catholicae Professionem coram quocumque viro ecclesiastica dignitate ornato, tum quoque iuramentum nedum subiectionis, et obedientiae Sedi Apostolicae, Romano Pontifici, ac Russiae Metropolitae, verum etiam inviolabilis Augustissimo Romanorum Imperatori, D.no Nr.o Clement.mo Fidelitatis, in R. D. Andreae Jacobinski, Officialis Generalis Premisliensis sive eiusdem Surrogati manibus praestare, authentica vero eorundem Documenta ad Nos Curiamque Nostram quantocius transmittere cures. In quorum Fidem Praesentes manu, sigilloque nostro munitas dedimus. Radomisliae die 1-12 mensis Junii 1784 anno.

(L. S.) Iason Archiepiscopus. — Joannes Lewicki, Publicus S. Auctoritate Ap., Actorumque Curiae Metrop. Notarius, mp.

## 193.

*Radomyssia, 31 . XII . 1784.*

*Salutationes exhibet novo Nuntio Apostolico Varsaviensi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 134.

Radomisliae in Ucraina, 31 Decem. 1784.

Ill.me, Excell.me ac R.me D.ne, D.ne Patrone Col.me.<sup>313</sup>

Quanto studio quantave benevolentia Polonorum Gentem Apostolica Sedes prosequatur, inter plurima eaque praeclara argumenta illud est non postremum, quod munus Legationis in Regno isto, Praesulibus undequaque dignissimis committere dignatur. Certior itaque factus de felici Varsaviam adventu Ill.mae ac R.mae Excell.ae V.rae, cujus ingenium, pietas, rerum usus, consiliique vis, nedum humanissimis E.mi a secretis Status literis, ast etiam benignissimo Summi Pastoris Brevi, imo publica fama, peroptime mihi sunt commendata, maximopere recreatus sum, praesto adesse, qui in tutanda defendendaque sancta Unione, his praecipue infelicissimis temporibus multipliciter exagitata, adjutrices mihi praebisset manus. Deus ergo Optimus Maximus Excellentiam V.ram Ill.mam ac R.mam diu, et huic Regno et Unionis S.ae rebus incolumen servet; mei autem erit muneris nedum suae sollicitudini unquam deesse, ast eidem pro viribus opitulari. Quod superest, a bonorum omnium Largitore faustissima quaeque precor, et ea, qua par est, reverentia maneo

Ill.mae, Excell.ae ac R.mae D.nis Vestrae humillimus Servitor

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Archiepiscopus  
Kiovien., Hallicien., Metr. tot. Russiae

<sup>312</sup> An. 1720.

<sup>313</sup> Novus Nuntius, Ferdinandus Maria Saluzzo (1784-1794). Nuntius Archetti, ut Cardinalis, iam die 25 novembris 1784 Romam profectus est.

## 194.

*Radomislia, 31 . XII . 1784.**Suam promptitudinem exprimit obediendi decretis Sedis Apostolicae et Nuntii Apostolici Varsaviensis.*ASV, *Nunz. di Polonia*, vol. Add. 12, fol. n.n. (copia).

Eminentissimo Sig. Sig. Padrone mio Colendissimo.

Se in tanta lontananza mi fosse lecito d'implorar qualche testimonio degl'Eminentissimi Signori Cardinali Visconti, Garampi ed Archetti,<sup>314</sup> gloriosissimi in questo Regno già Legati, certamente farei ben costare all'Eminenza Vostra il mio zelo nell'esecuzione degl'Apostolici cenni; e quindi la renderei piuchemai sicura della prontitudine, con cui desidero pienamente servir anche Sua Eccellenza Mons. Arcivescovo Saluzzo, degnamente a questa Nunziatura prescelto, e felicemente qua pervenuto, tanto più, che ciò mi vien sovraneamente comandato dal Vicario di Cristo; per cui umiliando l'annessa risposta, procurarò di semprepiù testificar all'Eminenza Vostra, qualmente con somma venerazione e piena ubbidienza me le dico e sono.

Di Vostra Eminenza divotissimo, obbligatissimo ed umilissimo servitore

GIASONE JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Arcivescovo di

Kijovia, Hallicia, Metropolita di Russia (m.p.)

Radomislia in Ucraina, di 31 X-bre 1784.

E. S. Cardinale Segretario di Stato.

## 195.

*Radomyslja, 31 . I . 1785.**Certiorat Nuntium Ap. de provisionibus sumptis de abusibus obventis in Eparchia Luceoriensi.*APF, *Scrutt. rif. n. Congr.: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 15, f. 476 rv.

Ill.me Excell.me, ac Rev.me Domine, Domine Patrone Col.me.

Muneri metropolitano, quod antiquissima consuetudine ac Synodo Zamoscieni, in supplendis, et corrigendis Suffraganeorum defectibus, mihi tributum est, deesse solui. Proindeque ad frequentem Cleri, et Populi Luceoriensis delationem, selectiores usque de 24 Decembris 1780 anno deputavi Ecclesiasticos, qui de accusati Episcopi Luceoriensis, utpote mei Suffraganei, male gestis, secretissime, ac prudenter inquirerent, inquisitaque mihi in ocluso referrent. Ejusmodi mandatis ipso initio actum fuit satis; delegati enim viri ceperant hic inde investigare de gestis praedicti Episcopi, qui etsi primum huic paternae provisioni adhaesisse videretur, quodam tamen latini ejusdem Civitatis Episcopis suasu inductus, Clero suo audacter inhiuit, ne coram commissarijs meis ullatenus compareret, aut testimonium aliquod proferret, quasi Concilium Tridentium Graecae Ecclesiae disciplinam respiceret, aut praeter adnotata

<sup>314</sup> Tres Nuntii, inde ab anno 1766: Visconti (1766-1772), Garampi (1772-1776), Archetti (1776-1784).

in Zamosciensi Synodo Ruthenos obligaret. Tantam Episcopi animositatem censui tollerandam, ne, quod secreto tractabatur, publicum fieret, famam Episcopi penitus prosterneret, universum denique Regni Populum scandalizaret, eumque ad gravius contra Ecclesiasticos saevendum concitaret. Saepius tamen jam litteris, jam oretenus Episcopum ad rectius agendum exhortatus eram, quem tamen in pluribus emendatum non semel adverti. Rebus, ut supra intentis, tandem deputatus fuit Coadiutor eidem Episcopo, Sede Apostolica annuente; ad quam iussus transmisi consuetum Processum, ubi multi ex articulis ab Excellentia Vestra Ill.ma ac Rev.ma mihi communicatis sufficienter (f. 476v) fuerunt explanati; nullum tamen ad haec Sedis Apostolicae responsum, ulla huc usque resolutio. Urgente tamen Clero Luceoriensi, demandavi contra Fiscalem Episcopalis Curiae extradere citationem, in qua idem Clerus aliquas contra suum Pastorem proposuerat quaerelas; ast citatio hujusmodi, ignoro cur usquedum non prosequatur. Reliquos tamen articulos, literis Excellentiae Vestrae Ill.mae et Rev.mae sub die 5a Januarii elapsi datis, adnexos, praedicto Episcopo, secretiori via fraterne communicari studebo, quem nuper praeterito cursore amice admonui, ut quantocius me videre veniat. Spero denique ejusmodi monitionem non male profuturam. Subaudio etenim ipsum humanius se gerere, ac ea, quae sui Pastoratus sunt, diligentius adimplere. Abstinendum itaque censeo ab ulteriori accusati Episcopi de gestis inquisitione, quam et Regiae Majestati, et Regni Primoribus quodammodo ingratam fore, non in vanum arboror, aequae ac profundissima veneratione maneo

Ill.mae, ac Rev.mae Excell.tiae Vestrae

Obsq. mus ac humillimus servitor

JASON SMOGORZEWSKI A.K.H. Metr. totius Russiae.

## 196.

*Radomyslia, 19 . III . 1785.*

*Dispositiones Metropolitanæ pro Episcopo et Eparchia Luceoriensi, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 304-305.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, vol. 15, fol. 511-512.

Super E.po Luceoriensi, 17 Mar. 1785.

In secreto inter me infrascriptum Russiae Metropolitanam, et Ill.mum ac R.mum D.num Cyprianum Stecki, E.pum Luceoriensem, colloquio die 6-17 currentis martii, Radomysliae habito, conclusum, quod idem D. E.pus, pro sua bona fama, et tranquillitate, ac pro bono Cleri, et Dioecesis in Congregatione sua imminente, ad preces Cleri, sequentia declarabit, ac promulgabit.<sup>315</sup>

1º Munuscula, tamquam semper bonae existimationi, et ut plurimum ipsimet justitiæ nociva, ex Officiis Curialibus, Consistorialibus, et Decanalibus, sub restitutione dupli eradicabit.

<sup>315</sup> Evidens exercitium potestatis metropolitanae in Episcopos.

2° Preces Pastori exhibeantur per suplices libellos manu supplicantis subscribendos, in quibus Resolutiones Pastorales adnotentur, in librumque Auditoris, aut Capellani inducantur.

3° Soliti ab administratoribus, et instituendis proventus, necnon muletæ pecuniariae aut in Fabricam Cathedralis, sive potius in erectionem Seminarii, vel in augmentum Capituli, ad preces tamen Cleri, et cum Consilio Congregationis, impendantur, et auctoritate Ap.lica pro semper confirmentur, omnes tamen dicti Proventus, formula stabilienda adnotentur, eoque fine eligatur de Clero Depositarius, qui sub tempus Cong.nis, coram ejusdem Deputatis, omni anno, calculum exhibebit.

4° Per Instrumenta committantur Officialibus Iudicia, qui unoquoque mense rationem peractorum Pastori exhibeant, de necessitate autem, et possibilitate reponendi Causas in Cong.ne pertractetur.

5° Oeconomus Cathedralis, Graeca in Ecclesia primis annumeratur Praelatis, debetque suo inservire Pastori, invigilando bonis, et Proventibus Cathedralibus; — satius itaque Ecclesiasticus saeculari praeponatur oeconomus, potiusque Ecclesiasticus participet ex Ecclesiasticis.

6° Liberati a subditatu non admittantur ad SS. Ordines, ad quos promoveantur Filii (f. 304v) Nobilium, et Presbyterorum, in Scholis latinis sufficienter educati; Rusticola autem agrum, Civitatis vero mercaturam colat.

7° Cathedriticum, jam alias lege Patria interdictum, disponatur spontaneae a Clero in Fabricam Cathedralis Ecclesiae, vel in augmentum Capituli, sive in sustentationem Seminarii, disponatur autem actu solemnem, et auctoritate Apostolica confirmetur.

8° Officia Curiae dignioribus, Dioecisana vero, uni ex tribus Candidatis per universum totius Decanatus Clerum eligendis conferantur.

9° Paena sanguinis in Recollectiones spiritus per longius tempus in aqua, ac pane duraturas commutetur.

10° Terminus pro Dioecisana Congregatione ejusmodi praefigatur, qui rei oeconomis minime praejudicet.

11° Collectiones pro Ministris Curiae, ac Dioecis solitas Depositarius constituendus exigat, et ad proportionem in Cong.ne determinandam expendat.

12° Dies, et hora pro audiendo Clero designetur, ne contra tempus frustra insumptum, ac inutiles expensas, liber Clerus conqueratur.

13° Visitaciones Generales selectioribus viris committantur, dummodo non ad questum, aut ad speciem, expensas autem Visitoribus ipsemet Clerus in Cong.ne provideat.

14° Ecclesiae Parochiales in Bonis mensae Episcopalis ita provideantur, ut sumant Collatores inde exemplum; Iuventus vero incentivum ad studia habeat.

15° Foundationes Capitulares protegantur, manuteneantur, et pro possibili augeantur.

16° Neglectam Ecclesiae Cathedralis Fabricam reassumere omnino expedit, ne aliqua (f. 305) detur alicui ansa ad sequestrationem Proventuum.

17° Bona Cathedralia, ut e manibus Saecularium tandem subtrahantur, ac propriis Ecclesiasticis dimittantur, qui hanc locationem facile acceptare poterunt.

Haec Ill.mo, et Rev.mo D.no Russiae Exarchae isthic in Volhyniam redeunti pro supra conventorum memoria, et executione consignavi. Radomyслиae, 8-19 Martii 1785. — Jason, & (L. S.)

Haec ab Ill.mo totius Russiae Metropolitano pro memoria, et executione mihi isthinc in Volhyniam redeunti, consignata, juxta praesentem Copiam recepi.

Datum Radomyслиae, 8-19 Martij 1785. — Cyprianus Stecki,<sup>316</sup> E.pus Luceor. Exarcha t. R. — (L. S.)

## 197.

*Radomyслиa, 22 . III . 1785.*

*De bonis Eparchiae Volodymyriensis et de dispositionibus pro Eparchia Luceoriensi.*

ASV, *Arch. Nunn. di Varsavia*, vol. 145, fol. 303.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 15, fol. 510.

Ill.me, Excell.me ac R.me P.rone Col.me.

Preces, quas D. Episcopus Vladimiriensis<sup>317</sup> S.ae de Prop. Fide Cong.ni, intuitu praediorum suae mensae Ianiewieze et Szczernitynce nuncupatorum, cum Praedio Czerniejow D.ni Francisci Czacki permutationis obtulerat, humanissimis Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae de die 2 labentis martii literis in copia adnexis recepi. Nec desum commisso mihi muneri, hodierno etenim cursore necessaria expediri facio in Volhyniam mandata, pro serenissime inquirenda narratorum in dictis precibus veritate. Non modico itaque tempore super sedendum mihi erit ab exacta istius negotii informatione, praecipue cum Permutationis Contractus (:cujus exemplar licet in Literis Excell.ae V.rae enuntiatum, haud tamen mihi transmissum est:) non ita mihi fit notus, ut tuto desuper animi mei sensum declarare possem.

D. Cyprianus Stecki, meus Luceoriensis Episcopus, amice et secretae hic monitus,<sup>318</sup> annexa implere promisit; porro, ut Clerus desideria, consiliaque sua, sub tempus Diocesanae Synodi, humanius ac (f. 303v) fidentius ei exhiberet, D.num Brodowicz, selectissimum e Clero Luceoriensi Virum, huc accerseo, ut hujusmodi negotium secretiori via, sine strepitu, impensis, ac infamia feliciter componam.

Redeunte ex Lithwania Coadiutore meo, viribusque, post diuturnum mor-

<sup>316</sup> Episcopus Luceoriensis ann. 1778; de eius obitu, anno et die non satis constat apud autores (1786?).

<sup>317</sup> Simeon Mlockyj, inde ab an. 1778. Anno 1795 eparchia suppressa fuit.

<sup>318</sup> Cfr. documentum praecedens.



bum, aliquantulum recuperatís, accingam me exarandis Apostolicae Sedi precibus, ut negotium Translationis et Coadiutoriae ratum habere velit. Ill.mae autem Excellentiae V.rae supplico, quatenus persuasum habeat me semper esse ac fore reverentissimo cultu

Ill.mae, Excell.mae D.nis V.rae humill.mus ac oblig.mus servitor

JASON SMOGORZEWSKI, K. H. Metr.

Radomyslia, 11/22 Martii 1785.

## 198.

*Radomyslia, 12 . IV . 1785.*

*Metropolita Smogorzewskij ad Stephanum Lewinskyj, suum Procuratorem Varsaviae, de exceptione submissa decreti in negotio translationis Episcopi Rylo ad Sedem Premysliensem.*

ASV, Arch. Nunt. di Varsavia, vol. 149, fol. 101v-102.

APF, *Soritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 15, fol. 516 rv.

Articulus literarum Excellentissimi Domini Jasonis Smogorzewski, Archiepiscopi Kioviensis, et Haliciensis ac Metropolitanus totius Russiae ad Illustrissimum et Rev.mum Dominum Stephanum Lewinski, Episcopum Thegeanum, suumque Suffraganeum, die 12 aprilis 1785, datum Radomysliae.

Cum iam praeter omnem expectationem placuerit Sedi Apostolicae translationem Ill.mi Maximiliani Rylo, ex Chelmensi ad Premysliensem Cathedram, quamvis bona fide eius, iuxta antiqua in Russia exempla, factam, suo de 27 Februarii Decreto nullam ac irritam declarare, tum pro me nihil aliud restat, nisi Apostolicam hoc in puncto voluntatem filiali corde revereri, ac caeca obedientia adimplere. Abhinc ergo ad translationem Episcoporum non procedam, quousque expressum ad hoc a S. Sede non consecutus fuero consensum,<sup>319</sup> pro quo etiam supplicare ipsamet suadet honestas, atque stimulat conscientia (f. 102), ne alias a potestate reprobet et vicinis alterius fidei cultoribus sim scandalo. Transmissum igitur mihi decretum supradictum sincere osculatus, certiozem de eodem reddam suprafatum Praelatum futuro cursore, Dominationem Vestram Ill.mam orans, quatenus velit istis omnibus, quorum interest, clare exponere non modo meam erga Sedem Apostolicam obedientiam, verum etiam meum erga Sancti Petri Successorem zelum, appellando hac in parte fidem aeternae memoriae Nuntiorum Apostolicorum ac hodiernorum Cardinalium, scilicet: Visconti, Garampi et Archetti...

---

<sup>319</sup> Quaestio potestatis Metropolitanarum Kioviensium transferendi Episcopos nunquam satis declarata fuit; etiam Smogorzewskij quamdam expositionem iurium infra proponit Sanctae Sedi Apostolicae, sub dat. 17. V. 1785. Cfr. de hac potestate opus P. P. LOZOVY, *De Metropolitanarum Kioviensium potestate* (988-1595), Romae 1962, et I. I. PATRYLO, OSBM, *Archiepiscopi Metropolitanus Kiowo-Halicienses*, Romae 1962.

## 199.

(Radomysliae), 19 . IV . 1785.

*Ex litteris Metropolitanae ad Stephanum Lewinskyj, Suffraganeum, de translatione Maximiliani Ryllo.*ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 75.APF, *Scrilt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia, Ruteni*, vol. 15, fol. 543 v.

Excerptum ex literis Excel.mi D. Metropolitanani, die 19 aprilis 1785, ad suum Suffraganeum Episcopum Lewinski.

Assecuravi Dominationem Vestram Ill.mam praeterito cursore,<sup>320</sup> quod praesenti missurus eram Premislam decretum S. Congregationis super Chelmensi translatione latum, sed quoniam mei domestici consiliarii multipliciter ac valide mihi disuadent transmissionem eiusmodi, igitur abstinebo, quousque non habuero superius consilium vel quousque ab Apostolica Auctoritate aliter iussus non fuero, interea duplicatum remitto...

## 200.

Radomyslia, 26 . IV . 1785.

*De bonis Mensae Volodymyriensis.*ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 247.

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne Patrone Obs.me.

Ut mandatis Excell.ae V.ae Ill.mae ac R.mae satisfacerem, eique, super transmutatione Bonorum Mensae Ep.palis Vladimiriensis Ianiewiczze dd.m contra Praedia Czerniow Ill.mi Czacki, sensum meum aperirem, praenecessaria omnino esset exactissima eorundem Praediorum cognitio; quam, cum longe dissitus statusque eorum ac Proventuum ignarus, minime habeam, nec ab aliis etiam sedulo exquirens quidquam certi hucusque acquisivi, imo nec Contractum Permutationis unquam vidi, proindeque non aliud desuper iudicium proferre possum, quam ut Excellentia V.ra Ill.ma ac R.ma, pro tutiori hujus rei examine sive verificatione, consuetam Commissionem, in utriusque loci facie expediendam, vicinioribus Ecclesiasticis delegare velit, reputans me semper permansurum, veluti omni cultu ac veneratione sum

Ill.mae et R.mae Excell.ae Vestrae devot.us, ob.gmus ac humill.us Serv.

JASON SMOGORZEWSKI, A.K.H. Metr. t. Russiae (mp.)

Radomysliae, 15/26 Apr. 1785.

Illm. D. Nunt. Ap.licus (Vars.a).

---

<sup>320</sup> Cfr. epistolam praecedentem.

## 201.

*Radomyslia, 17 . V . 1785.**Metropolita de translatione Episcopi Rylo irrita sese iustificat et necessitatem explicat.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 109-110v.APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni*, vol. 15, fol. 517 rv.Ill.me et Rev.me Domine, Patrone Col.me.<sup>321</sup>

Nunquam speravi fore, ut factum translationis D. Maximiliani Rylo,<sup>322</sup> ad quod descendere, in summis angustiis constitutus, coactus fui, adeo displicet Sanctae Sedi Apostolicae, ut, non expectata iustificatione mea, ad illud publico decreto reprobandum procedere constitueret. Optime ipse intellexeram integrum mihi non fuisse ad translationem a Sacra Caesareo Regia Maiestate demandatam procedere, non dato responso EE.VV. ad earum litteras, quas sub die 3 aprilis anno elapso 1784 scriptas in concursu epistolarum Gubernii Leopoliensis et D. Maximiliani Rylo acceperam. Sed simul et non sine fundamento arbitratus sum ad me D. Rylo recurrisset, ut placito dumtaxat Gubernii, et ipsius S. Caesareo Regiae Maiestatis se satisfacere ostenderet, aliunde vero translationem ab EE.PP. sibi concordatam habuisse, cum nempe iussa eiusdem Caesareae Maiestatis Em.mo Sacrae Congregationis de Prop. Fide Praesidi exponeret, et iusto etiam timore correptus fui, ne post denegata a me haec officia aliquid contrarium libertatibus ecclesiasticis obveniret, neve qualiscumque iurisdictionis mea, quae hucusque in Galiciae Lodomeriaeque Regnis<sup>323</sup> agnoscitur, exinde subiret periculum. Quia itaque per tempus non licuit Sacrae EE.PP. Congregationi rescribere, responsum Caesareo Gubernio suspendere, delegatos ad responsum usque ab iisdem EE.PP. obtinendum expectare, ad demandatam a Sacra Caesarea Maiestate translationem Domini Rylo iudicavi procedendum, idque exemplo praedecessorum meorum, qui licitum sibi ex Clementis VIII concessione Episcopos etiam transferre constanter sustinuerunt, confisusque S. Sedem Apostolicam facile mihi condonaturam etsi aliquid etiam quo eidem displiceret in concursu harum difficultatum praesumpsissem.

Cum autem aliter Sanctae Sedi hoc in negotio procedere placuerit, consequenter spem Metropolitanis imminuere, ut sua a Clemente VIII confirmata iura in executione haberent,<sup>324</sup> non aliud mihi reliquum est, quam eadem iura,

<sup>321</sup> Nuntio, ut videtur, Varsaviensi. Tamen potest etiam cogitari de ipso Praefecto S. C. de Prop. Fide, Antonelli Leonardo (1780-1795).

<sup>322</sup> A sede Chelmensi ad Sedem Peremyssliensem; cfr. supra, et *Indicem nominum et rerum*.

<sup>323</sup> Hae regiones inde ab anno 1772, post exdivisionem Poloniae, venerunt in dominium Austriae, ut Regnum Galiciae et Lodomeriae, ad antiquam gloriam huius terrae referendo, corona imperiali adiunctae fuerunt.

<sup>324</sup> Agitur de famosa decretali « *Decet Romanum Pontificem* », de dat. 23. II. 1596, quibus iura Metropolitanorum circumscripta erant.

ex iis, quae nobis iniuria temporum relicta sunt, monumentis EE.PP. exponere, Ill.mam autem Dominationem Vestram enixe rogare, ut illud iisdem EE.PP. suggerere dignaretur, quo salva esset S. Sedis Apostolicae et integra remaneret Metropolitanarum potestas, quam per Bullam Clementis VIII concessam sibi fuisse, per semiduo saecula constanter gloriati sunt, eamque ad confundendos (f. 110) schismaticos adhibuerunt, contententes Unionem cum Romana Ecclesia consuetudines orientalis Ecclesiae labefactare et evertere.

Illud quoque per gratiam Ill.mae, Rev.mae Dominationis Vestrae mihi flagitandum venit, ut tribus aut etiam quatuor cuiuslibet anni praecipuis festis Benedictionem Papalem congregato populo impertiri pro me, successoribus meis potestatem obtineam, cum in hoc finitimo Moscoviae loco, prae aliis auctoritas, et iurisdictione Summi Pontificis populo sit inculcanda, qui praeiudiciis adhuc aliquibus antiquae suae in Orientem propensionis laborare videtur. (f. 110v) Utramque autem gratiam dum impense rogo, antiquam Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae erga me benevolentiam dulci recordatione in mentem revoco, et eidem me enixe commendari cupio atque circa profundissimam venerationem esse et profiteri volo.

Ill.mae et Rev.mae Dominationis vestrae obligatus, obsequiosus et humillimus servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A.K.H., Metrop. totius Russiae  
Radomysliae in Ukraina, 6/17 Maii, 1785 anno.

## 202.

*Radomyslia, 17. V. 1785.*

*Metropolita Nuntio Varsaviensi de decreto irritante translationem Episcopi Maximiliani Ryllo ad Sedem Peremyssiensem.*

ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 137-139.

Ill.me, Excell.me et Rev.me Domine, Patrone Col.me.

Decretum quo SS.mus Dominus, qui feliciter Ecclesiae praees, improbavit translationem per D. Maximilianum Rylo, in iis circumstantiis obtentam, in quibus nunquam speravi, factum meum a S. Sede reprobatum iri, videtur praeccludere spem Metropolitanis Russiae impetrandae apud eandem S. Sedem gratiae, ut id, quod ab iisdem ante renovatam unionem usu receptum, sub renovationem a Clemente VIII concordatum et confirmatum, ac post Unionem per semiduo saecula in praxi habitum fuit, praeexpressis Metropolitanis non prohibet, sed ea, qua semper S. Sedes Unitos Ruthenos prosecuta est benevolentia, in spem erigit, praeces unitae Russiae reiциendas non fore, si ea, quae concessionem, vel potius confirmationem Clementis VIII ostendunt, exponere, et pro gratia conservandorum Metropolitanis Iurium recurrere non omiserit.

Non alio recurrimus Rutheni, quam ad eam piissimam Matrem, quae nos tanquam filios recepit, tanquam bellum (f. 138) cum Disunitis continuo gesturos, concessis per Clementem VIII privilegiis exornavit, et tanquam fideles pro

Unione Sancta Athletas, aliis etiam favoribus prosecuta est; suadere quare sibi minime possumus, eandem Sedem Apostolicam benigne nos non audituram aut gratias suas, quas, semel pro semper, concesserat, absque ulla nostra culpa revocaturam.

Mitto proinde per manus Excellentiae Vestrae Ill.mae ac Rev.mae epistolam ad Sacram de Propaganda Fide Congregationem,<sup>325</sup> in qua expono ea, quibus Metropolitanus Russiae semper arbitrati sunt, confirmatos sibi fuisse usus Orientalis Ecclesiae, consecrandi, instituendi et transferendi Episcopos, atque etiam necessitate postulante, Coadiutores dandi potestatem praeservatam sustinuerunt, enixe rogo, ut voto quocque suo preces meas adiuvaré velit, et primam hanc, quam impense posco, gratiam mihi praestare non dedignetur.

Non desunt S. Sedi Apostolicae media, quibus et antiqua Metropolitanis privilegia conservare, et Suae Auctoritati consulere possit; plenus (f. 138v) quare spei recurro, et exaudiri humiliter posco, ne Antecessorum meorum et totius Russiae nostrae privilegia, longo adeo usu recepta, sub me Metropolita amittantur, et hinc Disuniti magis magisque Sanctam Unionem abhorreant, nomen autem meum infelix ac odiosum posteritas habeat.

Quo autem ardentius opem Excellentiae Vestrae Ill.mae ac Rev.mae in hoc Russiae negotio imploro, eo cum maiore intensione, illam consecutus, gratum me et semper obligatissimum eidem profiteri curabo, in profundissima veneratione esse semper et profiteri volens.

Ill.mae Excellentiae et Rev.mae Dominationis Vestrae obsequentissimus et humillimus servitor

J. SMOGORZEWSKI, A.K.H., Metropolita totius Russiae  
Radomyssia, in Ukraina, 6/17 Maii, 1785 Anno.  
(Fol. 139: Excel.mus Dominus Nuntius Apostolicus Varsaviae).

## 203.

*Radomyssia, 17 . V . 1785.*

*Amplissima expositio iurium Metropolitanarum Kioviensium de translatione Episcoporum et electione Coadiutorum, argumentis historicis nixa, et rationibus iuris comprobata, nec non citationibus documentorum et fontium corroborata.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generati*, vol. 870, f. 399-405.

Emin.mi D.ni, Domini Patroni Col.mi.<sup>326</sup>

Maturius profecto Eminentijs Vestris deferendum fuit, quae, occasione Translationis de Chelmensi ad Premisliensem Ecclesiam Maximiliani Rylo hic peracta sunt, et quae, post nuntium de Gedeonis Horbacki olim Episcopi Pin-

<sup>325</sup> Cfr. litteram subsequentem, de dat. 17. V. 1785, ubi iura metropolitana quoad translationes amplissime exponuntur.

<sup>326</sup> Ad Sacram Congr. de Prop. Fide, cui Ecclesia Unita tunc temporis directe subiecta erat.



scensis meique Coadjutoris morte acceptum,<sup>327</sup> a S. Regia Majestate D.M. Cl.mo fuere impetrata, ut scilicet aetati, laboribus aequae ac publicis obsequiis fractae opportunius consulere. Sed primo, diuturnus, qui me tunc invaderat, nec semel redierat, et hucusque sub Medici cura detinuerat morbus, obicem posuit, tandem consulta mihi litterarum Sacrae Congregationis expectatio a proposito removet. Cum autem de negotio praefatae Translationis Beatissimo Patri ultra spem decernere placuit, rem, quemadmodum successerat, serius licet, ut par esset, EE.VV. pro munere meo exponendam suscipio, ne, aut inobservantiae erga Sanctam Sedem Apostolicam, quam ex antiquo fideliter revereor, reus audiam, aut iuribus, quae Sancta Sedes Apostolica Russiae Metropolitae illaesa solemniter reliquit, praepjudicium aliquod subticendo inferam.

Integro ab anno vulgatum jam fuerat, supremo Sacrae Caesareo-Regiae Majestatis mandato Maximilianum Rylo stringi, ut vel in Polonia, circa Chelmensem Ecclesiam, remaneret, vel, eidem renuntiando, tandem actualis Premisliensis Episcopus fieret; hoc porro EE. VV. certo innotuisse, vel exinde clarum est, quod idem usque de anno 1783, sub die 11 Januarii, a S. EE.rum VV.rum Congregatione id consilii acceperat, ut, resignato potius Chelmensi Episcopatu, Premisliensis Ecclesiae titulum adsumeret.

Praelegit tandem praefatus Maximilianus Premisliensem Episcopatum in Ditionibus Sacrae Caesareo-Regiae Majestatis situm, Chelmensi autem Ecclesiae illico renuntiare decrevit, retento nihilominus Belzensi Episcopatu, quamvis Ecclesiae Chelmensi semper unito, retentisque praeterea omnibus fere Bonis, quae Fundum sustentandi Chelmensis Episcopi constituebant, veluti mihi significaverat. Deliberandum itaque fuit, qua ratione Chelmensi Ecclesiae (f. 399v), suis bonis orbatae, subveniri posset, ne antiquissimus aequae ac celeberrimus ille Episcopatus Russiae interiret, in cujus sede primum Florentina Graecorum Unio publicata extitit.<sup>328</sup> Post longas autem deliberationes non aliud medium inventum est, quam, ut novus mihi a Sacra Regia Majestate, post mortem Gedeonis Horbacki, benigne concedendus Coadjutor, titulum Chelmensis Episcopi acciperet; Unde Sacra Regia Majestas D. M. Cl.mus, designando ad preces meas alium Coadjutorem cum successione, P. scilicet Theodosium Rostocki,<sup>329</sup> Ordinis Sancti Basilii Magni, bis in Lithuania Provinciale, qui singulari EE.rum VV.rum gratiae commendandus venit, eundem quoque in Episcopum Chelmensem nominavit, sicque eidem Episcopatu, quousque aliter, Deo Providente, subventum non fuerit, succurrere arbitrata est.

Rebus Varsaviae ita compositis, cum in Palatinatum Kioviensem redirem, venerunt expectati nunquam Maximiliani Rylo Plenipotentiarii, qui nomine Principalis sui Episcopatu Chelmensi, omnibusque aliis beneficiis in Regno Poloniae possessis renuntiarunt, et eundem Principalem suum transferri ad Premisliensem Episcopatum expetentes, Litteras supremi Galiciensis Gu-

<sup>327</sup> Anno 1784, forsitan adhuc prima medietate anni.

<sup>328</sup> Temporibus Isidori, Metropolitae Kioviensis an. 1440-1441.

<sup>329</sup> Inde a die 11 aprilis 1785 emanavit iam Bulla Coadiutoriae huius.

bernii mihi consignarunt, quibus mandatum Sacrae Caesareae Majestatis continebatur (1), ut praemissa executioni a me demandarentur. Suspendere Responsum Caesareo Gubernio non potui, nec missos detinere Plenipotentarios valui, procedendum quare fuit ad demandatam a Sacra Caesarea Majestate translationem, ne et Sanctae Sedis Apostolicae, et Metropolitanorum Russiae juribus aliquid contrarium contingeret. Quia vero eidem Sanctae Sedi Apostolicae visum est reprobare meum factum, quod exemplo Praedecessorum meorum posse fieri arbitratus sum, unicum restat, ea, qua semper teneor reverentia, EE. VV. exponere, quibus scilicet momentis Metropolitanis Russiae semper contenderunt, et gloriati sunt, Clementem PP. VIII, per solemnem Bullam (2) sibi concessisse et confirmasse jus non solum transferendi Episcopos, sed et quocumque modo providendi suis Ecclesiis, ubi postulat necessitas, et suprema Regum jubet potestas.

Certum est ex Scriptoribus Ecclesiasticis disciplinam Ecclesiae, de Translationibus et Coadjutorijs, quae, pro temporum varietate, apud Latinos et Graecos varia fuit, et quae in Latina Ecclesia, post multas et longas (f. 400) inter Romanos Pontifices, et respectivos Regnorum Principes controversias, ad concordata devenit, quorum tenore, sub certis exceptionibus, nominatio Regibus, Provisio vero Romanis Pontificibus cauta fuit et praecustodita, solis exceptis Germaniae Ecclesiis in eo duntaxat, quod earum Metropolitanis et Cathedralibus antiquae Electiones relictas essent; in Graeca vero Ecclesia, cum integra sibi relinqueretur libertas, fere semper ad antiquos Canones compositionem fuisse, proinde eandem Ecclesiam et Electiones in Promotionibus Episcoporum adhibuisse, ubi id politica Potestas permittebat, et omne genus Provisionis, quoad suffraganeas Ecclesias, Metropolitanis Provinciarum reliquisse, minimeque causas Translationum et Coadjutoriarum, inter causas majores, quae Patriarchis suis reservatae essent, recensuisse, ut vel ex Responsionibus Synodicis, quas refert Leumclavius (3) constare potest; consequenter Ruthenos quoque, qui, a sui ad Christi Fidem conversione, antiquos Canones et consuetudines Graecorum ecclesiasticas sectabantur, easdem Leges et Consuetudines in Ecclesiasticis Promotionibus observasse, et per Metropolitanos suos Suffraganeis Ecclesiis, in omni, qui contingebat casu, providisse, sive cum per Electiones ejusmodi negotia absolventur, sive cum sensim sibi id Principes vindicarunt, quod in potestate Electorum fuit, Metropolitanos vero exequi Nominationes suas voluerunt.

Imo Metropolitanus ipso, absque recursu ad Patriarchas Constantinopolitanos, interdum sibi elegisse, ut Hilarionem sub Dominio Jaroslai,<sup>330</sup> Clementem sub Dominio Iziaslai, et Gregorium sub Dominio Vitoldi, Nicephorum, Matheum, Cirillum primum, et Cirillum secundum (4), cum Latini Constantinopolim occuparent, Graeci vero Trapesunti Sedem Imperii sui constituerunt. Post captam autem in anno 1453 Constantinopolim vix dubitari potest negotia etiam

---

<sup>330</sup> Jaroslaius s. d. Sapiens, Magnus Princeps Kioviensis (1019-1054). Ut videtur sub anno 1051. Alia vice agitur de anno 1147, i. e. de electione Clementis, Smolenscensis dicti.

illa, quae ad Patriarchas spectabant, Domi in Russia conclusisse et absolvisse, cum Poloniarum Reges, qui frequenter cum Turcis bellum gesserunt, apertos Constantinopolim recursus prohiberent, ne ex iis aliquid detrimenti Reipublicae obveniret.

Hinc est, quod in antiquis Russiae monumentis, quae temporum et bellorum calamitates reliquerunt, legentes Macarium Tuczapski,<sup>331</sup> primo Macarii Metropolitanæ in Dioecesi Haliciensi, anno 1534, aulicum seu Vicarium Episcopum, tandem vero etiam Episcopum Leopoliensem anno 1539 creatum (5), (f. 400v) quamvis in ante nunquam Leopoliensis extiterit Episcopatus. Josephum item ex Episcopo Polocensi factum Archiepiscopum Kijoviensem in anno 1526 (6) et Stephanum Bielkiewicz datum Coadjutorem Archiepiscopo Kioviensi anno 1551. (7) Jonamque Protasewicz ex Episcopo Pinscensi electum Metropolitanam totius Russiae (8) minime legamus,<sup>332</sup> ut firma haec existerent, ad Patriarchas Constantinopolim Ruthenos recurrisset. Ipsum quoque Hieremiam, Constantinopolitanum Patriarcham, qui sede sua pulsus, ad Ruthenos venit, ut subsidia obtineret, non aliter ad suae in Russia Jurisdictionis exercitium venire potuisse, nisi mediante speciali Privilegio prius anno 1587, Stephani Regis, deinde Sigismundi III, quod sub anno 1589 Libri Metricæ Regni nostrae posteritati conservarunt (9).

Certum est etiam, Ruthenos Episcopos, cum adverterent Graecos clam etiam venire in Russiam, errores suos spargere, et per hos antiquam cum Fide Romanae Ecclesiae cohaerentem Fidem, quae in Concilio Florentino, cooperante quoque Russiae Metropolita Cardinali Isidoro, stabilita fuit, depravare et inficere, haec autem mala potissimum ex dependentia a Constantinopolitano Patriarcha provenire, quam a prima sui ad Christi Fidem conversione, juxta stabilita in Conciliis Rutheni reverentes, palam cognoscerent, proindeque in animum inducerent, relicta hac subiectione, sub obedientiam immediatam Romanorum Pontificum abire, atque ita Fidem Christi semper puram, semperque illibatam conservare, in pluribus suis Congressibus,<sup>333</sup> quos exhibendae Clementi PP. VIII solemnem obedientiam praemiserant, cautos sibi et praecustoditos Ritus, atque consuetudines orientalis Ecclesiae semper voluisse, idque omnino exorandum, a Summo tunc Ecclesiam Gubernante Pontifice, ad pacem et tranquillitatem conservandam in Russia, aequè ad non offendendos, qui ab hujusmodi Unione abhorrebant, Hipatio Vlodimiriensi et Cirillo (: qui ex Pinscensi ad Luceoriensem Cathedram (10) anno 1587 translatus fuit:) Legatis suis districte praecomisisset (11).<sup>331</sup>

<sup>331</sup> Macarius Tuczapskyj, primus episcopus Leopoliensis (1539-1547).

<sup>332</sup> Metropolitanæ Kiovienses: Macarius II (1534-1556); Silvester Belkevycz (1556-1567); Jonas III (1568-1577).

<sup>333</sup> Agitur de Synodis, quae habitae sunt annis 1590-1595, in quibus Unio ecclesiastica Berestensis apparabatur.

<sup>334</sup> Anno 1595, in s. d. «articulis Unionis». Cfr. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1966.

Dum itaque praeexpressi, qui anno Incarnationis Dominicae 1595, post celebratum vero Concilium Tridentinum anno 32, totius Russiae nomine, solemnem et immediatam Clementi PP. VIII obedientiam exhibuerunt,<sup>335</sup> Roma in Patriam revertentes, omnia se, ad vota reliquorum Russiae Episcoporum, obtinuisse asseruerunt, proindeque a Metropolitano, et congregatis Episcopis cum jubilo (f. 401) recepti sunt, ut Testis est Author antiquus vitae servi Dei Hipatii Pociey, quam Leo Kiszka Metropolitanus publici juris fecit (12),<sup>336</sup> affirmandum est Clementem PP. VIII id per Bullas suas concessisse, vel potius benigniter confirmasse Ruthenis, pro quo, juxta Orientalis Ecclesiae consuetudines, expetitus fuit, consequenter non consecrare modo ac instituere Suffraganeos suos, sed et providere Ecclesiis atque Episcopis in omni contingenti casu Metropolitanis Russiae indulsisse (13).<sup>337</sup>

Quod et longus usus, qui optimus interpres dici solet, probat atque confirmat; primus enim, a renovata Unione, post Michaellem Metropolita Hipatius Pociey, Ruthenorum in ante Romam Legatus, Paulum Owloczynski Athanasio Krupecki, Episcopo Premisliensi, in Coadjutorem anno 1611 deputavit,<sup>338</sup> et hic cautionem Metropolitanicae Ruthenorum Congregationi a Metropolitano sub annum 1642 datam, cum aliis Episcopis, tanquam expresse Coadjutor Premisliensis, Episcopus vero Samboriensis subscripsit (14).

Ejusdem vero Metropolitanae primum Coadjutor ex post Successor Velaminus Rutski, Atlas Unionis, Columna Ecclesiae, Athanasius Russiae ab Urbano VIII appellatus, qui tota vita sua apostolica zeli et singularis erga Sanctam Sedem Apostolicam reverentiae magna specimina dedit, Gedeoni Brolnicki Archiepiscopo Polocensi, nonagenario seni, Coadjutorem designavit Beatum Martyrem Josaphat (15) eumque in Episcopum Vitebscensem consecravit anno 1617, et Raphaellem Korsak suum Coadjutorem de Haliciensi ad Pinscensem promovit Ecclesiam (16).<sup>339</sup>

Secuto autem Velamini obitu, idem Raphaël, Ecclesia Pinscensi Pachomio Oranski resignata (17), vacanti Metropoliae praeesse caepit, eamque vix sexennio gubernans, in Martyris Josaphat Beatificatione promovenda diutius Romae (18) moratus, Cassiano Sakowicz resignare Dubnensem Archimandriam permisit (19).<sup>340</sup>

<sup>335</sup> Die 23 decembris 1595, in Consistorio sollemni. Cfr. ibidem.

<sup>336</sup> Metropolita annis 1714-1729. Cfr. *Sermones Metrop. Hypatii Pociey....*, Suprasliae 1714, alia ed. an. 1768 sub titulo « *Defensio fidei sanctae catholicae* ».

<sup>337</sup> Cfr. « *Decretum Romanum Pontificem* », de dat. 23. II. 1595, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 266, nr. 152.

<sup>338</sup> Agitur de quodam errore, nam et ipse Krupeckyj anno tantummodo 1610 in Episcopum Peremysliensem nominatus fuit; Owloczynskyj vero in Coadjutorem nominatus fuit anno 1645, ab Antonio Sielava, Metropolita.

<sup>339</sup> Anno 1632.

<sup>340</sup> Cassianus Sakovyč, Archimandrita Dubnensis (ab an. 1626), depositus anno 1634, sed permansit protectus a duce Zaslawski, usque ad annum 1639, quo anno obtinuit canonicatum Cracoviensem ritus latini.



Sub Antonio Sielawa, qui, post Beatum Martyrem Josaphat, primus Archiepiscopus Polocensis, secundus autem post Velaminum Metropolitam fuit, Ardreas Zloty Kwasninski Archiepiscopus Smolen. per Moschos Smolensco pulsus, vacantem Pinscensem Cathedram obtinuit, consequenter ex Smolen. Episcopatu ad Pinscen. per Metropolitam translatus est anno 1654 (20); idem Sielawa Nicephorum Losowski, cum titulo Episcopi Vitebscensis sibi in Archiepiscopatu Polocensi adiutorem constituit anno 1643 (21); hoc autem e visis erepto, Gabrielem Kolenda primum Archiepiscopatus, tandem et Metropoliae (: cum scilicet Pachomius (f. 401v) Oranski designatus sibi in Metropolia Coadjutor in persecutione extinctus esset:) Coadjutorem esse voluit (22). Idemque Athanasio Krupecki Episcopo Premisliensi, post demortuum Paulum Owloczynski, qui, ut supra dictum, Premisliensis Coadjutor erat, Procopium Chmielewski, sub titulo Samboriensis Episcopi, adiutorem dedit in anno 1651 (23).<sup>341</sup>

Gabriel Kolenda, tertius a Velamino Metropolitam in Coadjutorem suum Polocensem assumpsit Cyprianum Zochowski sub titulo Episcopi Vitebscensis, circa annum 1670 (24), qui tandem in Metropolia quoque Coadjutor Gabrieli obvenit.

Cyprianus Zochowski, quartus a Velamino Metropolitam, Coadjutorem fecit Episcopatus Vlodimiriensis Leonem Zalenski anno 1678 (25); in anno vero 1679 Resignationem Archimandriae Trocensis a Benedicto Terlecki factam admisit (26).<sup>342</sup>

Similiter Leo Zalenski, quintus post Velaminum Metropolitam, Coadjutores dedit Archiepiscopo Smolenscensi Jasaphatum Hutorowicz anno 1697 (27); Episcopo autem Chelmensi Jacobo Susza, Augustinum Lodziata (28) eodemque anno transtulit Martianum Bialozor ex Episcopatu Pinscensi ad Archiepiscopatum Polocensem, et illi statim in Pinscensi Cathedra substituit Antonium Zolkiewski (29); acceptavit quoque Resignationem Episcopatus Piscensis et Turoviensis a Theodosio Wolyniec in anno 1703 (30), atque Martiani Bialozor postulationi detulit, ut suus in Archiepiscopatu Polocensi Coadjutor esset Joannes Chrisostomus Franckiewicz (31). Josepho vero Babinski Archimandritae Polocensi Joachimum Korbus Coadjutorem concessit anno 1706 (32), in super retinere Grodnensem Archimandriam cum Suprasliensi permisit Floriano Laniewski in anno 1708 (33).<sup>343</sup>

Georgius Winnicki, statim ac Leoni Zalenski successit, Josephum Wyhowski in Mscislaviensem Episcopum consecravit (34), cui et Episcopatus Luceoriensis Administrationem delegavit (35) ac denique, post obitum Dionisii Zaborkrzycki, inferius recensendi, ad Luceoriensem Ecclesiam de Mscislaviensi trans-

<sup>341</sup> Procopius Chmelovskij, qui dein successit Athanasio Krupeckij an. 1652; permansit in hac sede usque ad ann. 1664.

<sup>342</sup> In elencho Archimandritarum Trocensium non datur hoc nomen.

<sup>343</sup> Talem Archimandritam neque in Archimandria Suprasliensi neque Grodnensi invenimus.



tulit (36). Admisit praeterea in Actis suis Resignationem Archimandriae Doro-hobusensis a Benedicto Godebski factam, spoponditque eum, praevia Nominatione Regia, ad Grodnuensem transferre Archimandriam (37). Coadjutoriam quoque Episcopatus Premisliensis Ambrosio Nahujewski, suo ex Sorore nepoti, concordavit, quae tamen, secuta morte ejusdem Metropolitanis, effectum sortita non est (38).<sup>344</sup>

Sub Leone vero Kiszka, post Georgium Winnicki, Metropolita (: qui et in Synodo Zamosciana cum aliis Patribus praeexpressa jura Metropolitanis (f. 402) competere asseruit, et post Synodum suis etiam ad Quaesita Responcionibus confirmavit:) Clementi Domaracki, Archimandritae Ovrucensi, Coadjutor datus fuit, primum Patritius Bielski (39), secundo autem Andreas Bieniecki (40), quem deinceps actualem Archimandritam mors Patritii effecit post annum 1723.<sup>345</sup>

Nostris etiam temporibus, Athanasius Szeptycki Leonis Kiszka in Metropolia successor, Theophilum Godebski ex Pinscensi Episcopatu ad Vlodimiriensem anno (41) 1730, duosque Abbates, unum Martianum Holownia ex Drohobusensi ad Mielecensem, alterum Andream Bieniecki ex Ovrucensi ad Cobri-nensem Archimandrias transtulit (42). Hieronimo autem Ustrycki, Episcopo Premisliensi, Coadjutorem dedit Onuphrium Szumlanski anno 1744 (43).<sup>346</sup>

In quibus omnibus sive Resignationibus, sive Translationibus, sive Coadjutoriis, quae sub praeexpressis Metropolitanis successerant, neque ex Actis Metropolitanis, quae post conflagrationem remanserant (44) neque ex aliis, in quibus horum memoria apud nos conservata fuit, colligere licet interpositam fuisse auctoritatem Sanctae Sedis Apostolicae. Sola habetur mentio Privilegiorum Regum Poloniae, qui pro diversis temporibus Reipublicae praefuerunt; eorundem proinde Regum, qui Vicariorum quoque Apostolicorum in oris Russiae ex concessione Martini V titulo gloriantur (45), postulanti-bus Nominationibus, vel Electionibus etiam exposcentibus, quae ad annum usque 1715 (46) pluribus Russiae in Ecclesiis servatae fuere, illas evenisse dicendum erit potestate per Clementem PP. VIII ejusdem Russiae Metropolitanis benigne confirmata, quod et PP. Synodi Zamoscianae firmiter asseruerunt, cum a Domino Grimaldi, Nuntio Apostolico, interrogarentur,<sup>347</sup> proinde usum suum antiquum, non dissentiente Sancta Sede Apostolica, impost retinuerunt (47).

Ipsaemet quoque expressiones Bullae,<sup>348</sup> qua immor. mem. Clemens PP. VIII

<sup>344</sup> Revera nullus invenitur Episcopus istius nominis.

<sup>345</sup> Series Archimandritarum Ovrucensium; Patritius Bielskyj (1730); Andreas Bieniecki fuit iam anno 1728; translatus vero ad Kobrynnensem an. 1741. Dein sequitur Innocentius Lipnickyj (1742), et simul datur etiam Josaphat Janczyckyj, qui obiit an. 1781.

<sup>346</sup> Hic postea successit Hieronymo Ustryckyj et cathedram hanc tenuit annis 1746-1762.

<sup>347</sup> Cfr. *Supplicationes Ecclesiae Unitae in terris Ucrainae et Bielarussiae*, vol. II, Romae 1962, pag. 151, nr. 616, 619.

<sup>348</sup> «*Decet Romanum Pontificem*», de dat. 23. II. 1595, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 266, nr. 152.

antiqua Privilegia Russiae Metropolitanis asseruit, id ipsum non obscure suadere videntur; plena enim, ampla, et libera potestas, in confirmandis, instituendis, et consecrandis suffraganeis, ab eodem Clemente PP. VIII Metropolitanis Russiae in perpetuum praeservata, non aliud significare potest, nisi gratiam illimitatam, et ad omnes casus sese extendentem, qui in Promovendis ad Episcopatus et Archimandrias non solo obitu, sed etiam Resignatione, et Coadjutoria saepe saepius contingere solebant, et solent. Finis quoque expetitae aequae concessae gratiae idem omnino fuit, sive sermo esset de (f. 402v) confirmandis Electionibus, vel Nominationibus, sive de Translationibus, sive demum de Coadjutoriis, rem scilicet valde incommodam et damnosam Ruthenis, in tanta locorum distantia ad Sanctam Sedem Apostolicam accedere, aut alios, qui eorum nomine confirmationem petant, ad eandem Sanctam Sedem transmittere (48). Cum itaque huic incommodo ac damno, a Russiae Legatis singulariter Sanctae Sedi exposito, Clem. PP. VIII benignis Litteris suis occurrere voluerit, quin ullum, praeter Metropolitanæ Provisionis, casum Curiae Romanae reserverit, affirmandum omnino est pro omni Promotionis casu, quemadmodum expetitus fuit, occurrere voluisse.

Ad haec, si confirmationes eorum, qui ex suffraganeis transferendi sunt, vel qui in Coadjutores assumuntur, postulantes etiam justissimis causis, quas SS. Canones probant, ad Sanctam Sedem Apostolicam revocentur, et eidem, respectu etiam Ruthenorum, reserventur, cum interdum nonnullis, in Metropolitanæ auctoritatis praejudicium, Recurrentibus eadem permittat, ut scilicet Nominati ad Ruthenas Ecclesias, a quocunque alio, praeter Metropolitanam, Antistites consecrentur, et instituantur, quid tandem Metropolitanis Russiae remanebit, nisi sola memoria Clementem PP. VIII Metropolitanis Russiae illimitatum Jus confirmandi, instituendi, et consecrandi suos Suffraganeos concessisse, quibus Praerogativis unita Russia gloriata semper fuit, et gratia Dei opitulante, atque etiam praedicta concessione efficaciter permovente, integras Dioeceses, ad obedientiam S. Romanae Ecclesiae pertraxit. Difficile quoque intellectu esset, cur ex prae laudata Clem. PP. VIII Bulla Metropolitanis Russiae, cum possint plus, non possent minus, si Translationes et Coadjutoriae eadem comprehendi non deberent? Quod utrumque expetitur fuit, tanquam usui antiquo conforme, et removendae Disunitorum offensionis perutile.

Ser.mi etiam Poloniarum Reges, qui exemplo Praedecessorum suorum, Russiae et Lithuaniae Principum, antiqua Metropolitanis ejusdem Russiae Privilegia non semel confirmarunt, ut Statibus suis melius consulere, non aliter Nominationes suas in omni contingenti casu expediri faciunt, nisi dirigendo eas ad Metropolitanum, eique executionem Nominationum suarum demandando; quoad ipsos Metropolitanas vero, eorumque Coadjutores, rem ad Sanctam Sedem Apostolicam referendo. Cum ergo cognitum omnino fuit Ser.mis Poloniae Regibus (f. 403) Unionem Sanctam summopere commendantibus, quid, et quibus in casibus Rutheni Legati a Clemente PP. VIII expetierant, et obtinuerant, vel ex ipso Regiarum Nominationum tenore inferri potest, quod Russiae Metropolitanis contendunt, scilicet per supra expressam Bullam quascum-

que, et in quocunque casu, Promotiones, respectu Suffraganeorum, Clementem PP. VIII Metropolitae concessisse, Metropolitanarum vero confirmandorum et eorum Coadjutorum negotia, sibi et successoribus suis perpetuo reservasse.

Non diffiteor quod EE.VV. in responsoriis ad me Litteris affirmarunt, Philippum scilicet Wolodkowiez, in ante Metropolitanum, de Chelmensi ad Vlodimiriensem Ecclesiam fuisse per Sanctam Sedem Apostolicam translatum, et ejusdem Sedis Auctoritate, Coadjutores aequae in Metropolia ac Episcopatu Vlodimiriensi obtinuisse.<sup>349</sup> Sed illud primum apud nos legitur Translationis exemplum, in quo placuit Sanctae Sedi suam interponere auctoritatem. In mandatis enim habuit praeexpressus Philippus, a S. EE.rum VV.rum Congregatione, ne ex Chelmensi ad Vlodimiriensem Episcopatum, auctoritate Metropolitana, absque Sedis Apostolicae judicio, transferetur; cui mandato reverenter obtemperavit etiam ex eo, quod Florianum Hrebnycki Metropolitanam tunc offenderet clanculo super Bonis Barachty concordato, ut nempe negotium Coadjutoriae aequae ac Translationis, quae plures difficultates patiebatur, ad optatum successum facilius perduceret. Non omisit tamen (licet parvam antiquitatis Ruthenae possederet notitiam:) aliqua exempla, et ex his Ruthenae Ecclesiae antiquam consuetudinem in Bulla Clementis PP. VIII fundatam, Sacrae Congregationi, et fusius ejusdem Domino Secretario exponere. Coadjutores in Metropolia excepti sunt, et Sanctae Sedi per eandem Bullam reservati, unde, si Coadjutorem sibi in Metropolia Leonem Szeptycki, intercedente Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate, delegerit, juxta tenorem ejusdem Bullae processit; Antonium Mlodowski commendatum sibi a Sancta Sede habens Coadjutorem in Episcopatu Vlodimiriensi,<sup>350</sup> pro debita erga eandem Sedem observantia, acceptavit, vel quia sibi ipsi Coadjutorem dare non potuisse existimavit, vel quia credidit, etsi exponerentur jura Metropolitanorum Russiae, quoad Coadjutorias, eorum rationem EE.mos PP. (f. 403v) minime habituros quemadmodum habere dignati non sunt; cum ab ipso de transferendis Episcopis res utcunque exposita esset. Exempla haec, et si quae etiam alia admodum pauca, post mortem Athanasii Szeptycki, Metropolitanatae, inveniuntur, non ejusmodi ponderis sunt, ut, quod solemniter ab Apostolica Sede Metropolitae Russiae, circa praestitam eidem obedientiam, cautum et confirmatum fuit, atque ab iis ultra semiduo saecula in executione habitum, paucissimis his factis aboleri possit. Contingit Suffraganeos in Russia a Ser.mis Regibus nominatos, postulare interdum et obtinere etiam a Sancta Sede, (49) ut, a quo illis placet catholico Episcopo consecrentur, per has tamen indulgentias, licet aegre a Me-

---

<sup>349</sup> Annis 1756-1758, et dein anno 1762, quo anno ipse Wolodkovicz obtinuit Leonem Szeptycky in Coadjutorem Metropoliae Kioviensis et Antoninum Mlodovskyj, in Coadjutorem Vlodimiriensem.

<sup>350</sup> Antoninus Mlodovskyj et Leo Szeptycky revera impositi fuerunt ut Coadjutores, ob suspensiones motas contra Metropolitanam iam inde ab anno 1762, quo Floriano Hrebnycky successit. Non possunt proinde haec exempla adduci in hac materia.

tropolitatis habitas, nemo dixerit derogari quoque a Sancta Sede ipsi etiam consecrandi, et instituendi Privilegio, quod Metropolitatis non disputatur.

Proinde et Administratio Ecclesiae Luceoriensis a Clemente PP. XI, sub annum 1711, Episcopo Chelmensi concessa,<sup>351</sup> cujus EE. VV. pariter iisdem Litteris mentionem faciunt, juri Metropolitico administrandi Ecclesias in Russia obesse non potest. Fuit haec Josepho Lewicki, Chelmensi Episcopo, delegata, post ereptum rebellione Cosacorum illum unitis Episcopatum, et a Disunitis longo tempore possessum, cum nempe Dionisius Zabokrzycki, primus Unionem cum S. R. E. amplexus eaque de causa captivus in Moschoviam abductus, ibidem quoad vixerit detineretur,<sup>352</sup> eundem vero Episcopatum invaderet, a Disunitis consecratus, Cyrillus Szumlanski,<sup>353</sup> quem Augustus II, Rex Poloniarum, pro hoste Patriae agnovit, et Polonia recedere jussit; cumque insuper ad necem a Russis quaesitus Leo Zalenski, Metropolita, in Ditionibus Caesareis non parvo tempore delituisse, ac brevi post occubuisse, quam quidem administrationem praedictus Episcopus Chelmensis reposuit in manibus Georgii Winnicki, post Zalenscium Metropolitae, hic vero Josephum Wyhowski in Episcopum Mscislaviensem consecravit, et tanquam Administratorem Luceorien. Ecclesiae praeposuit, ac denique cum jam certa mors esset Dionisii, intercedente Regio Privilegio, etiam Luceoriensem ut supra Episcopum effecit (50).

Nec me latet, Canonistas recentiorum saeculorum affirmare, inter Episcopum et Ecclesiam contrahi quoddam spirituale Foedus et conjugium, quod in Electione initiatur, in Confirmatione ratum est, in Consecratione vero consummatur, proindeque concludere, hoc spirituale conjugium, a solo Romano Pontifice dissolvi posse. Expressiones tamen has incognitas iis, qui Innocentium III praecesserunt, (f. 404) non severe et ad rigorem esse accipiendas alii Canonistae monent, quia sequeretur Romanos Pontifices, vinculum etiam carnalis Matrimonii rati et consummati dissolvere posse. Quare hoc spiritualis conjugii inter Episcopum et Ecclesiam, quemadmodum Parochiales Ecclesias inter earumque Curatos vinculum, si ita appellandum est, auctoritate humana inductum affirmari debet. Unde cum non semel Auctoritati Romanorum Pontificum inferiori potestate dissolutum fuerit, inferiori quoque quam sit auctoritas Romanorum Pontificum potestate dissolvi posse, maxime, si id ipsi Ro-

<sup>351</sup> Josephus Levyckyj (1711-1730), qui administrationem hanc obtinuit postquam Dionysius Zabokrzyckyj in captivitatem moscoviticam abductus fuit anno 1709.

<sup>352</sup> Dionysius Zabokrzyckyj, qui anno 1702 simul cum eparchia Luceoriensi Unionem acceptavit Sedis Apostolicae; a Petro I, Czaro Moscoviae in odium Ecclesiae Catholicae an. 1709 in captivitatem ductus fuit, ubi et obiit an. circiter 1715.

<sup>353</sup> Cyrillus Szumlanskyj, ex familia Szumlanskyj; ipse sibi anno 1710 nominationem a Rege Poloniae in eparchiam Luceoriensem procuravit, sed a Metropolita non admissus, contulit se Kioviam, ubi a Metropolita Kioviensi non unito consecratus fuit in Episcopum. Sed in Volhinia non receptus, contulit se Pereiaslaviam, ubi anno 1715 nominatur iarr ut Episcopus Pereiaslaviensis et Coadiutor Metropolitae. Obiit die 30. IX. 1724. Cfr. *Enc. Powszechna*, vol. 24, pag. 785-6, et *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 26, nr. 643.



mani Pontifices concesserint et indulserint, ut concessisse et indulsisse Russiae Metropolitanis, iidem Metropolitanae affirmant.

Cum itaque Russia impleverit ea, quae Christo, quae eius Vicario Clem. PP. VIII, dum solemnem praestiterat obedientiam, promisit, scilicet reverentiam, subjectionem, et obedientiam, a duobus fere saeculis semper constanter servaverit, maximos conatus promovendo Sanctam Unionem in Ditionibus Regum Poloniae in ante vastissimis adhibuerit, et integras Dioeceses ad obedientiam Romani Pontificis adduxerit, nec sanguini pepercerit, et exilia atque suorum Bonorum jacturam passa fuerit, ut aberrantes a veritate Catholica Oves ad Christi Ovile reduceret, Filiosque Sacrae Romanae Ecclesiae aggregaret, sperat etiam, quod eadem Apostolica Sedes, quae semper piissima Ruthenorum Unitorum mater fuit, ea iidem pariter conservabit, quae solemniter cavet, et per Bullam perpetuo duraturam adpromisit.

Quod Apostolicae Benignitatis pignus perpetuo conservandum, dum ego nomine totius Russiae humiliter exoro, EE.rum VV.rum gratiam enixissime posco, ut has Preces meas apud SS.mum Dominum, qui Ecclesiae feliciter praest, benigne adjuvare velint, et ad usque delatam Coadjutoris mei Confirmationem accelerare dignentur. Meum autem erit, et pro exaltatione Sanctae Romanae Ecclesiae Deum Optimum Maximum semper exorare, et EE.is VV.s debitam gratitudinem testari ac constanter exhibere, qui circa profundissimam venerationem esse, et profiteri volo

Eminentiarum Vestrarum dev.mus, obsequ.mus ac humillimus Servitor

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Archiepiscopus Kiov.,  
Haliciensis, Metr. totius Russiae, etc.

Radomysliae in Ukraina, Maj 6/17, 1785 anno.

(f. 405)

#### SERIES CITATIONUM.<sup>354</sup>

1. Epistola Excelsi Gubernii Galiciensis Metropolitanano Russiae, 19 Apr. 1784.
2. Bulla Clementis PP. VIII. «Decet Romanum Pontificem», Septimo Calen. Martii 1595.
3. De Translationibus Episcoporum, fol. 240.
4. Kulezynski<sup>355</sup> in Specimine Ecclesiae, fol. 194. 198. 200. 209, et in Appendice, fol. 75.
5. Archivum Metropolitanum, fasciculo VI.
6. Kulezynski, in Spec. Eccl., fol. 218.
7. Archivum Metropolitanum,<sup>356</sup> fasc. 1.
8. Kulezynski in Spec. Ecclesiae, fol. 220.

<sup>354</sup> Citationes hae adiunctae fuerunt a Metropolita in ipsa littera, et eas hic adiungimus.

<sup>355</sup> IGNATIUS KULCZYNSKI, *Specimen Ecclesiae Ruthenae*, Romae an. 1733.

<sup>356</sup> Nescimus an agatur hic de tota congerie Archivi, an de quibusdam voluminibus separatis et ordinatis.



9. Libri Metricae, et Archivum Metropolitanum, fasc. 133.
10. Confirmatio Privilegii a Stephano Poloniarum Rege favore Cyrilli Terlecki Episcopi Pinscensis, 25 Februarii, anno 1585.
11. Colloquium Lublinense, fol. 32. 34. 39.<sup>357</sup> - Restrictus in causa Jurisdictionis Metropolitanae super Abbates coram Sac. Mem. Benedicto PP. XIV, n<sup>o</sup>. 112 Archivum Metropolitanum, fasc. 142.
12. Vita Hipatij Pociey.
13. Bulla Clementis PP. VIII, ut n<sup>o</sup>. 2.
14. Libri Metricae sub anno 1641, fol. 878. - Acta Provinciae Lithuaniae, Libro 17.
15. Archivum Metropolitanum, fasc. 8.
16. Archivum Metropolitanum, fasc. 3. - Acta Capituli Vilmensis sub anno 1636. - Pater Susza in Epistola ad E. D. Cardinalem Nerlium 1684. - Libri Metricae sub anno 1631, fol. 669. - Pater Stebelski in Serie Episcoporum Pinscensium.
- (f. 405v) 17. Pater Susza in Epistola ad Em. Dominum Cardinalem Nerlium 1684. - Stebelski in Serie Episcoporum Pinscensium.
18. Kulezynski in Specimine Ecclesiae, fol. 227.
19. Libri Metricae sub anno 1639. - Summarium in causa jurisdictionis Metropolitanae supra Abbates coram S. Mem. Benedicto PP. XIV, n<sup>o</sup>. 19.
20. Pater Susza in Informatione super statu Unionis ad Sac. Congregationem de Propaganda Fide anno 1664,<sup>358</sup> et in Epistola ad Emin. num Dominum Cardinalem Nerlium 1684. - Archivum Provinciae Lithuaniae, Libro 17.
21. Archivum Metropolitanum, fasc. 8.
22. Pr. Susza in Informatione super statu Unionis anno 1664.
23. Idem Pr. Susza in eadem Informatione.
24. Archivum Metropolitanum, fasc. 4.
25. Ibidem, fasc. 9.
26. Summarium in causa Jurisdictionis Metropolitanae, ut supra n<sup>o</sup>. 35, Litera B.
27. In eodem Summario, n<sup>o</sup>. 41.
28. Responsiones ad dubia PP. Synodi Zamosciae et praesertim Leonis Kiszka.
29. Acta Metropolitana.
30. Archivum Metropolitanum, fasc. 5.
31. Acta Metropolitana et Libri Metricae.
32. Acta Provinciae Lithuaniae, Libro 85.

---

<sup>357</sup> Anno 1780, temporibus Metropolitanae Cypriani Zochowskyj; series documentorum edita fuit anno 1680, sub tit. « *Colloquium Lubelskie miedzy zgoda y niezgoda Bracia Narodu Ruskiego vigore Constytucyey Warszawskiej na dzien 24 stycznia, An. 1780 zlozone*, Leopoli.

<sup>358</sup> Sub tit. « *De laboribus Unitorum, promotione, propagatione et protectione Divinae Unionis ab initio usque ad haec tempora* »; APF, *Scrutt. rif. n. Congressi*, vol. I, fol. 86-111, ed. in M. HARSIEWICZ, *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 298-349.

33. Summarium, ut supra, in causa jurisdictionis Metropolitanae, n<sup>o</sup>. 49, Littera A. B.
34. Acta Metropolitana.
35. Acta Metropolitana. - Archivum Provinciae Lithuaniae. Libro 50.
36. Pr. Stebleski in Serie Episcoporum Luceoriensium.
- (f. 406) 37. Acta Metropolitana.
38. Acta Provinciae Lithuaniae, Libro 83.
39. Summarium praecitatum, n<sup>o</sup>. 59. 60, et 69.
40. In eodem Summario, n<sup>o</sup>. 70.
41. Acta Metropolitana.
42. Acta Metropolitana.
43. Acta Metropolitana.
44. Summarium cit., n<sup>o</sup>. 78.
46. Acta Metropolitana.
47. Responsiones Leonis Kiszka, Metropolitanae, Antonii Zawadzki, Proto-Archimanditae Ruthenorum, P. ris Filipowicz, Abbatis Leszczynensis, et ejusdam Anonymi.
48. Bulla Clementis PP. VIII, ut supra.
49. Breve Apostolicum favore Michaelis Stadnicki, ad praesens Episcopi Ostrogensis Coadjutorisque Luceoriensis, 30 Martii 1784.<sup>359</sup>
50. Acta Metropolitana. - Acta Provinciae Lithuaniae.

## 204.

*Radomyslia, . 17 V . 1785.*

*Certiorat Clerum et fideles de institutione Suffraganei Stephani Levynskyj, nec non de distinctoriis honorificis pro clero.*

APF, *Scrith. rif. n. Congr.: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 15, f. 571-573 v.

*LITT. D.*

Jason Junosza Smogorzewski Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archi-Episcopus Kioviensis, Haliciensis, et totius Russiae Metropolitanus, Kiovo-Peczarensis, et Ovrucensis Archimandrita, et, post avulsam ad Imperium Russiarum Civitatem Polock, legitimus residuae in Polonia Dioeceseos Administrator, Ordinum Aquilae Albae, et S. Stanislai Eques.

Rev.mo Caesario Czudouski, Ordinis S. Basilii M. Polocensi in Confiniis Poloniae Archimandritae, Nostroque ibidem Vicario, totique clero ipsius regimini a Nobis concredito Pacem, salutem, Nostramque Benedictionem.

Nemo est, qui ignoret, quod post concessam Nobis Autoritatem Metropolitanam, Polona, in Polocensi, Orszanensi, ac Braslaviensi Districtibus Dioecesis, sub Serenissimi Stanislai Augusti feliciter regnantis Dominio et jure

---

<sup>359</sup> Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 267, nr. 841.

Patronatus, cum Ecclesiasticis ibidem bonis residua virtute tam antiquarum Legum per Constitutionem quoque 1768 anni renovatarum, quam multorum Privilegiorum (f. 571v) et Synodi Zamoscianaë ad Metropolitanam devoluta sit administrationem; quam ex munere nostro ac mediante Sacrae Regiae Majestatis Domini Clementissimi Beneplacito et nunc administrantes, vestrum vero Charissimi Fratres bonum, salutem, et necessitates, pro objecta sollicitudinis nostrae semper habentes spirituali commodo non solum per providam Generalis in confiniis Poloniae Consistorii conservationem, sed etiam per commissam nostrae Ill.mo ac Rev.mo Gedeoni Horbacki Episcopo Pinscensi, nostroque Coadjutori et succedaneo inspectionem, pro Pastoralis zelo consulere non destiteramus. Ut vero placuit Altissimo praefatum Coadjutorem nostrum ad aeternitatem vocare, illico pro Rev.mo Stephano Levinski, Leopoliensis Cathedralis Archidiacono, et Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimae Secretario ferventes Sanctae Sedi Apostolicae, et Sacrae Romanae Majestati porreximus preces, ut circa Episcopalem Dignitatem Metropolitanus Suffraganeus factus, Nos, utpote aetate, labore, multisque magni momenti negotiis plurimum gravatos in Pastoralis Officio pro posse (f. 576) juvaret, vobisque una cum nominato jam Coadjutore nostro in Spiritualibus necessitatibus efficacius ac dexterius satisfaceret. Deo sint grates pro obtento nostrae ejusmodi intentionis effectus; prae laudatus etenim Praelatus, Regia Autoritate suffultus, Tegaeni Episcopi titulo, a Sancta Sede Apostolica obtento, post subsequutam auctoritate nostra consecrationem, jam Metropolitanus evasit Suffraganeus, cui Serenissimus Dominus tam propter suorum in Polocensi Palatinatu subditorum commodum, quam etiam propter nostri ibidem regiminis juvamen, gratioso Privilegio Beneplacitum suum Regium testificari dignatus est, ad effectum, ut ex Polonis Ecclesiasticorum ibidem Bonorum fructibus, inevitabilibus ejusdem Suffraganei necessitatibus condigne provideremus. Quod diligentissime exequendo, jam debitas ad nostros ibidem subalternos dispositiones direximus eademque Sacrae Regiae Majestati porreximus humiliter. Vobis vero, Charissimi Fratres, circa debitam paternae Serenissimi Domini benevolentiae glorificationem, ita electum (f. 572v) provisumque Ill.mum Suffraganeum nostrum cum gaudio renuntiantes, infalibiliter hoc appromittimus: quod Ipse liberioribus ab obsequio Regio temporibus, propter necessarium Episcopaliū functionum exercitium, vestroque bono una locali Consistorio provisurus, vos visitabit.

Eodem praesentium Literarum contextu vobis, clarissimi Fratres, in memoriam revocamus, quod Canonica Ecclesiasticae Sanctae et potissimum Synodi Zamoscianaë praescripta, exoptata pro Ecclesiasticis istius Regionis utilitas, viva contra morum defectus vigilantia, et ad extremum firmum ecclesiasticae disciplinae augmentum, strictam nobis imponunt obligationem designandi vobis Generalem Congregationem, pro qua diem 18m mensis Maii V.S., in Civitate Uszacz, sub Praesidentia Rev.mi Vicarii nostri praefigimus, et Admodum R.R. Decanos, cum uno de quolibet decanatu Delegato, pro eodem tempore, et loco convocamus, mandantes, ut consuetis Tabellis ad manus Vicarii nostri consignatis, Olea Sacra ab (573) ab ipso recipiatis, propria vero,

et Cleri sui desideria, necessitates ecclesiarum, et Parochiarum nec non efficacia ad bonum ordinem media luculenter, fideliterque composita, subscripta, et in obsigillato fasciulo debite munita, quatenus velocius et securius ad manus nostras pervenire queant per primum cursorem, praevio Reversali, nostro Ill.mo Suffraganeo Varsaviam remittatis, ac pro omni eo plenas dispositiones nostras patienter expectetis.

Notum facimus denique, quod pro Documento nostrae erga clerum saeculare propensionis, gratiosam a Sancta Sede Apostolica pro nobis successoribus nostris obtinimus facultatem distribuendi distinctiorialia Insignia 30 in tota Hierarchia Nostra Presbyteris, qui per eminentiores virtutes, labores et merita digniores facti, non solum ipsimet in exemplaribus suis gestis non desisterent, sed et alios, spe obtinendi tam insignis praemii, ad opera similia excitando, omnes ad indispensabilem unitatis, pacis, et charitatis christianae conservationem invitarent, quemadmodum (f. 573v) et literae Apostolicae Rev.mo Vicario Nostro hinc die 19 ultimi 7bris transmissae evidentius probabunt.

Datum Radomysliae, die 1a Mensis Martii, V.S., 1785 anno.

JASON, Archiepiscopum (mpp). - L.S. -

Joannes Levicki,

Notarius Apostolicus et Causarum Curiae Metropolitanae (mpp).

## 205.

Romae, 22 . VIII . 1785.

*Restrictus de iure metropolitico Kioviensi, ex expositione Metropolitanae extractus.*

APF, *Scrilt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 870 (an. 1785), fol. 387-410v.

APF, *Acta S. Congr. de Prop. Fide*, vol. 155 (an. 1785), fol. 333-343.

RISTRETTO:

Die 22 Augusti 1785

Avendo il moderno Metropolitano di Russia,<sup>360</sup> Monsignor Smogorzewski preteso di poter trasferire dà una Sede all'altra i Vescovi del suo rito, ed avendo anche eseguito con aver traslato Monsignor Ryllo da Chelma a Premislia, la Santità di Nostro Signore ordinò, che si ammonisse di questo eccesso, e si dichiarasse nulla sì fatta traslazione, sebbene poi con grazioso rescritto si degnasse di sanare l'atto nullamente fatto da Mons. Metropolitano. Tutto ciò eseguitosi dalla S. Congregazione, non si ricusò, che il Prelato dicesse in carta le ragioni per le quali supponeva di poter procedere non meno alle Traslazioni, che alle Coadjutorie nei Vescovati Ruteni.

Quali siano queste ragioni, si degneranno l'EE. VV. di rilevarlo dalla stessa

<sup>360</sup> Ann. 1780-1788.

scrittura di Monsignor (f. 387v) Metropolitanò, che si dà in Sommario *Lett. A.* Intanto si fà riflettere all'EE. VV., che quantunque li Metropolitanì dè Ruteni, dacchè si unirono colla S. Sede nel Pontificato di Clemente VIII, abbiano preteso, in virtù della facultà accordata loro da quel Sommo Pontefice nella celebre Bolla di Unione, che si dà in Sommario *Lett. B.*, di confermare, e istallare in nome della S. Sede tutti i Vescovi Ruteni, di avere anche l'altra d'assegnare ad essi Vescovi il Coadjutore, e di traslatarli da un Vescovato all'altro, qualora il bisogno lo richieda, nulladimeno, certa, ed indubitata cosa si è, che non solo è stato riconosciuto per dubbio, ed equivoco dello stesso clero Ruteno il diritto da detti Metropolitanì preteso di procedere alle Coadjutorie, e Traslazioni dè Vescovati inconsulta Sede Apostolica, ma interrotto innoltre con pieno consenso de Metropolitanì medesimi (f. 388) e dichiarato replicatamente abusivo, ed insussistente, dopo formale discussione ed esame della medesima S. Sede.

Una delle principali controversie insorte circa l'anno 1720, cioè in tempo, che si celebrava il Sinodo Ruteno di Zamoscia, trà i Vescovi, ed il Clero così Secolare, che Regolare di quel Rito, e che furono tutte rimesse per l'opportuna decisione alla Sacra Congregazione di Propaganda secondo l'istruzione datane al Nunzio Grimaldi, Presidente allo stesso Sinodo, vedesi che fu appunto la sopraccennata facultà da Metropolitanì pretesa, giacchè avendo il Successore di Monsig. Grimaldi nella Nunziatura di Polonia Monsignor Santini,<sup>361</sup> à cui furono di nuovo rimessi li punti controversi per aver sù di essi, udite le parti dè nuovi lumi, ridotto li punti medesimi in forma di Dubbi, trovansi nella di lui informazione esposti li due (f. 388v) seguenti cioè:

« 1°. An Archiepiscopus Metropolitanus facultatem habeat deputandi Coadjutorem cum futura Successione Episcopis ob justas, et rationabiles causas illum desiderantibus?

« 2°. An ipsi Archiepiscopo jus competat trasferendi Episcopos de una ad aliam Ecclesiam? »

Disse Monsignor Santini nella sua informazione, sù tali Dubbi, che siccome nel concedersi al Metropolitanò l'Indulto di confermare i Vescovi Ruteni era stata considerata la tenue rendita dè Vescovati, e la lunga distanza da Roma, che rende molto incommoda, e dispendiosa la spedizione della Dataria, così militando li medesimi riflessi rispetto alle Coadjutorie, ed alle traslazioni dè Vescovi, era di parere, che non fosse conveniente di far prendere per allora alli Coadjutori, ed alli Trasferendi le lettere (f. 389) Apostoliche. Aggiunse per altro, che essendo la deputazione del Coadjutore un'atto di maggior Autorità e conseguenza della collazione stessa del Beneficio, si sarebbe potuto prescrivere al Metropolitanò d'informare la detta S. Congregazione circa la qualità dè Promovendi prima di procedere alla deputazione, o alla traslazione dè Vescovi, senza che con ciò si venisse à derogare in modo alcuno all'accennata Bolla Clementina, non nominandosi in questa le Coadjutorie, o traslazioni, nè privandosi

---

<sup>361</sup> Vincentius Santini, Nuntius Varsaviensis (1721-1728.)



il Metropolita del diritto, che ha di confermare, o d'istituire i suoi Vescovi.

Non ostante il sopraesposto parere trasmesso da Mons. Santini, Arcivescovo di Trabisonda, con sua in data di Dresda 18 Giugno 1725, essendosi li due Dubbi sopraccennati formalmente discussi in una Congregazione Particolare <sup>362</sup> tenuta li 19 Aprile 1728, si rescrisse all'uno, ed all'altro Dubbio assolutamente: *Negative*.

(f. 389v) Sembra, che a una tal decisione si sottomettesse Mons. Leone Kiska, Metropolitano di quel tempo, non potendosi allegare verun esempio di Coadjutoria, o Traslazione da esso fatta in alcuna di quelle Chiese unite. Ma non può mettersi in questione, che nel 1737 si sottomettesse il di lui Successore nella Metropolia, Monsignor Atanasio Szeptycki, giacchè da una di lui lettera originale, in data di Leopoli 2 Luglio 1737, a Mons. Nunzio Apostolico Paolucci, <sup>363</sup> e da questi trasmessa alla Segreteria di Stato, raccogliessi l'istanza, che il medesimo Metropolitano intese di promuovere per mezzo di detto Nunzio Apostolico al Sommo Pontefice, acciò venisse dato un Coadjutore al Vescovo di Premislia. Ma siccome Monsignor Nunzio non era punto favorevole all'istanza suddetta, stimando piuttosto, che sarebbesi dovuto (f. 390) formare un processo contro il suddetto Vescovo, e che trovandosi veri li disordini vigenti in quelle Diocesi, per i quali Monsignor Metropolitano richiedeva che si desse al Vescovo un Coadjutore, si fosse dovuto dalla S. Sede procedere a far ciò, che in somiglianti casi prescrivono i Sagri Canonici; quindi è che esaminatosi l'affare nella Congregazione generale di Propaganda, de 18 Novembre 1737 si risolvè, che per mezzo della detta Segreteria di Stato si scrivesse a Monsignor Nunzio, acciò verificandosi le cause, quali allegavansi dal Metropolita di fare una tale Coadjutoria, egli vi desse tutta la mano, preservato però il diritto, che potesse competere al Re di proporre il soggetto. Sono ben valutabili quelle parole colle quali Monsignor Szeptycki supplica in detta lettera il Nunzio Pontificio, acciò voglia *lanquenti Premisliensi Dioecesi succurrere, modernove ejusdem Pastori Coadjutorem* tanto muneris non imparem (in quem ipse etiam Dominus (f. 390v) *Episcopus* per literas suas ad me directas consentire videtur) addere, et ut *adatur propriam auctoritatem interponere*. Gratia haec Ecc. Vestrae non tantum citatae Dioecesi particulare dabit solatium, ac ad aeviternam eundem obstringet obligationem, verum ego etiam in onere meo levamen recipiam, etc.

È vero, che in appresso lo stesso Monsignor Szeptycki mutò parere, e che non solo si fece lecito di trasferire, ed istallare senza il beneplacito Apostolico il Vescovo di Pinsko alla Chiesa di Uladimiria, <sup>364</sup> per la quale aveva ot-

<sup>362</sup> Cfr. *Congregationes Particulares*, vol. I, Romae 1956, pag. 245, nr. 75, et sub dat. 26. IV. 1728; *ibid.*, pag. 281, nr. 77.

<sup>363</sup> Paolucci, non invenitur in serie Nuntiorum Varsaviensium, sed Viennensium; Card. inde ab an. 1743; obiit 11. VI. 1763.

<sup>364</sup> *Temporibus Athanasii Szeptyckij (1729-1746)*, non invenimus translationem aliam ex eparchia Pincensi ad Volodimiriensem, nisi eam Theophili Godebskij (1730).

tenuto la Regia nomina, mà passò innoltre, dopo la partenza di Monsignor Paolucci dalla Nunziatura di Polonia, a dare il Coadjutore al Vescovo di Premisla di sua mera autorità, e giunse per fine a pretendere di dividere le Chiese a perpetuità unite (f. 391) inconsulta la Sede Apostolica, ma è vero altresì, che informato di questi, e di altri abusi introdotti dal detto Metropolita, la S. Me. di Benedetto XIV, dopo averne richiesto, ed avuto una distinta informazione da Monsignor Nunzio Archinto, ne volle assumere una formale discussione, ed esame in una Congregazione Particolare di Propaganda, tenuta alla di lui presenza li 24 Novembre 1748,<sup>365</sup> nella quale, trà le altre, furono proposte come abusive le due pretensioni dè Metropolitanì di dividere le Chiese Unite in perpetuo, e di trasferire li Vescovi da una Chiesa all'altra, e di dar loro i Coadjutori senza il beneplacito della S. Sede. In quanto alla prima, aveva rilevato il suddetto Monsignor Nunzio Archinto, che il Metropolitanò Szeptycki, testè defunto, volendo costituire il Vescovo di Premisla Coadjutore del fu Monsignor Ustrzycki, gli aveva dato il titolo di Vescovo di Samboria, una delle (f. 391v) Chiese unite in perpetuo al detto Vescovado, e che pretendevasi, che se fosse vissuto più lungo tempo, avrebbe smembrato da Vescovato di Leopoli la Chiesa di Caminietz a favore del P. Turzanski, suo Nipote. In quanto poi alla seconda si rilevò, essere essa affatto insussistente, sì perchè l'ispezione delle cause di concedere le Coadjutorie, o di trasferire da una Chiesa all'altra li Vescovi spetta privatamente al Romano Pontefice, sì perchè non ha fondamento alcuno sulla Bolla di Clemente VIII, nella quale non si parla se non che delle Chiese vacanti. Avvertì per altro Monsignor Nunzio, che molti dè Vescovi Ruteni erano nell'opinione, che al loro Metropolitanò competesse un tale diritto, i quali se n'erano spiegati seco lui apertamente, e che perciò in sì grave abuso di autorità, domandava un sollecito riparo; onde era di sentimento, che su esso abuso, come (f. 392) ancora dell'altro di dismembrare le Chiese Unite, se ne fosse fatta una proibizione espressa al nuovo Metropolitanò, o nelle Bolle medesime, o in Breve a parte.

In vista di tutto ciò emanarono in detta Congregazione Particolare<sup>366</sup> coram SS.mo sù li sopraccennati due abusi o pretentioni dei Metropolitanì le due seguenti risoluzioni.

« 2. Non licere Metropolitanæ Ecclesias ad invicem unitas dividere, et dismembrare nisi consultis Episcopis, et obtenta ad id facultate a Romano Pontifice pro tempore existente.

« 2. Translationes Episcoporum de una ad aliam Ecclesiam fieri nequeant a Metropolita sine licentia Romani Pontificis. Quo vero ad Coadjutores cum futura successione Episcopis dandos, servetur sacrum Concilium Tridentinum, Sess. 25, cap. 7. de Reform., che è concepito ne seguenti termini: (f. 392v) « Quod si quando Ecclesiae Cathedralis urgens necessitas, aut evidens utilitas postulet Praelato dari Coadjutorem, is non alias cum futura successione detur, quam haec

<sup>365</sup> Cfr. *Congregationes Particulares*, vol. II, pag. 121, nr. 89, et 91.

<sup>366</sup> Cfr. supra, nota 365.

*causa prius diligenter a SS.mo Domino Pontifice Romano sit cognita, et qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quae a jure, et Decretis hujus Sacrosanctae Synodi in Episcopis, et Praelatis requiruntur, alias concessionibus super his factae subreptitiae esse censeantur».*

Con qual rispetto, e venerazione si assoggettasse alle suddette Pontificie decisioni Monsignor Floriano Hrebnicki, che dopo successe al Defonto Monsignor Atanasio Szeptycki nella Metropolia di tutta la Russia coll'Indulto apostolico di ritenere l'Arcivescovato di Polosko, apparve chiaramente sin dal 1744, in cui non essendo ancor Metropolitan, ma semplicemente Arcivescovo di Polosko, ed avendo rappresentato alla Sagra (f. 393) Congregazione di Propaganda la sua avanzata età, le continue indisposizioni, e perciò la necessità di assumere un Coadjutore, la medesima Congregazione sotto il primo Giugno fece il Decreto:<sup>367</sup> « Consulendum SS.mo pro facultate deputandi Coadjutorem Archiepiscopo Polocensi de consensu eorum ad quos spectat consensum praestare ». Stette per qualche anno in sospeso l'affare, ma avendo lo stesso Arcivescovo, divenuto Metropolitan, rinnovata nell'anno 1750, per mezzo di Monsignor Nunzio Archinto, l'istanza di avere per Coadjutore il *P. Giasone Smogorzewski*, in oggi degnissimo Metropolitan, dopo averne ottenuto l'assenso Regio, e dopo avere Monsignor Nunzio riconosciuto la sussistenza de Canonici motivi, vale a dire dell'età avanzata, dell'indisposizioni sopraggiuntegli alle gambe, della vastità grande delle due Diocesi Metropolitana, e di Polosko (f. 393v) e finalmente del Beneplacito Apostolico di già avutone, a piedi della supplica di detto Metropolitan, fu fatto il rescritto: « Ex audientia SS.mi, habita die 2 Augusti 1750: - SS.mus benigne annuit ». - In esecuzione di tal rescritto fu scritta lettera sotto gli 8 Agosto dello stesso anno dalla S. Congregazione a Monsignor Nunzio di Polonia, nella quale gli venne notificato il permesso dato da Sua Santità all'Arcivescovo di assumere il Coadjutore. Nella stessa lettera fu soggiunto, che si poteva tollerare, che il Processo da farsi sulla qualità del Promovendo alla Coadjutoria venisse formato dal Metropolitan, come ha diritto di fare in vigore de suoi privilegj per i Vescovi, che instituisce in proprietà senza intelligenza della S. Sede.

Lo stesso poi Metropolitan Hrebnicki, avvertito nel 1757 da Monsignor Nunzio in congiuntura, che il di lui Coadjutore nella Metropolia, Monsignor (f. 394) Wolodkowicz, Vescovo di Kelma, fu nominato al Vescovato di Vladimiria, a non impegnarsi a fare di sua autorità una tale traslazione, essendogli ben noto, ch'essa era riservata alla S. Sede, rispose al Pontificio Ministero in data 25 Febbrajo 1757, che attribuiva a suo principale onore il contestare pubblicamente i sentimenti della più filiale divozione, ed osservanza verso la Santa Apostolica Sede, che aveva costantemente nudrito; *Cuncta mirum* (sono parole della di lui lettera a Monsignor Nunzio, e da questi originalmente trasmessa alla S. Con-

---

<sup>367</sup> Cfr. *Acta S. Congr. de Prop. Fide*, vol. IV, Romae 1955, sub dat. 1. VI. 1744, pag. 31, nr. 1173.

gregazione) me recenti, aequae firma memoria tenere quaecumque a praelaudata sede, ejusque Ministris cum circa assumptam Metropolitanam Dignitatem, tum etiam sequentibus temporibus in mandatis accepi, nec unquam in vacantibus Uladimiriensis Sedis circumstantiis patiar aliquid (f. 394v) fieri, quod iisdem Sanctae Apostolicae Sedis imperatis adamussim non respondeat.

Il Coadjutore poi, o sia Trasferendo alle suddette due Chiese Unite di Uladimiria, e di Bresta, sebbene da principio si fosse espresso con Monsignor Nunzio, che non arrischiavasi di ricorrere alla S. Sede per ottenere la traslazione suddetta, senza prima sentire il Metropolitanano, e gli altri Vescovi, sul dubbio d'incorrere la di lui indignazione per l'opinione in cui erano, che un tal diritto appartenesse per antica consuetudine al Metropolitanano, nulladimeno non solo in essa lettera a Monsignor Nunzio in data 14 Marzo 1757, e in altra alla S. Congregazione dè 27 Ottobre dello stesso anno si dichiarò pienamente intorno a ciò sommessamente agli ordini del Sommo Pontefice, ma supplicò inoltre con suo Memoriale il S. Padre per essere trasferito a detto Vescovato di Uladimiria. Sicchè (f. 395) rimessasi la detta istanza con Viglietto di Segreteria di Stato alla S. Congregazione di Propaganda, e propostasi nella piena Congregazione dè 20 Febbrajo 1758, emanò il rescritto: *Consulendum SS.mo pro translatione Episcopi Chelmensis ad Episcopatum Uladimiriae*, quale fu approvato dalla s. me. di Benedetto XIV, nell'udienza data a Monsignor Antonelli, Segretario, nel susseguente giorno.<sup>368</sup>

Finalmente lo stesso Monsignor Feliciano Wolodkowitz, divenuto Metropolitanano per morte del di lui Coadiuto, richiese nel 1764, per suo Coadjutore nel Vescovato di Uladimiria, che con Dispensa Apostolica riteneva Monsignor Antonio Mlodowski, Vescovo Titolare di Turovia, e Coadjutore di Pinsko. L'istanza fatta a tale oggetto non meno da esso Metropolitanano, che da Monsignor Mlodowski con sua lettera alla S. Congregazione di Propaganda in data di Varsavia 28 Dicembre di detto anno, fu riferita (f. 395v) da Monsignor Segretario di essa S. Congregazione alla s. me. di Clemente XIII, nell'Udienza dè 26 Maggio 1765, ed il rescritto fu: «*SS.mus benigne concessit R. P. D. Metropolitanano totius Russiae, ut sibi deputare possit in Coadjutorem cum futura successione, et titulo Episcopali Bresten. R. P. D. Antonium Mlodowski, ad praesens Coadjutorem Ecclesiae Pinscen., cum titulo episcopali Turoviensis*».<sup>369</sup>

Anche sotto il moderno Metropolitanano si è dalla Santa Sede dato un Coadjutore a Monsignor Vescovo di Luceoria, e Ostrog, ma essendo quest'atto stato messo in questione dallo stesso Metropolitanano non insisteremo sopra del medesimo, e ci contenteremo soltanto di dire in Sommario *Lett. C.* la replica, che gli fu fatta dalla S. Congregazione sotto il giorno 3 Aprile 1784.

In vista dei fatti, e delle Apostoliche decisioni fin qui enunciate, non sem-

<sup>368</sup> Cfr. *Acta S. C. de Prop. Fide*, vol. IV, pag. 115, nr. 1256.

<sup>369</sup> Cfr. *Audientiae Sanctissimi de rebus Ucrainae et Bielarusjae*, vol. I, Romae 1963, pag. 142, nr. 116.



bra, che sia ora mai (f. 396) più sostenibile, o tollerabile l'abusiva pretensione dei Metropolitani dè Ruteni di trasferire li Vescovi del loro Rito, e di dargli dè Coadjutori *inconsulta Sede Apostolica*, senza che vagliano punto a convalidarla gli antichi esempi, che possano addursene, o prima dell'unione riguardo ai Patriarchi di Costantinopoli, coi quali ben spesso era affatto interdetto ai Metropolitani il commercio, a causa delle frequenti guerre tra la Polonia, e la Porta Ottomana, o dopo l'Unione medesima nello scorso secolo, in cui essendo la stessa santa unione ancor vacillante, e nascente conveniva adattarsi ai tempi, e lasciar che dai Metropolitani si provvedessero colla maggior sollecitudine, ed in qualunque modo le Chiese acciò non venissero occupate dai Disuniti. Certamente per quanti esempi possano addursi o di Coadjutorie, o di Traslazioni fatte da Metropolitani (f. 396v) dopo l'erezione della S. Congregazione di Propaganda, cioè dopo l'anno 1622, non se ne riscontra veruno negli atti, o Registri del di lei Archivio che sia stato dedotto a notizia, nonche autorizzato, o permesso dalla medesima S. Congregazione per quanto essa abbia procurato e di sostenere, e d'ingrandire l'autorità dei Metropolitani, e dè Vescovi Uniti, giungendo per fine nel 1627, a far togliere dalle Regie nomine di detti Vescovati la Clausula, che da tempo immemorabile soleva apporvisi, di obbligare cioè il Vescovo Ruteno Unito nominato dal Re a render conto della sua Chiesa al rispettivo Vescovo latino, come raccogliesi dalle lettere del Nunzio di quel tempo riferite nella Congregazione generale tenuta alla presenza della sa.me. di Urbano VIII, nel Palazzo Apostolico Vaticano, di 22 Febraro dell'anno suddetto.<sup>370</sup>

Si degneranno pertanto l'EE. VV. di risolvere se (f. 397) per le cose esposte appartenga a Monsignor Metropolitanato di Russia il diritto di dare Coadjutori, e trasferire Vescovi, come esso pretende, e quando non gli spetti questo diritto, se gli si debba concedere, e con quali condizioni?

Ponenza dell'E.mo Sig. Card. Visconti (f. 398v).

Die 22 mensis Augusti anni 1785. Ad meam relationem hujusce positionis Emin.mi Patres rescripserunt: — Negative, sed scribendum Metropolitanato juxta mentem; et mens est, non esse locum petitaee concessioni, ex rationibus indicandis, etc. Sed ulterius Translationes, et Coadjutoriae non concedantur ab Apostolica Sede, nisi admonito Metropolitanato, et Ordinatione eidem commissa.

C. E. Card. Vicecomes, Ponens.

Ex audientia SS.mi habita die 28 praedicti mensis: SS.mus benigne approbavit sententiam S. Congregationis, videlicet, quod quodcumque in posterum hujusmodi Translationes aut Coadjutoriae ab Apostolica Sede concedi contigerit, tunc confectio processus, intitutio, et consecratio ad Metropolitanatum pro tempore privative deferantur.

STEPHANUS BORGIA  
S. Congreg. de Propaganda Fide Secretarius.

<sup>370</sup> Cfr. *Acta S. Congr. de Prop. Fide*, vol. I, Romae 1953, pag. 50, nt. 83.



Si è scritto in conformità a Monsignor Metropolitano li 10 Settembre 1785.

## 206.

*Radomyslia, 7 . VI . 1785.*

*Refert de rebus gestis nec non de valetudine; item refert de positione lapidis angularis pro exstructione novae ecclesiae, ut videtur, Radomysliae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, f. 64-65.

Ill.me, Excel.me et R.me D.ne, Patrone Col.me.<sup>371</sup>

Humanissimis Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae litteris, quibus erga nos cum S.a Romana Ecclesia fideliter Unitos, et erga me etiam tenerrimos sensus suos exprimere dignata est, nec eodem, quo acceperam, nec sequentibus Ordinariis respondere mihi licuit, quia morbo, qui me ex improvise invaserat, atque eo usque sub manu Medici detinet, correptus, nequidem Congregatis ad Actum Magnatibus, et numerosis Proceribus officia mea praestare valui, multoque minus primi lapidis Benedictioni assistere potui. Cum autem aliquem, quamvis tenuem gradum valetudinis, miserente Deo, jam assecutus fuerim, non me continere possum, quin maximas, quas debeo, Excell.ae V.rae Ill.mae gratias agam, et pro benevolo in me atque omnes nos Unitos animo, et pro muneribus S.ae Ap.licae Sedis, novae isthic Ecclesiae transmissis, et pro delegatione benedicendi primi hujus Ecclesiae lapidis, in eum, quem Dignitate aliqua decoratum in vicinio praesto haberi contigeret. Felix profecto Russia, felix Palatinatus hic noster esset, si Ap.licum Nuntium suis Possessionibus excipere, huic, quam Deo juvante inchoavimus, Ecclesiae benedicere, et in Persona (f. 64v) humiliter revereri datum sibi esse videret; sed hoc optari magis, quam in effectu sortiri persuasos nos esse oportet. Provinciam quare benedicendi primi lapidis, nomine Excell.ae V.rae Ill.mae, suscepit Ill.mus et R.mus D. Cajetanus Rosciszewski,<sup>372</sup> genere et possessionibus clarissimus, atque cum primis Poloniae Familiis sanguine conjunctus, post multa praeclara gesta, Latini Ritus Sacerdos, et in Dignitate Cathedralis Decanus, a Ser.mo Rege, feliciter nobis imperante, inter S. Stanislai Equites cooptatus. Posuit autem hunc eundem lapidem nomine Ser.mi Regis Ill.mus et Excell.mus D. Comes Stanislaus Potocki, Palatinus Russiae,<sup>373</sup> in Praesentia Ill.mi et Exl.mi D. Comitibus Branicki, Supremi Exercituum Regni Ducis,<sup>374</sup> atque multorum Procerum, quos in specie, quemadmodum et totum hujus Benedictionis Ritus, nec non insignitos eadem die aurea Cruce quam S. Sedes Clero Rutheno gratiose concedere dignata fuit, (: Excell.ae V.rae Ill.mae, Ill.mus D. Lewinski, Suffra-

<sup>371</sup> Nuntio Apostolico, Ferdinando Maria Saluzzo (1784-1794).

<sup>372</sup> Administrator Kioviensis ritus latini inde ab anno 1770.

<sup>373</sup> Stanislaus Potocki, Palatinus Russiae ann. 1781-1788.

<sup>374</sup> Franciscus Xaverius Branicki, Magnus dux exercitus Poloniae (1775-1794).

ganeus meus, si jussus fuerit :) exhibebit. Ego, circa perennem gratitudinem, pro praestitis mihi ab eadem S. Sede, et ab Ill.ma Excellentia V.a, occasione benedicendi primi lapidis, beneficiis, Inscriptionem duntaxat, quae cum habitis ex gratia S.ae Sedis Donis, benedicto lapidi inclusa fuit, adnectendam censeo, et singularissimae pro semper benevolentiae commendari cupio, atque in profundissima veneratione esse et profiteri volo.

Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae add.us, obsquent.us et humill.us Servitor

JASON SMOGORZEWSKI,

A. K. H. Metr. tot. Russiae mp.

Radomysliae, 7<sup>o</sup> Junij, 1785 Anno.

\* \* \*

Inscriptio Lapidis angularis Radomysliae.

Ad Majorem Dei Gloriam

Perpetuumque Catholicae Unitatis Indicium

ac Metropolitanae Ruthenorum Ecclesiae decus

Nomine Ser.mi Stanislai Augusti Poloniae Regis D.ni N.ri Cl.mi

Excel.mus D.nus Stanislaus Comes Potocki, Palatinus Russiae

Supremus Militum in Ucraina et Podolia Praefectus

plurimorumque Ordinum Eques

hunc primum posuit Lapidem

quem

Nomine Ill.mi Excel.mi et R.mi D. Ferdinandi e Ducibus Cariliani Saluzzo

Archi-Episcopi Carthaginen. Ap.lici in Polonia Nuntij

Ill.mus et R.mus D.s Caietanus Rosciszewski

Decanus Cathedralis Kioviensis, Ord.s S. Stanislai Eques

Solemni Ritu Latino

sub Ill.mo et R.mo D.ne Jasone Junosza Smogorzewski

Archi-Episcopo Kioviensi et Haliciensi Metropolitano totius Russiae

benedixit

Anno D.ni MDCCLXXXV. Die XXIII. Maii.

## 207.

*Radomyslia, 20 . VI . 1785.*

*Nuntio de decreto inhibente Coadiutorias et Translationes, nec non de conaminibus non Uitorum constituendi novum Episcopum.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia* vol. 149, fol. 140-141

Ill.me, Excell.me ac Rev.me D.ne P.rone Col.me.<sup>375</sup>

Nunquam vel in animum inducere potui, S.m R.m E.m quae singularibus semper gratiis Unitos fovit atque protexit, semel iisdem concessa Privilegia

<sup>375</sup> Nuntio Varsaviensi, Ferdinando Maria Saluzzo (1784-1794).

abrogare velle, cum id pietas, aequitas et continua ejus in reductione aberrantium ad Christi Ovile sollicitudo ne cogitare quidem permittat. Poinde non alia ratione licitum mihi existimavi supplices Litteras meas S. ae Congregationi dirigere, quam, ut, quae hic in Russia ab Unione per centum et amplius annos acta sunt, fideliter eidem exponere, et in horum fundamento gratiam a S. Sede elementer confirmandam obtinerem. Ad quod consequendum, quia Excell. a V. ra ac R. ma profuturum existimat, ut in formato jam consecrati E. pi Chelmenensis Processu mentio fieret Decreti, quo Sedes Apostolica suam in Translatione D. ni Rylo auctoritatem interposuit, libenter morem gessi, et non mentionem duntaxat facere, sed et integrum Decretum inserere demandavi, ut ita meae erga S. m Sedem Ap. licam obedientiae, reverentiae et observantiae apertum argumentum relinquerem.

Lupus ille,<sup>376</sup> de quo Excellentia V. ra Ill. ma ac R. ma in suis de 7 praesentis Litteris justissime dolet, postquam semel in nostram Poloniam admissus fuerit, non facile ex eadem pelli poterit, quomadmodum pelli non potuit, qui illud Albae Russiae Ovile, quod paucis adhinc annis sub (f. 140v) Dominium Russorum abiit, hac eadem ratione invaserat. Totis quare nervis continendum est, ne prorsus admittatur neve concludatur negotium, absque consensu trium Reipublicae Ordinum, qui in Comitiji congregari solent. Profecto constituere novum pro Disunitis Episcopum, qui nunquam fuit, materia Status est ab omnibus tribus Ordinibus decidenda, multo vero magis permittere ut extraneus titulis Episcopus Domicilium hic suum stabiliat, et Coadjutor extranei Disunitorum Episcopi re ipsa sit, ac vocetur, extraneusque praeterea contra Leges Patrias Dignitate exornatus, et fidelitate magis extraneo Regno, quam Regno Poloniae obligatus existat. S. ae Sedis Appstolicae, et Excell. ae V. rae Ill. mae ac Rev. mae, qui Ministrum eiusdem Sedis vigilantissimum agit, hic singulari Auctoritate et praesidio opus; non enim ego, qui examine et status mei obligatione huic negotio me aperte opponere vellem, aperte me cum successu opponere possum, ne aliunde, in extero Regno exosum nomen meum, rem et tam bene ordinatam, et aequaliter factibilem perturbet, atque hoc ipso, quod a me difficulter, fortius ab extraneo Regno urgeatur; quare felicius obtinendi negotii exposcere videtur, ut ego, si ita S. Sedi et Excell. ae V. rae Ill. mae ac R. mae placeret, secretis viis atque sub (f. 141) ministratis D. Suffraganeo Lewinski et adhuc ulterius subministrandis momentis negotio Fidei Catholicae contrario totis viribus me opponam. Excell. a autem V. ra Ill. ma ac R. ma cum S. ae Sedis forti adjutorio, aperte illud aggredi, et sese opponere, pro insigni suo erga S. m Unionem zelo, non dedignetur. Quod dum ardentissime efflagito, profundissima veneratione et distinctissimo cultu profiteri volo.

Ill. mae ac R. mae Excell. ae V. rae devot. us, obseq. us et humill. us Servitor

IASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (mp.)

Radomysliae, 9/20 Junij 1785.

---

<sup>376</sup> Agitur de Episcopo non unito, Georgio Konyskyj, qui tunc temporis (an. 1784) cepit nominari Archiepiscopus Mohiloviensis. Obiit an. 1795.

## 208.

*Radomyssia, 2 . VIII . 1785.**De constitutione novi Episcopi non uniti in ditionibus Poloniae: explicat iniuriam et pericula; exponit statum rei et iuris.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia vol. 149 fol. 143-144

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne, P.rone Col.me.

Nunquam me silentio pecasse videor, ubi pro Grege Christi loquendum fuit; statim enim ac primum accepi nuntium, de admittendo ad hocce Regnum Disunito Episcopo, eoque in Slucensi Archimandria collocando, omnem movi lapidem ut averterem a Religione Catholica tantum malum: scripsi ad Principem Palatinum Radziwil, praedicti Beneficii Patronum, ut illum, qui Christiano Gregi facturus insidias ibi nidum sibi quaerebat, a praestanda sibi Praesentationis gratia repelleret; Scripsi ad Ill.mum, Excell.mum D.num in hoc Regno Ap.licum Nuntium, nunc S.ae R.ae E.ae Cardinalem Archetti,<sup>377</sup> ut Ser.mo nostro Regi et D.no meo Clem.mo, Consilium hoc Fidei Catholicae inimicum dissuaderet; Scripsi et ad Regni hujus Proceres, ut tranquillitati ipsius Reipublicae prospicientes, hunc offensionis lapidem, et non semel multorum malorum fontem, qui Rempublicam gravissime vexaverant, a statibus ejusdem prohiberent; haecque ipsa alijs etiam argumentis, per D. Lewinski, Suffraganeum meum, ipsi S.ae Regiae Majestati insinuaveram et dissuadere non semel contenderam. Sed libenter etiam et ex animo, cum meis DD. Episcopis et Archimandritis, eidem S.ae Majestati, D.no meo Cle.mo aperta prece porrecturum libenter me offerro, ut hac quoque ratione Pastoralis Officio satisfaciam, et Consiliis Excellae V.rae Ill.mae ac R.mae morem geram. Utinam! omnium nostrum supplex petitio optatum consequatur effectum.

Cum autem aliquibus DD. Episcopis longo itinere a se distantibus, R.mis vero Archimandritis longius adhuc a se habitantibus, subscriptio Litterarum (f. 143v) sic expediendarum non ita cito obtineri possit, non dedignabitur interim Excellentia V.ra Ill.ma ac R.ma, pro suo erga Fidem Catholicam zelo, ubi opus fuerit, potissimum vero S.ae Regiae Majestati, D.no meo Clem.mo, secretius exponere, materiam scilicet creandi, sive acceptandi, sive demum admittendi in Poloniae Regno pro Disunitis Episcopum, inter cardinales profecto recensendam esse, quae nisi unanimitate omnium congregatorum Statuum definiri potest. Nec integrum esse id absque Congregatis Reipublicae Statibus admittere, quod iidem Congregati suos Tractatus in anno 1773, et anno 1775, cum Aula Petropolitana concludendo, minime admittere voluerunt.

In «statu quo» praeterea liberum exercitium Graecis Disunitis, quemadmodum et alijs Dissidentibus, Tractatu 1773 Articulo 5º, in Poloniae et Lithuaniae Provincijs cautum fuit, prout cautum quoque est pro Catholicis, qui sub Dominia Dissidentium abiere; cum itaque in illo Statu nullus Disunitis Episcopus in Poloniae aut Lithuaniae Provincijs remanebat, nec salvis Trac-

<sup>377</sup> Joannes Andreas Archetti, Nuntius Varsaviensis (1776-1784).

tatibus praedictis et absque Consensu aliorum Principum, quorum Auctoritas ad immutandos eosdem Tractatus per ipsum contextum requiritur, a quopiam Jure praetendi potest.

Permittere etiam ad tempus Episcopum Disunitis, quousque scilicet a congregata Republica hoc examinatum et definitum non fuerit, eandem cardinalem materiam involvere videtur, cum semel admissus, non ulterius prohiberi poterit; ita enim a solo Vladislao IV Rege, contra solemnes Nuntii Ap.lici totiusque fere Senatus oppositiones, concessus in anno (f. 144) 1632 Mohiloviensis sive Albae Russiae Episcopus, nullis conatibus tandem tolli et amoveri potuit, sed potentia Russorum, artibusque ac violentiis domesticorum, in Unione Dissidentium studiis, usque ad annum 1773, quo cum caeteris Populis sub Dominium Rossiacum abiit, in Sede se sustinuit.

Nemini quoque ignoratum esse potest, qui Historias Poloniae revolverit, sub praeaudato Rege, istiusque Successore Joanne Casimiro, Disunitos ad ultimum discrimen Rempublicam perduxisse, et iisdem magni imo excessivi favores ab eadem praestiti fuerint.

Praedictam quoque Mohiloviensem Confoederationem Dissidentium de anno 1768 inscriptam magnos motus, quos recenti memoria deploramus, in Republica excitasse; unde hujus confessionis, Regno Catholico semper inimicae ac fatalis, antesignanum admittere, qui praeterea totus quantus et a Russorum Synodo et Aula dependebit, non est aliud, quam rem ac Religionem Poloniae magno periculo exponere, adeoque ejus felicitatem parvi habere, quod Ser.mam Majestatem nequidem cogitare arbitror.

Catholica insuper Reipublicae Religio id omnino requirit, ut Dissidentibus in Fide plena sit libertas amplectendi Dominantem, utque tandem omnis ejusdem Populus uno Spiritu et Deum laudet, et Reipublicae obediat, et ejus felicitatem promoveat. Velle igitur, ut semper apud nos adsit, qui Propagationi Fidei Catholicae obicem ponat, quive semper dissidia Populis Reipublicae promovere inspiret, et extero suae Confessionis Imperio magis, quam Regni Civibus animo adhaereat, est nolle, ut Religio dominans Catholica per Dominia Reipublicae propagari possit, utque (f. 144v) pax inter ejusdem Subditos floreat, consequenter felicitas Patriae ad eum perveniat gradum, in quo omnes boni Cives eandem constitui exoptant.

Haec exposita, maxime cum pondus Auctoritatis suae addere voluerit S.a Sedes Ap.lica, si a proposito eos non removebunt, qui facile lupum ad Christi Ovile admittendum putant, Deus Optimus Maximus exorandus est, ut alia media subministret, quibus Adversariorum conatus in irritum eant; quo fine publicas preces per Dioecesim fieri injungam. Interea vero Excell.m V.ram Ill.mam ac R.mam supplex exoro, ut nostra haec studia Auctoritate Apostolica fulcire et sustinere, simulque credere velit me semper fore ac esse cultu reverentissimo.

Excell.ae V.rae Ill.mae ac Rev.mae obsequent.mus et humill.us Servitor  
 JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (mp.)  
 Radomysliae, 2 Augusti, 1785 anno.



## 209.

(Radomyslia), 16 . VIII . 1785.

*Expetit protectionem Regis et Reipublicae pro Ecclesia unita, et adducit exempla praedecessorum. Pericula illustrat et remedia proponit.*APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 15, fol 640-641v*Ex Polonico: Metropolita Russiae cum suis Episcopis et Archimandritis Ser.mo Poloniarum Regi, Mense Augusti 5/16/1785.*

Magna inter immortalique memoria digna, nec non exemplar posteritati ad imitandum relinquenda S. R. M. Domini Nostri Clementissimi Gesta, hoc quoque singulare Fidei Catholicae specimen adnumerandum venit, quod tempore illo, quo, tam cum Monarchico quam Gentis dolore, ad antiquarum Reipublicae Ditionum exdivisionem devenerunt, cum quibus ille quoque intrusus, quia Cosacorum seditione in Ditionibus Polonis Episcopus factus, Dominio Rossiaco subiciebatur,<sup>378</sup> providissimo suae S. R. M. Domini Nostri Clementissimi zelo in Comitibus Generalibus strenue factum est, quod tolleratis in Polonia Non-Unitis, ultra eorundem conatus nullus, qui avulsi suppleret vias, sit concessus Episcopus; quo sua R. M. Dominus Noster Clementissimus et Religione Dominante a domestico hoste liberata, et Republica a discordiis et Rebellionibus praeservata, gloriam Principatus sui coronavit.

Quoniam vero sic repulsos et oblivioni datos conatus, nedum antiquiores nostri Non-Uniti, ast etiam, ut fertur, recentiores a Catholica Unione Apostatae renovare, et, juxta annexam hicque divulgatam Copiam, apud Ser.mum R. P.,<sup>379</sup> Dominum Nostrum Celsissimum urgere satagunt, Nos quoque non alio ad praesidium contra eosdem obtinendum confugere possumus, quam ad eundem Thronum Suae R. M. D.ni N. Clementissimi, qui, promissa Catholicis Jura tuendo, singularibus eosdem gratis semper est prosecutus.

Notum atque persuasum Civibus Regni ipsisque extraneis esse debet, permissio libero Religionis exercitio, non hoc ipso concedi extraneis suos in Polonia constituere Episcopos, id enim, utpote Leges Cardinales spectans, ab unanimi Comitiorum consensu pendet; consequenter Rossiacum Imperium Leges nostras tueri obligatum, minime posse contra easdem leges Episcopum suum, favore Non-Unitorum, in hocce Regno degentium, constituere, et hinc Rempubicam vi legislativa orbare, ac Regio Suae Maiestatis Domini Nostri Clementissimi Patronatui derogare.

Augustissime Rex, utique adhuc recenti tenemus memoria, Rempubicam in anno 1775, cum vicinis Dominiis, etsi minus libenter convenientem, pro

<sup>378</sup> Agitur de Episcopis non unitis in Alba Russia, et praesertim de Georgio Konyskyj, qui inde ab anno 1755 erat Episcopus Mohiloviensis et Albae Russiae. Obiit anno 1795.

<sup>379</sup> Regem Poloniae.

Catholicis, una cum Regione avulsis, solemnissime praecustodivisse, ut in tali Religionis, in quali sunt reperti, semper permanerent statu; qua igitur ratione, ultra haec ipsis Catholicis (f. 640v) cauta, Non-Uniti modo suum in Polonia Episcopum constituere optant, cum neque in Actu Confoederationis 1773, neque in Articulis separaris anno 1775 stipulatis, ostendi possit novum aliquem pro Non-Unitis in Polonia concedi aut permitti Episcopum, qui locum avulsi occuparet? Cum itaque annis praexpressis hic erat Non-Unitorum status, ut nullus eisdem relinqueretur Episcopus, proinde hoc et non alio deinceps in statu remanere debent, nec id ullo praetextu exposcere valent, quod partes inter se paciscentes, Factorumque suorum immutationem sibimet reservantes, nequaquam concesserunt.<sup>380</sup>

Neque praeterea Fides Catholica semper conservanda, semperque augenda permittere sinit nostro in Regno manere illum semper, qui studio tuendae, nec non augendae nobiscum dissensionis, cum evidenti Unitorum undique oppressorum detrimento, sub praetextu, colore, ac Protectione vicini Imperii, Populum a cognitione veritatis absterreret, et hanc Unitorum Confessionem fastidio exponeret, quam sicut Ecclesia, occurrendo tot animarum perditioni, earumque saluti incumbendo, vehementer exoptat, ita ipsius Patriae requirit salus, quae in hoc potissimum consistit, ut omnes subditi, aequae ejus commoda et utilitatem quaerant, et aequae Regibus fideles sint, minimeque in his dissentiant.

Hanc veritatem summo cum detrimento Respublica nostra jam saepius experta fuit, maxime vero temporibus Serenissimorum Vladislai IV, et Joannis Casimiri Regum,<sup>381</sup> qui quanto maioribus, intuitu domesticae tranquillitatis, Non-Unitos gratiis prosequerentur, tanto maiorem ipsorum ingratitude, infidelitatem, ac dolum experti sunt: Perduelles enim Non-Uniti, depopulata prius Republica, diffuso Catholicorum sanguine nunc unam, nunc aliam extraneorum Potentiam foedere sibi conjungere, ac tandem Ditiones Reipublicae seque ipsos Dominio extraneo mancipavere.

Suprema quoque laude dignum Suae R. Maiestatis Dominium, Patria ipsa, nec non Ecclesia universa, seditiosum, rebellemque talis subditatus animi testari possunt, qui, fracto Unionis Catholicae jugo, plurimos Catholicos crudelissime trucidavit, ac templa vel devastavit, vel occupavit, ita, ut variis in Locis hodie utriusque Ritus Catholici ne quidem habeant, ubi ecclesiasticae obligationi satisfacere (f. 641) possint.

Nonne itaque clarum sit, Suae R. Maiestati et Patriae perniciosum esse Rectorem suas in Ditiones admittere, qui unitate Religionis, Beneficiis sibi collatis, gratitudine, imo Juramenti vinculo exterae Potestati magis addictus

---

<sup>380</sup> Agitur de tractatibus initis inter Regnum Poloniae et Imperia Russicum, Austriacum, Prussicum, qui annis 1772-1773 ad divisionem Regni Poloniae processu sunt, hoc praepriis motivo, ut libertas dissidentibus in fide asseretur.

<sup>381</sup> Ann. 1632-1648, et 1648-1668.

esset, ac majorem erga Nobiles et Catholicos invidiam excitaret, spiritum seditionis, et violenti consilii, pro antiquo more, coadjuvaret et adaugeret, longe facilius, quam ille Eusebius, Non-Unitorum Episcopus, subdole Niemieroviam missus, mandato vero suae Regiae Maiestatis inde pulsus, aut ille simplex Monachus Melchisedec,<sup>322</sup> non ita pridem Seditionis ac Rebellionis in Ucraina Promotor, excitarunt, et promoverunt.

Non est, cur S. R. Maiestati, Domino Nostro Clementissimo exponamus ea, quae Catholicae Religioni et Patriae imminerent mala ex creatione alterius Confessionis Episcopi in Polonia; quia Sua Regia Maiestas D. N. Clementissimus ob maxima naturae dona sibi a Deo concessa, omnem prosperitatis ac infelicitatis fontem optione perspicuens, plus altissimo suo sensu comprehendit, quam nobis exponere liceat. Muneris tamen est nostri, et ob rationem propensae in Patriam voluntatis, et ob rationem fidelis erga Suam R. Maiestatem subditatus, et dein motivo Pastoralis erga Catholicam Religionem zeli, humillime Majestatem Suam deprecari, quatenus Non-Uniti in suis petitionibus, veluti ab uno e nostris Cive, praecipuo Apostatarum Protectore, in perniciem Catholicae Fidei, per literas Episcopo Perejaslaviensi insinuat, tanquam Dominanti Religioni, Patrio voto, ac domesticae tranquillitati summe contrariis, minime exaudiantur. Quorum duplex genus Patria habet, alterum Dominante adhuc Serenissimo Sigismundo III, Constantinopolitani Patriarchae artibus ab Unione Catholica avulsum, Legibusque extorsis munitum, in sua pertinacia eousque perseverat; alterum ex hominibus, qui non ita pridem a Catholica Fide defecerunt, et crudelitate, atque (f. 641v) innocuorum occisionibus Patriam impleverunt, conflatur. Primum nunquid possit Moschico subici Episcopo, cum semper Patriarchis Constantinopolitanis obedierit, et in anno 1589, per Jeremiam Patriarcham, praevio Monarchico consensu, visitatum fuerit, imo, usque ad tempus occupatae Kioviae, Moschorum Jurisdictionis expers fuit. Alterum vero, juxta recentiores Tractatus et Leges, aut Patria pelli, aut ad Unionem Catholicam redire debet.

Praemissa quae exposuimus pericula, necessitates, et preces, una nobiscum da Thronum Suae R. Maiestatis D. ni N. Cl. smi, ea qua per est humillitate, demittendo, quemadmodum quinquies ultra decem cum omnibus Ritus nostri Sacerdotibus in diem precamur, ita et nunc D.O.M. exoramus, ut Augustissimo Suae R. Majestatis Dominio uberrime benedicat, et immortalis dignum gloria S. R. Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum sospitem et incolumen longissime conservet, nobis vero ultteriores largiatur occasiones profitendi coram Deo et hominibus, quod simus, etc.

---

<sup>322</sup> Melchisedek Michael Značko-Javorskyj (1716-1809), monachus, dein administrator paroeciarum non unitarum in Ucraina, fautor s. d. « Hajdamaččyna », seu sublevationis violentae contra gubernium polonicum et contra Ecclesiam catholicam; post hanc periodum residet in monasterio Perejaslaviensi, unde administrabat monasteria in Kiovia, Lubni, Hluchiv.

## 210.

*Radomyslia, 31 . VIII . 1785.*

*Informatio de Archieparchia Polocensi regimini Heraclii Lisovskyj commissa, et de praetensionibus eius ad paroecias in Regno Poloniae sitas.*

APF, *Soritt. rif. n. Congr.: Mosc. Polonia Ruteni*, vol. 15, f. 578-579.

Informatio super Dioecesi Archi-Episcopali Polocensi.

Dioecesis Archi-Episcopalis Polocensis, in maxima parte cum sua Cathedrali, cumque Bonis Mensae, sita est in Alba Russia, Dominio Imperiali subjecta, aliqua autem pars ejusdem in Polonia remansit, cum nonnullis etiam Bonis Fundamentalibus. Quousque vacavit illa Cathedralis, eoque Clerus Cordone Russico comprehensus, regimini cujusdam Consistorij ab Aula Petropolitana consituto, subjacebat; pars vero reliqua ejusdem cleri Polocensis, in Polonia degens, jurisdictioni Administratoriali Metropolitanae constanter suberat. Tandem anno elapso 1784, Rev.mus Heraclius Lisovski, mense April. in Archi-episcopum electus et consecratus extitit, atque non contentus illa extensione Dioecesis Polocensis, quae Cordone Russico comprehenditur, coepit adhibere modos, quibus etiam partem in Polonia residuam ad suum tam spirituale, quam temporale regimen queat avocare, hocque in proposito, sub finem ejusdem anni elapsi, perrexerat Petropolim; verum hoc labore frustra suscepto Polociam redux quomodo se gessit, quodve die 16<sup>a</sup> Februarij anno currenti attentavit, annexum *Litt. A.* docebit, ut, quod ob principia, regulasque (f. 578v) Politicae non licuit Aulae Petropolitanae ei tribuere, id via facti posset assequi. Aula Polona quoque juxta sua principia procedens, ne sui subditi exteri Episcopi Jurisdictioni subesse cogantur, disposuit mediante Privilegio sub 17<sup>a</sup> Januarij anno currente espedito, *Litt. B.*, ut residuus Clerus jam Polocensis Metropolitanano obtemperet, bona vero in Polonia sita, pro Fundo perpetuo Metropolitanano cedant Suffranaeo, atque ut hoc pacto etiam Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, sub 21, Julii 1783, anni, juxta copiam *Litt. C.* annexam, suam tandem sortiatur executionem.

In sequelam horum, quales Ill.mus D. Archiepiscopus Metropolitanus edidit, ac publicari fecit Literas Universales, adjuncta Copia earundem, *Litt. D.*, informabit.

Quoniam vero subauditur suprafatum Ill.mum Heraclium Lisowski scripsisse Romam, ideirco pro parte Ill.mi Archiepiscopi Metropolitanani praesens vera, ac genuina exhibetur informatio, ac superadditur eundem Ill.mum Lisowski, Archiepiscopum Polocensem, adeo bene provisum esse in Cordone Russico, ut ad sui sustentationem non indigeat Bonis in Polonia (f. 579) residuis, nam praeter Bona Mensae Archiepiscopalis Polocen. in Alba Russia sita, quibus potitur qua Archiepiscopus, possidet etiam pinguem Abbatiam Onuphriensem, cujus redditus annui ad quinquaginta millia Florenorum Polonicalium circiter ascendere certum est, atque indubitatum, etc. etc....



## 211.

*Radomislia, 31 . VII . 1785.**Litterae circulares ad Clerum de institutione novi Coadiutoris et de Primatu Summi Pontificis, de missione filiorum sacerdotum ad studia artis medicae Cracoviam.*APF, *Scrirt. rif. n. Congressi: Mosc, Polonia e Ruteni*, vol. 15, fol. 646-649.

Circulares Metropolitanæ Russiae ad Clerum; 20-31 Aug. 1785.

Ex Polonico.

Sinite jam, charissimi, mortales R.mi Gedeonis Daszkowicz Horbacki, Episcopi Pinscen. et Turoviensis, Nostri non ita pridem cum Successione Coadiutoris lugere exuvias; probam tamen ejus animam Caelicolis ferventer commendantes, pleno gratitudinis, et consolationis corde agite gratias Deo, quod Serenissimus Stanislaus Augustus Rex, Pater et Dominus Noster Clementissimus, aetatis, muneris, et laboris Nostri misertus, R.mum Theodosium Rostocki, actu Episcopum Chelmensem, Nobis in Coadjutorem, et Successorem benigne selegerit, supremus autem Ecclesiae Christi Pastor Pius PP. VI. hunc laudabilem suae Majestatis Delectum, Vicaria Christi in Terris Potestate, die 11 elapsi Aprilis confirmare dignatus est. Plurimae vero prae laudati Viri dotes, ac merita praecipue exemplaris in statu Monastico Presbyteri, solidi in Theologia Professoris, utilis multorum Caenobiorum Rectoris, ac denique suorum per Lithuaniam Monachorum octennio Provincialis, publico voto et acclamatione probata, possuntne aliquem in hac spe frustrare, quod alaeri, fidelique adjutorio (f. 646v) labores nostros juvare, et aequè Nobiscum Bono vestro incumbere studebit? Ut ergo Deus misericors ita provisum Pastoratum Nostrum in jam plantatis pro Unione Ecclesiastica, Ritus decore, ac majori Cleri Saecularis incremento fundamentis, omnipotenti Benedictione fulcire dignetur, optamus a Vestra erga Nos propensa voluntate, ut quilibet vestrum Praesentibus populo publicatis, unum Sacrificium Missae cantatum, cum Officio Moleben dicto, die Dominico absolvat, simulque oves Nostras congregatas ad praeces in hunc finem ardentè fundendas, hoc amore accendat, quo Nos, praemissa Pastoralis Benedictione, semper ipsis in hac vita omnem puritatem, in Caelis vero aeternam mercedem a Deo praecamur.

Praesentium vero contextu Romano quoque Cathechismo (qui omnem Parochum stringit, ut Populum sibi concreditum in fideli erga Superiores obedientia exerceat) imo exemplo Sancti Pauli Tito ad docendos Cretenses praeepto sequentibus Verbis: « Admone illos, Principibus, et Potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse » (a), quemlibet vestrum, charissimi Fratres, zelosissime (f. 647) hortamur, quatenus Populum vobis concreditum, nedum in Catholica Fide, christianoque amore, ac debita erga Majestatem, et respectivos Dominos fidelitate saltim hac brevi, commoda

---

(a) Ad Titum, 3, n. 1



tamen SS. Apostolorum doctrina quanto sepius finito sacrificio Missae doceatis: « Subditi igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi quasi praecellenti, sive Ducibus tanquam ab Eo missis. Quia sic est voluntas Dei... Regem honorificate... Servi subditi estote in omni timore Dominis » (b). « Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim Potestas nisi a Deo... itaque qui resistit Potestati, Dei ordinationi resistit: Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt... Reddite ergo omnibus debita: cui tributum-tributum, cui vectigal-vectigal: cui timorem-timorem; lui honorem-honorem » (c). Sed etiam bono vitae vestrae exemplo, sequentibusque Graecae Antiquitatis Documentis, omnes in hac infallibili veritate confortetis, quod nimirum: « Una est in Universo Mundo Ecclesia, quoniam enim Dei est Ecclesia, unita esse debet, et hoc verbum Ecclesia non separationem, sed unionem, concordiam, et unanimatem (f. 647v) designat ». (d). Salvator etenim Noster Jesus Christus fundamentis hujusce Ecclesiae in Sancti Petri Petra positus (e) et eo pro Capite apostolorum, Columna fidei, Fundamento Ecclesiae, ac Coelorum Clavigero constituto (f), Primatum Ecclesiae in universum mundum illi concredidit (g). Ubi ergo deest Primatus, ibi multarum infelicitatum causa, confusionis, nec non discordiarum origo; ibi vero non est Primatus ubi multi sunt Domini (h). Quemadmodum enim totius Ecclesiae Catholicae Primatus uni Sancto Petro datus est, ita in propria ejus sede permansit, quam Antiochia Romam transferens, in eaque Martyrium pro Christo passus, infallibiles ibidem successores suos reliquit. Ad hoc usque tempus Petrus Imitator Christi manet in suo successore (i). Quanam de Causa Christus sanguinem suum effudit? Ecce ut has possit lucrari oves, quas (tremendum est) non solum Petri, sed et Episcopis Successorum curae concredidit (k). Sancta Romana Ecclesia supremum, et perfectum tenet Principatum in Universam Ecclesiam Catholicam (l). Neque etiam ullam rem patimur, quae Statum Ecclesiasticum concernit, quaeque (f. 648) Sanctissimo Romano Episcopo delata non esset tanquam illi, qui omnium sacerdotum Dei est caput; Nam quotiescunque haereses in his Regionibus exoriebantur, decreto, et legali, nec non omni veneratione digno ejusdem Majestatis Judicio funditus eradicatae fuere (m), necesse est, ut cum membra simus, tanquam capiti Romano Episcopo et Apostolicae Petri Sedi obediamus; siquidem Beatus Petrus in sua sede vivens, et praesidens fidem quaerentibus

---

(b) 1. Petri, 2, n. 18.

(c) Romanorum, 13, n. 1.

(d) Jean. Chrisost., Homil. in cap. 1. Cor.

(e) Matthaei, 16, n. 18.

(f) Syn. Ephes. Sess. 3.

(g) Joan. Ch., Homil. de statu ad Haeb.

(h) Chris. Homil. de Paenitentia.

(i) Leo Basilianus Imper. Orient. in Hom. de S. Petro.

(k) Chrisost. Libr. 2. de Sacerd.

(l) Michael Imperator Orient. in Professione Fidei ad Papam Gregorium X.

ostendit veritatem. En itaque Episcopus Romanus, Oecumenicus Patriarcha, Petri Successor, est post ipsum Christi in terris Vicarius, catholicam Ecclesiam in universo mundo hodie feliciter gubernans Pius PP. VI. nostras quoque arduas ad Deum preces exoptat, ut scilicet Fides Catholica ab omni hujus saeculi labe, adversitate, seductione, insultu, ac dolo integre praeservata, universos talis concordiae, et amoris vinculo Nobis aduniat, quo cum unius Dei sumus creaturae, omnes unum Christi in terris Vicarium profiteamur, et in unitate Fidei, ac Spiritus Deum Creatorem Nostrum glorificemus, Ipsi serviamus, ut denique aeternam in Coelis mercedem consequi valeamus. Hoc igitur (f. 648v) motivo vobis, Charissimi Fratres, praecipimus, ut per integrum a data praesentiarum prima cujuslibet mensis Dominica Sacrificium Missae, una cum solitis coram exposito SS.mo Sacramento supplicationibus devotisque Populi congregati ad Deum suspiriis, pro Coelesti Catholicae Fidei Auxilio decantetis.

Denique vos, Charissimi Fratres, hac diu expectata consolamur novitate, quod plus, quam Paterna Serenissimi Regis erga Nos subditos sullicitudo, post tamen multa laudabilissima pro commodo Patriae statuta, die quoque 12 ultimi Aprilis una cum Permanenti Consilio certum e Patriis Civitatensibus numerum pro addiscenda Cracoviae Medicina Edictatibus (quae ad publicandum in Ecclesijs cuilibet R. Decano annectimus) benigniter sanxit, sicque Palatinatus, Districtus, Terras, Urbes, et Oppida Patriis Medicis bene instructis replere intendit. Ut autem ejusmodi laudabilissima, ac utilissima, imo gloria immortalis digna Majestatis Jussa unicuique citius innotescant, Vobis, Fratres Charissimi, caelerem eorundem publicationem committimus, simulque pro omnium Ecclesiasticorum bono consulimus, quatenus tamen favorabili (f. 649) occasione novum honestumque filijs vestris vivendi modum proponentes, unum ex quolibet, vel e duobus, aut etiam e tribus Decanatibus, dummodo initia linguae latinae habentem, absque mora deligatis, et pro Literis Recommendatitiis huc mittatis, qui annua, et tantum ad 13 Aureos ac 6 Florenos reducta ex Decanatibus contributione Cracoviae vivens, acquisita Medicinae doctrina, et praxi saltim proprio Districtui, et Clero Nostro inserviens statum suum commodiori sustentatione feliciter reddat.

Datum Radomisliae, die 20-31 Augusti 1785.

## 212.

*Radomyslia, 7 . IX . 1785.*

*De non admittendo Episcopo non unito in Regnum Poloniae.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 146.

Ill.me Excell.me ac R.me D.ne Pr.ne Col.me.

Spectatissimus Excellentiae Vestrae Ill.mae ac R.mae zelus, nihil sane intentatum reliquit, quo arceretur a Statibus Reipublicae Homo ille, qui et Fidei Catholicae insidias strueret, et huic Reipublicae injurius esset, maxime

cum ipsemet Supremus Ecclesiae Catholicae Pastor auctoritatem suam jam interposuerit, et magnis Excellentiae Vestrae conatibus vires addiderit. Nihil profecto videor omisisse, quo Ecclesiae et Patriae malo obicem facerem, ac pro viribus me ipsi opponerem. Unicum restat, ut Hierarchicas quoque Preces, juxta copiam praeterito Cursore Excellentiae Vestrae isthinc missam, a meis DD. Suffraganeis et Archimandritis subscribendas, S. R. Maestati, D.no Meo Clem.o porrigam; ad quod accelerandum, pergit hodie in Volhyniam D. Coadjutor meus.<sup>383</sup>

Interea per Circulares, veluti adjunctum testabitur Folium, Universo Clero meo commendavi Deum O. M. exorare, ut scriptis nostris caelestis gratiae concedere dignaretur, quae cor Regis a Disunitorum conatibus custodiret, veluti id omnino erit mihi sperandum, si Excellentia Vestra studiis suis preces nostras coadjuvare, et rem S.ae Unionis valido suo patrocinio promovere non intermittat, quod ardentissime flagitans, omni veneratione permaneo

Excellentiae V.rae Ill.mae ac R.mae obsq.mus et humill.mus Servitor

GIASONE SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (m. p.)  
Radomysliae, 6 7bris, 1785 anno.

## 213.

4 . X . 1785.

*De statu Eparchiae Kamenecensis et de iure metropolitico.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol 55.

Ill.me etc. -

Quae in negotio Camenecensis Dioecesis,<sup>384</sup> mei Ritus, Luceoria et Leopoli recepi, haec fideliter Ill.mae D.i V.ae communico, cum additamento Ruthenae de Vicariali Leopoli Metropolitanorum Pastoratu antiquitatis, utpote indubitata, atque legali jam Typo contra Ep.pos Leopolienses Romae probata. Verum in hisce oris manens, nescio secure divinare, an hodiernum tempus potest pro Serenissimo Domino, et pro Inclito ejus Consilio Permanenti esse opportunum, et conveniens ad cogitandum aliquid de memorata Dioecesi, praeter statum ejus praesentem, maxime absque praevio cum Aula Viennensi Trac-

<sup>383</sup> Ut videtur, iam Theodosius Rostockyj (1784-1788), dein et ipse Metropolita (1788-1805).

<sup>384</sup> Difficultates in eius administratione, quia pars eiusdem remansit in Regno Poloniae, dum alia pars venit simul cum eparchia Leopoliensi, cui unita erat, sub ditionem Austriae. Littera haec, in lingua polonica, scripta fuit Mareschalco Consilii Permanentis — Chrapowicki.

tatu. Credo nihilominus, quod Serenissimus Imperator<sup>385</sup> pari modo in talibus apud se circumstantiis disponens, non esset offensus saltem tali a me, sed ex mandato Consilii Permanentis, Episcopo Leopoliensi propositione: ut nempe is, tamquam indubius meus Vicarius, suum in Polonia Pro-Vicarium, cum usu Pontificalium, indilate constituat, sicque id auxilii ac obsequii, quod ipse Cordone clausus suo Metropolitano praestare nequit, hac constitutione sui in Podolia sub-delegati praestet, pro convenienti (f. 55v) commodo Cleri Poloni, et Civium Reipublicae, obviando etiam noxiae extractioni pecuniae ex Polonia. Caeterum esset et pro Serenissimo Collectore gloriosius, et pro mea Hierarchia utilius, habere unum Camenecii Episcopum, pro tribus Leopoliensi, Premisliensi, et Polocensi alienis Cordonibus comprehensis; jam autem pro Pastore Luceoriensi, quae ex Clero Camenecensi absque Fundo ibi Episcopali possent venire utilitates, ac lucra in compensationem quasi avulsarum ab eo Ecclesiarum, non concipio. Utique majorem partem Dioecesis Pastor Chelmensis perdidit, et cum centum duntaxat Ecclesiis, ac paucissimis subditis in Polonia pauper remansit. Ulteriora hac in parte Ill.mae D.nis V.rae mandata expectabo et meas has notitias, ac sensum ejus iudicio, et circumspectae decisioni submittens maneo, etc.

## 214.

*Radomyslia, 2 . XII . 1785.*

*De oppressionibus Ecclesiae Unitae undique provenientibus.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 149, fol. 147rv.

Ill.me, Excel.me et Rev.me Domine, Patrone Col.me.

Conatus meos, in promovenda Sancta Unione, Beatissimo Patri placuisse, laetor quidem summopere, at debitum Pastoralis Officii adimplendo, gratiarum actionem mereor minime. Cum vero « neque qui plantat sit aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus », Ille profecto exorandus est, ut studiis ac curis nostris ipsiusque Sedis Apostolicae solitudini, supremo subveniat auxilio. Ego interim muneri pro viribus non deero, nec studia mea cum Excel-lentia Vestra Ill.ma ac Rev.a per Dominum Suffraganeum Lewinski communicare, et auxilia, adversus apertos Unitorum hostes, invocare praetermittam.

Non enim haeterodoxorum dumtaxat insidiis, dolo, et potentia vexatur grex ille pusillus, sed a Latinis quoque, cum summo scandalo ac ludibrio Schismaticorum, opprimitur et imminuitur adeo, ut, nisi Apostolica Sedes prohibitionem insolentis a Catholico Unitorum Ritu Transitus, ex antiquo declaratam, efficacius manutenendo, brevi fortiolem posuerit obicem, Ritus noster,

---

<sup>385</sup> Josephus II (1780-1790).

semper per Apostolicam Sedem probatus, plene his in partibus interiturus sit, quod Schismatici, Pactis Hadziacensibus innixi, usque de anno 1659 studiose moliuntur.<sup>386</sup>

(f. 147v) Nec dubito quin Sancta Sedes Unitorum Ecclesiam semper sibi addictam, fidelem, et obedientem, valido contra eiusmodi hostes tueatur praesidio; imo, firmiter spero Ruthenos undique vexatos et oppressos, in casibus sive Translationis sive Coadiutoriae, per novam Beatissimi Patris declarationem, ab onere recurrenti Romam liberandos, casus vero eiusmodi Metropolitanæ Potestati ac Prudentiæ relinquendos fore, præcipue cum aequè sit incommodum ad Sedem Apostolicam accedere pro impetrando Translationis aut Coadiutoriae Beneplacito, ac pro Electionis Confirmatione; quam immortalis mem. Clemens PP. VIII Russiae Metropolitanis indulsit, quamque isti semiduo saeculis constanter expediebant.

Hunc ego favorem, merito etiam sanguinis, quem Rutheni pro Supremae Sedis Auctoritate abundanter profuderunt, ardentissime exoptans, supplices Ss.mo Domino preces transmittere undique permoveor. Interim vero benignum Excellentiae Vestrae Ill.mae ac Rev.mae Patrocinium mihi huiusque negotio implorans, constanti cultu ac debita veneratione maneo.

Excellentiae Vestrae Ill.mae ac Rev.mae devot. mus, oblig. mus et humilimus servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H., Metrop. totius Russiae.  
Radomysliae, 2/13 X-bris, 1785 anno.

## 215.

(*Radomyslia*), 11 . IV . 1786.

*De statu rerum ecclesiasticarum in Ucraina, et de Capitulis cathedralibus constituendis.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, foll. 112-113.

Ex Litteris D.ni Metropolitanæ, de 11 Aprilis 1786, ad Ill.mum Lewinski, Suffraganeum Metropolitanum.

Notum est D.nationi V.rae Ill.mae, fuisse in ipsis Pastoratus huius mei primordiis, primum curæ ac sollicitudinis meae intentum, renovandi antiquum, summeque necessarium Capitulum, quod per continuas hæc in Oris Ukrainensibus revolutiones circa avulsionem Kioviae propria Fundatione amissa,

---

<sup>386</sup> Pacta hæc favorabilia erant ucrainis, nunquam tamen ad executionem deducta fuerunt, praesertim ob dispositionem contra Ecclesiam Catholicam et Ecclesiam Unitam.



existentiam suam in solis Privilegiis, Decretis, et Transactionibus semper memoratam, hodie conservat.

Ad effectuandam ejusmodi intentionem, fortissimum fuerunt motivum *defensio* Catholicae Unionis per Apostasiam hic nimis oppressae, *securitas* supelectilis Cathedralis, et Bonorum horribili et multum noxiae praedae, et ratione permissae post Episcopos etiam ex Ordine Regulari promotos successioneis expositorum; *invitamentum* ad Statum Spiritualem perfectiorum Virorum, ac demum extirpatio antiquae, et plurimum nocivae hic ruditatis. In defectu igitur (f. 112v) aliorum ad restaurationem Capituli mediorum, in anno 1781, in Generali Congregatione Cleri adiuverit pro suis Capitularibus sustentationem ex Cathedratico, juxta Annexum, *litt. A.*, atque Serenissimo Regi supplicavit, iuxta *B.*, quatenus hic Proventus in Comitibus anni 1775 innocenter, et non ex veris Causis accusatus, hodie in bonum hujus Plagae, et Religionis sponte, et laudabiliter conversus Regia semper protectione gaudeat.<sup>387</sup>

Contrarietatem, ac oppositionem quaecumque tali innovationi Capituli reputarem, cum tota posteritate pro illicita, atque noxia. Natura autem Cathedratici, patet ex SS. Canonibus, ubi legitur: « jus exigendi, ac solvendi Cathedraticum, nec ab Ep. pis in totum remitti, nec a quopiam ullo titulo, ac consuetudine praescribi valeat ». Hujusmodi obligatio movet me ad supplicandum Sedi Ap.licae quatenus Vicarii Christi in terris potestate utilem adeo Ecclesiae oblationem confirmare, et quibuscumque in futurum (f. 113) oppositionibus occurrere velit, jam etenim, prout subaudio, nonnulli nostri Pastores, a Monachis Clero Saeculari invidis, atque infensis incitati, cessioni Cathedratici ex regulis Canonicis adscribere nullitatem incipiunt, et pro certo post mortem meam totum hoc opus destruere non dubitabunt, cum Literas ad Excell. mum Nuntium, quas porrigere suae Excellentiae quam citissime non omittam.

## 216.

*Radomyslia, 11 . IV . 1786.*

*De cathedratico ecclesiarum unitarum.*

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, vol. 149, fol. - 111.

Ill.me, Excl.me ac R.me D.ne, P.rone Col.me!<sup>338</sup>

Non ignorare Excel.am V.ram Ill.mam Rev.mam arbitror in Comitibus anni 1775, Congregatos Reipublicae Status praecommississe suis Cancellariis, ut, mediante Nuntio Apostolico, apud S.m Sedem instarent pro abolitione Cathedratici. Notum autem peroptime Excell. ae Suae est, Cathedraticum esse de Juribus Episcopalibus, et adeo Privilegium, ut in totum remitti non possit;

<sup>387</sup> Cfr. litteras subsequentes.

<sup>388</sup> Nuntio Apostolico.

sed de hoc Status congregati, ut ex contextu praefatae Legis patet, non fuerant probe informati, et hac de causa Apostolica Sedes, post multas jam Cancellariorum requisitiones, dictum Cathedratium manutinet nec aboleri permittit.

Ego sane considerans, et reddituum Sedis Matropolitanae sufficientiam, et summam Capitularium hic necessitatem, cum maximo Cleri mei plausu remissi eidem Cathedratium, qui sua sponte in scripto obtulit eandem quotam singulis annis pendendam pro erectione Ecclesiae Cathedralis, aequae ac manutinentis Capitularibus.

Hoc meum consilium minime a S.a Sede improbandum confido, sed cum et repetitas requisitiones a Consilio Permanenti pro inhibendo Cathedratium recipiam, et adversus praedictam, licet Episcopis aliquo modo interdictam, Cathedratium remissionem, nunnulos e meis DD. Suffraganeis mussitare subaudiam, validissima Excell.ae Vrstrae Ill.mae ac R.mae, pro Apostolica tam proficui juxta adnexum (f. 111v) planum Operis confirmatione, ardentem imploro auxilia, ac maxima veneratione permaneo

Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae obsq.mus et humill.us Servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. K. et H. Metropolita totius Russiae Radomysliae, 11 Apr. 1786°.

## 217.

(Radomyslia), 30 . V . 1786.

*De exdivisione Eparchiarum Peremysliensis et Leopoliensis.*

ASV. Arch. Nunz. di Varsavia, vol. - 149, foll. 466-67.

Ex Literis Excell.mi D.ni Metropolitanis, de 30 Maii 1786.<sup>389</sup>

Annexas Copias communicet quaero D.natio V. Ill.ma Excell.ma D.no Nuntio cum expositione tali quod Metropolita in Synodo Zamosciana assumpsit sibi curam regularum granitierum<sup>390</sup> Dioecesanarum, ideoque an non possem ego in praesenti Casu uti hac potestate a Synodo concessa? Si vero id etiam mihi erit prohibitum, oro per amorem Dei quatenus Romã in strictissimo secreto mihi mittatur facultas, ut non praejudicando Ap.licae Authoritati, non provocando ad iram atque indignationem Caesarem, meque non exuendo ex Jurisdictione hucusque mihi in Cordone permissa, possem procedere ad desideratam Dioecesium Leopoliensem et Premysliensem regulationem, dummodo Authoritate non expresse Metropolitana sed generice de super competente. (f. 466v) Expectabo ad praemissa plenum consilium simulque resolutionem: an ad ejus-

<sup>389</sup> Stephano Lewynskyj, Ep. tit. Thegeano, Procuratori Varsaviensi Metropolitanae et eius Suffraganeo in partibus septentrionalibus Metropoliae Kioviensis, qui Varsaviae residebat.

<sup>390</sup> Agitur hic de regulatione firium eparchiarum Leopoliensis et Premysliensis in dominio Austriae.

modi regulationem intervenire possint Luceoriensis et Chelmensis Episcopi, quorum Ecclesiae Cordone sunt comprehensae, et Potestate Politica extraneis Pastoribus sunt subjectae. Suspendam responsum Gubernio a me dandum usque ad responsum D.nis V.ae Ill.mae, meus autem Secretarius scribit hodie Ep.po Leopoliensi quod post morbum non permissum sit mihi consignare Epistulas ideoque usque ad convalescentiam responsum suspendi debebit.

Excell.mus Nuntius laudabilissime scripsit ad Ill.mum Lisowski,<sup>391</sup> sed adjungendum adhuc erat, quod Rutheni correcturi erant sua Ritualia in Synodo, quae ob quas rationes Brestae non fuerit celebrata,<sup>392</sup> bene notum est Sedi Ap.li cae, et fortassis (f. 467) etiam in Nuntiatura Eminentissimus Visconti reliquit de hoc suam Informationem. Si itaque hoc negotium opus est et esse debet Provincialis Synodi, quomodo ergo fieri potest correctio in una Dioecesi cum praeiudicio et scandalo aliarum? Satius urgendum ut fiat Synodus et antiqua ad eandem Synodum praeparatoria colligenda, et sic uniformitas in tota Hierarchia fiat.

## 218.

*Radomyslia, . . . VII. 1786.*

*Metropolita Gubernio Haliciensi de exdivisione Eparchiarum.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia* vol. - 149 fol. - 484.

Metropolita totius Russiae Domino Comiti Brigido,  
Regnorum Galiciae et Lodomeriae Gubernatori,  
Iulii 1786. Radomysliae.

Diuturnior, quo detinebar, morbus, distulit hucusque debitum responsum litteris, quibus Excellentia Vestra adhuc die 27 aprilis mihi significabat novam Dioecesium in Regno Galiciae et Lodomeriae, ex Sacratissimae Caesareo Regiae Maiestatis mente regulationem subsequendam fore, simulque exquirebat, num eadem regulatio Auctoritate Metropolitana perfici posset? Ac primum quidem cum suprema Sacratissimae Maiestatis declaratio, quam nondum subsecutam Excellentia Vestra affirmat, futura sit eiusmodi declarationis norma, illam proinde necessario mihi communicandam esse arbitror, ut tutius hac de re sensum meum proponere valeam. Quamvis vero amplissima esse iurisdictionis Metropolitanae privilegia, ipsamet Excellentia Vestra non inficiatur, quia tamen Sedes Apostolica in dubium ea revocare solet, velut in novissimo etiam Praemy-sliensis Translationis casu declaravit, ad eam proinde ne aliquae difficultates exoriantur mihi recurrendum esse existimo, ac debita veneratione permaneo.

<sup>391</sup> Heraclius Lisovskyj, Archiepiscopus Polocensis (1784-1809). Cfr. de eo *Indicem nominum et rerum*.

<sup>392</sup> Anno 1765. Cfr. de hoc negotio opus S. S. WIWCZARUK, *De Synodo Provinciali Berestensi anno 1765 non celebrata*, Romae 1963.

## 219.

*Radomyssia, 5 . IX . 1786.**De reductione dierum festorum et de dismembratione Eparchiarum Leopoliensis et Peremyliensis.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149 fol. 464

Ex Literis Ill.mi D.ni Metropolitanus totius Russiae, de 5bris 1786. Radomyssia.<sup>393</sup>

Oret D.natio V.ra Ill.ma Excell.mum D.num Nuntium quatenus reductionem Festorum velit adhuc suspendere, quousque cum Episcopo Non-Unito Sadkowski<sup>394</sup> non fuerit conclusum, aliter Populus scandalizatus, Catholicae renuntiaret Unitati. Injungatur solummodo desuper Rev.mo Sadkowski, ut mecum de reductione praedicta Festorum conveniat, tunc omnia rite utiliterque fient.

Non possum scribere ad S.m Congregationem pro facultatibus fine approbandi Dismembrationes Dioecesanarum in Galicia, sed Excell.mo D.no Nuntio supplico, quatenus mihi obtineat apud S.m Sedem dictas facultates, quas nihilominus exequi haud potero, nisi *authoritate de super competenti*, nam meam in Cordone Austriaco Jurisdictionem periculo exponerem, atque Sedem Romanam compromitterem.

## 220.

*... 9 . IX . 1786.**Transmittit copiam decreti Gubernii Haliciensis de dismembratione Eparchiarum Leopoliensis et Peremyliensis.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 478.

(Smogorzewski ad Lewicki)

... Monsigr. Metropolitanus scrivendomi sotto li 29 Agosto mi manda la Copia del Decreto del Governo di Leopoli qui acclusa, la quale abbiamo avuta già da lungo tempo, e mi commette (f. 478v) di comunicarlo a Vostra Ecc.za a fine di ottener il suo Oraculo: cosa egli deve fare quando gli si domanderà la Conferma dell'exdivisione delle Diocesi?

(9. 7bre 1786)

<sup>393</sup> Forsan ad Stephanum Levynskyj, Episcopum tit. Thegeanum, Suffraganeum Metropolitanus et Procuratorem residentem Varsaviae. Cfr. de eo *Indicem nominum et rerum*.

<sup>394</sup> Sadkovskyj Victor, Archimandrita Slucensis, ab anno 1793 Archiepiscopus non unitus Mincensis; ab anno vero 1796 - Cernihoviensis. Obiit anno 1803.

## 221.

*(Radomyslia), 12 . IX . 1786.**Metropolita ad Suffraganeum suum Stephanum Lewinskyj, de confirmatione exdivisionis Eparchiarum in Regno Galiciae.*ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 469v-471.

Ex litteris Excellentissimi Smogorzewski, Metropolitani  
totius Russiae, die 12 Septembris 1786, ad Ill. mum Episcopum  
Suffraganeum Lewinski.

Die hesterna pervenit huc Bratezanski, Notarius Consistorii Barenis, cum Decreto Caesareo, quod sub die 22 elapsi Ill. mae Dominationi Vestrae communicavi, atque etiam cum instrumentis in triplo scriptis (:quorum sinopsim propter brevitatem temporis in annexa copia adiungo:), desiderando meam confirmationem. Non potui non satisfacere Decreto Josephi II<sup>395</sup> ac desideriis Leopoliensis ac Praemisliensis Episcoporum, nam Caesarem ad iracundiam provocarem, meamque iurisdictionem in Cordone imperpetuo perderem, atque Auctoritati Sedis Apostolicae praeiudicium inferrem. Non fuit in mea potestate suspendere hoc negotium usque ad adventum Romanae resolutionis (f. 470), nam intra quatuor septimanas iussum est Instrumenta cessionis et receptionis ad Gubernium remittere. Neque debeo inculpari ex eo, quod ita determinatum oraculo Caesaris opus ad Auctoritatem Apostolicam non remisi, nam recursus Romam hac in materia expresse est inhibitus. Edidi ergo confirmationem in expressionibus circumscriptis: « auctoritate nobis suffragante », quemadmodum in annexa copia videri potest. Restat nunc ut Sancta Sedes dignetur concedere mihi sub antidata secretas facultates, hoc habendo prae oculis, quod melius sit propter potestatem spiritualem, ut Metropolitanus eiusmodi opus confirmet, quam in casu denegatae (f. 470v) confirmationis Caesar auctoritate politica eandem expediat, quemadmodum ex transmissa Dominationi Vestrae Decreti copia iam id est notum.

## 222.

*Radomyslia, 13 . IX . 1786.**Metropolita confirmat cessionem territorii eparchialis ad novam exdivisionem obtinendam.*ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia*, vol. 149, fol. 472-472v.

---

<sup>395</sup> Imperator S. Romani Imperii seu Austriae (1780-1790). Ipse dedit incitamentum s. d. Josephinismo, seu indebitis et importunis ingerentiis in res ecclesiasticas. Hoc patet etiam quoad Ecclesiam Ucrainam tunc temporis.



Metropolita totius Russiae cessionem, ac receptionem  
Episcoporum confirmat, 2/13 7-bris 1786.<sup>396</sup>

Jason, etc. Universis et singulis, quorum interest aut intererit, significamus, quia Nos, viso, lecto, ac mature perpenso superius relato Instrumento cessionis et dimissionis Decanatum, videlicet: Grodecensis, Strzecinielecensis, Szczerowiensis, Radzichowiensis, Buscensis, Skolensis ac Stryjensis, per Ill.mum ac Rev.mum Dominum Maximilianum Rylo, Episcopum Praemisliensem, Dioecesi Leopoliensi iuxta praecitatum Sacratissimae Caesareo Regiae Apostolicae Maiestatis Decretum factae, ac per Ill.mum et Rev.mum Dominum Petrum Bielanski Episcopum Leopoliensem in eiusdem altissimi decreti sequelam admissae et receptae, eiusmodi cessionem et respective receptionem pro confirmatione ad Nos transmissam, auctoritate Nobis suffragante, per praesentes confirmamus.

Datum Radomysliae, die 2/13 7-bris 1786 anno.

Jason, etc. Universis et singulis, quorum interest aut intererit significamus, quia Nos, viso, lecto ac mature perpenso superiusque relato Instrumento cessionis et dimissionis Decanatum, videlicet: Zulkiewiensi, Kulikowiensi et Horozanensi per Ill.mum et Rev.mum Dominum Petrum Bielanski, Episcopum Leopoliensem Dioecesi Praemisliensi iuxta praecitatum Sacratissimae Caesareo Regiae Apostolicae Maiestatis Decretum factae, ac per Ill.mum et Rev.mum Dominum Maximilianum Rylo, Episcopum Praemisliensem in eiusdem altissimi Decreti sequelam admissae, et receptae, eiusmodi cessionem et respective receptionem pro confirmatione ad Nos transmissam, auctoritate Nobis suffragante, per praesentes confirmamus.

Datum Radomysliae, etc.

## 223.

*Ad 13 . IX . 1786.*

*Copia Instrumenti cessionis et receptionis Decanatum inter Episcopos Praemy-sliensem et Leopoliensem, allegata instrumento confirmatorio Metropolitae Kio-viensi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 472v-475 v.

*Copia:*

In obsequium altissimi Decreti, de data 19 Iulii anni currentis quo median-te Sacratissima Caesareo Regia et Apostolica Maiestas dignata est benignissime determinare divisionem Dioecesium in his Provinciis, ita ut Dioecesis Leopoliensis Ritus Graeci Circulis septem, nempe: Leopoliensi, Brodensi, Tarnopoliensi, Zaleszczyzycensi, Stanislaopoliensi, Brzezanensi et Striensi, iam vero Praemisliensis octo, utpote: Praemisliensi, Samboriensi, Zulkiewiensi, Duklensi, Rzeszowiensi, Sandecensi, Lyskowiensi et Zamosciensi constare debeant, Ego

<sup>396</sup> Nempe Leopoliensis et Peremyliensis, Bielanskyj et Rylo.

Petrus Bielanski, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Leopoliensis, Haliensis, et Camenecensis Podoliae, Ecclesias Parochiales et Monastia S. Basilii M., quae ex (f. 473) fundatione ad Dioecesim Leopoliensem spectant, sequente n. n. Pastoratui et Dioecesi Premisliensi de ordinaria mea iurisdictione, salva nihilominus approbatione Ill.mi, Excell.mi ac Rev.mi Domini Jasonis Smogorzewski, Metropolitae totius Russiae, Archiepiscopi Kioviensis, dimitto ac recedo, et ob majus robur circa appressionem sigilli mei me subscribo. - Datum Leopoli, die 6 Augusti 1786. - Petrus, Episcopus. - L.S. -

Ego vero sic cessas, ac dimissas Dioecesi Premisliensi Ecclesias in meam iurisdictionem ordinariam recipio, et in huius rei fidem me subscribo. - Datum ut supra, nempe Leopoli, die 6 Augusti 1786. - A.M. Rylo, Episcopus Premysliensis.

Simile per omnia Instrumentum subscribit Episcopus Premisliensis favore Leopoliensis, sed absque clausula «salva nihilominus».

(f. 473v) Ill.mus et Rev. mus Dominus Maximilianus Rylo, Episcopus Premysliensis, Dioecesi Leopoliensi sequentes Decanatus dimittit et recedit 20 Augusti 1786.

In sequelam altissimi Decreti, die 19 Iulii anni currentis in Edictali Excelsi Gubernii die 6 Iulii, N. 17391, signato, die 22 eiusdem intimati, quo mediante Sacratissima Caesareo Regia et Apostolica Maiestas dignata est benignissime determinare divisionem Dioecesium in his provinciis, ita ut Dioecesis Leopoliensis Ritus Graeco-Catholici circulis septem, nempe... (ut supra, usque) constare debeant, Ego Maximilianus Rylo, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopus Premysliensis, Ordinis S. Stanislai Eques, Ecclesias Parochiales et Monasteria S.B.M., quae ex sui fundatione ad Dioecesim Premisliensem spectabant, sequentibus in circulis et Decanatibus his consignatis: Circulus Leopoliensis - Decanatus Grodecensis; Circulus Brodecensis - Decanatus Strzemielecensis, Decanatus Szczerowiensis, Decanatus Radzichoviensis, (f. 474), Decanatus Buszensis; Circulus Stryjensis - Decanatus Skoliensis, Decanatus Stryjensis, Pastoratui et Dioecesi Leopoliensi de ordinaria mea iurisdictione dimitto, et cedo, ac ob maius robur circa appositionem sigilli me subscribo. - Datum Valavae, die 20 mensis Augusti 1786. - A. Maximilianus, Episcopus, mp. - L.S. -

Ego vero infrascriptus cessas ac dimissas Ecclesias et Parochias supra consignatas Dioecesi Leopoliensi in ordinariam meam iurisdictionem, salva approbatione Ill.mi, Excel.mi et Rev.mi Metropolitae totius Russiae, recipio et in huius rei fidem me subscribo. Datum in Międzybórz, die 7 Septembris 1786 anno. - Petrus Episcopus - L.S. -

Dominus Episcopus Leopoliensis Dioecesi Premisliensi sequentes Decanatus dimittit ac recedit 6 Augusti 1786.

In obsequium altissimi Decreti die 19 Iulii anni currentis, quo mediante sacratissima Caesareo Regia Apostolica Maiestas dignata est benignissime determinare divisionem Dioecesium in his Provinciis, ita ut Dioecesi Leopoliensi Ritus Graeci Circuli sequentes, nempe... (ut supra).. constare debeant. Ego Petrus

Bielanski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae Ecclesias Parochiales et Monasteria Sancti Basillii Magni, quae ex sui fundatione ad Dioecesim Leopoliensem spectant, sequentes: in Circulo Zulkiewiensi - Decanatus Zulkiewiensis, Decanatus Kulikoviensis; in Circulo Samboriensi - Decanatus Horozanensis Pastoratui et Dioecesi Premisliensi de ordinaria mea iurisdictione, salva nihilominus Ill.mi, Excel.mi et Rev.mi Domini Jasonis Smogorzewski, Metropolitae totius Russiae, Archiepiscopi Kioviensis approbatione, dimitto, ac recedo, ac ob maius robur, circa appressionem sigilli mei me subscribo. - Datum Leopoli, die 6 Augusti 1786 anno. - Petrus, Episcopus. - L.S. -

Ego vero sic cessas ac dimissas Dioecesi Premisliensi Ecclesias in meam iurisdictionem ordinariam recipio et in huius rei fidem me subscribo. - Datum ut supra, videlicet, Leopoli (fol. 475), hac die 6 Augusti 1786 anno. - Maximilianus Rylo, Episcopus Premisliensis. - L.S. (fol. 475v).

## 224.

*Radomyslia, 28 . I . 1787.*

*Committitur administratio Eparchiae Luceoriensis Episcopo Auxiliari, Stephano Lewinskyj.*

APF, *Scrit. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 876 fol. 276-77.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149 fol. 325rv.

Jason Junosza Smogorzewski Dei, et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia Archiepiscopus Kioviensis, Haliciensis, totiusque Russiae Metropolitae, Kievopieczarensis, et Ourucensis Archimandrita, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Eques.

Universis, et singulis, quorum interest, signanter autem Venerabili Capitulo Cathedrali Luceoriensi, totique clero, ac populo ad eandem Cathedrali spectanti, nec non quibusvis bonorum Episcopalis Mensae Commissariis, Oeconomis, ac omnibus subditis, praesentium tenore significamus: Cum obitu P.<sup>a</sup> M.<sup>a</sup> Ill.mi, et R.mi Domini Cypriani Stecki<sup>397</sup> Ecclesiae Cathedrales Luceoriensis, et Ostrogiensis, suo Pastore destitutae ad nostram dispositionem pleno jure devenerint, hinc earundem Ecclesiarum indemnitati, Dioecesium Regimini, animarum saluti, ac Bonorum integritati auctoritate nostra Metropolitana providere cupientes, earundem administrationem Ill.mo, et R.mo Domino Stephano Lewinsky, Episcopo Taegeano, nostroque in Metropolia Suffraganeo, Archidiacono autem Cathedrali Luceoriensi, per Venerabile Capitulum nobis

<sup>397</sup> Obiit forsitan ultimis mensibus anni 1786, cui successit eius Coadiutor, Michael Stadnicki, cui anno 1784 data fuit Bulla Coadiutoriae. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 267, nr. 841, sub dat. 30. III. 1784. Cfr. etiam Processum de eius vita et moribus sub anno 1783.

commendato, perque ipsum Ill.mum, et R.mum Dominum Michaellem Stadnicki, etsi in eodem Pastoratu succedentem, hodie tamen infirmitate dissitis in oris detentum, scriptotenus exoptato, (quousque eidem Sedi canonice provisum non fuerit) delegamus, committimusque, dantes sic deputato Administratori omnimodam tum in spiritualibus, cum in temporalibus Potestatem, Auctoritatem, ac Facultatem sive per se, sive per suos mandatarios ad praedictum Episcopatum (f. 325v) descendendi, ibique jurisdictionem administratorem rite fundandam, in spiritualibus, quam in temporalibus exercendi, Vicarios distinctos, dummodo idoneos, cum duobus Assessoribus, devotos Capituli, ad negotia spiritualia, et temporalia constituendi, Inventaria Ecclesiarum Cathedralium, omniumque Bonorum mobilium, ac immobilium, tum rerum, tum seppellectilium obitu praefati Pastoris, ipsiusque praedecessoris relictorum, si juxta Zamosciana Synodi Constitutionem confecta non fuerint, conficiendi, in Promotionibus ad SS. Ordines, Institutionibus ad Beneficia, consecrationibus, dispensationibus, Indultis, ac Decretis, jus, Ritum, et laudabilem praxim servandi, Bonorum integritati strenue invigilandi, Proventus quosvis ad se recipiendi, Plenipotentes, oeconomos, aliosque Ministros juxta exigentiam creandi, vel confirmandi, caeteraque omnia, salva nihilominus stricta calculi in integrum Episcopo futuro praesentatione. Quocirca vobis suprascriptis auctoritate nostra praecipimus, ut Ill.mo, et R.mo Domino Administratori omnimodam reverentiam, et subjectionem praestetis, ejusque dispositionibus prompto, et alacri animo pareatis, et obtemperetis. In quorum fidem praesentes manu sigilloque nostris munitas dedimus. Radomysliae, die 17/28 Januarii, 1787 Anno. - Jason, Archiepiscopus (m. p. L. S.) Administratio Episcopatus Luceorien. et Ostrogien. Ill.mo, et R.mo Domino Stephano Lewinski, Episcopo Taegeano.

## 225.

*Radomyslia, 30 . I . 1787.*

*Certiorat de nominatione Administratoris pro vacante Eparchia Luceoriensi.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 149.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.* vol. 876, fol. 275.

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne, P.rone Col.me.

Accepto de morte Episcopi Luceoriensis Nuntio, illico in Cancellaria mea confici jussi Instrumentum Administrationis, quae mihi vacantium Russiae Ecclesiarum antiquo Jure competit.<sup>393</sup> Supervenerunt tandem humanissimae

---

<sup>393</sup> Vi iuris metropolitani. Cfr. P. P. LOZOVEY, OSBM, *De Metropolitanarum Kioviensium potestate* (988-1595), Romae 1962, et I. I. PATRYLO, OSBM, *Archiepiscopi-Metropolitani Kievo-Halicienses*, Romae 1962.

Excell.ae V.rae Ill.ae literae, eandem Administrationem mihi suadentes. Gavisus sum mea proposita consiliis V.rae Excell.ae confirmari; hodierno itaque publico Cursore, veluti ipsi meus D. Suffraganeus Lewinski uberius exponet, praefatum Instrumentum Administrationis expediri facio, et devotissimo cultu maneo

Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae add.us, obsq.us ac humill.us Servitor  
 JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (mp.)  
 Radomysliae in Ukrajna, 30 Januar., 1787 A<sup>o</sup>.

## 226.

*Radomyslia, 13 . II . 1787.*

*De quodam Rescripto exsequuto, et de Capitulis et cathedratico.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 150.

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne, Pr.ne Col.me.

Rescriptum S.ae Penitentiariae, quo facultas dispensandi cum Petro Olzowski super irregularitate Confessario tribuitur, ea, qua Excell.ae V.rae Ill.mae ac R.mae gratia in illo procurando digna est gratitudine recepi.

Media, quibus Administrationi Episcopatus Luceoriensis, in Spiritualibus et Temporalibus, providere curavi, nota jam esse Excell.ae V.rae arbitror, praecipue ex communicatis per D. meum Suffraganeum Instrumentis.<sup>399</sup> Non enim, in hodiernis vere funestissimis ejusdem Ecclesiae circumstantiis, alius mihi suppetebat modus, quo ulteriori illorum Bonorum direptioni melius occurrerem. Hoc autem aliisque plurimis exemplis edoctus, saepius mecum recogito, quam pessime Cathedralium Ritus mei Ecclesiarum securitati provisum sit, per suppressionem Capitulorum. De quo resuscitando enixas, pluries autem repetitas, Excell.ae V.rae obtuli preces, quibus eam obsecravi, ut ejusmodi studia mea apud S.m Sedem Apostolicam quam cellerrime dignaretur promovere; aliud non retuli responsum, nisi quod expectandum sit, quousque exorta de Cathedralico questio terminaretur. Ego vero modernis Russiae calamitatibus (f. 150v) admodum pressus, semper fueram in sensu, et meo juri quod mihi super Cathedralicum legitime competebat, renuntiare, et Clerum Dioecesanum, tantae in Cathedralibus rapinae misertum, onus pendendi certam singulis annis, pro sustentatione suorum Capitularium, quotam, libero voto suscipere potuisse. Atque hac de causa humillimas repeto Preces, quatenus mea, pro resuscitando Capitulo studia benigne cellerrimoque auxilio prosequi velit, ne septuagesimum secundum aetatis annum complens, sponsam meam consuetae direptioni dere-

---

<sup>399</sup> Stephanus Levynskyj. Cfr. *Indicem nominum et rerum*. Erat Administrator Luceoniensis, sede plena, ob successionem Michaelis Stadnicki,



linquere cogar. Optatam hac in parte gratiam dum mihi tuto polliceor, mea obsequia confirmando, plena veneratione permaneo

Excell.æ V.rae Ill.mae ac R.mae obseq.us et humill.us Servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (mp.)

Radomysliae, 13 Febr., 1787° Anno.

## 227.

*Niemirovia, 7 . V . 1787.*

*Testimonium paupertatis in ordine ad dispensationem obtinendam.*

APF, *Scrutt. rij. n. Congressi: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 16, fol. 165.

Jason Junosza Smogorzewski Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae Metropolitanus, Archimandrita Kijovopieczarensis et Ovrucensis, Ordinis Aquilae Albae et S. Stanislai Eques.

Laboriosos Wlas Blatnikow et Mariannam, viduos, subditos Tractus Brahiloviensis, Archidioecesis Metropolitanae Kijoviensis, Ritus Graeci Catholici, parochianos villae Siomaki dictae (qui post contractum iam inter se matrimonium in facie Ecclesiae, rescierunt perfecte, se esse in secundo gradu affinitatis, cupientes vero implorare dispensationem) testamur fore et esse revera pauperes personas, quaeritantes victum ex sudore vultus sui. In quorum fidem, etc.

Datum Niemiroviae die Lunae 7-a mensis Maii, 1787 anno.

Ad mandatum Excell.mi Ill.mi et Rev.mi Domini Metropolitanus totius Russiae, Recurrentium loci Ordinarii, praesens testimonium subscribo.

Joannes Lubinski, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Braclaviensis, mp.

## 228.

*Niemirovia, 7 . V . 1787.*

*Testimonium paupertatis in ordine ad dispensationem obtinendam.*

APF, *Scrutt. rij. n. Congressi: Mosc. Pol. Ruteni*, vol. 16, fol. 166.

Jason Junosza Smogorzewski Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Kijoviensis etc.

Laboriosos Semen Wolk et Pelagiam, viduam, subditos Tractus Niemieroviensis, Archidioecesis Metropolitanae, Ritus Graeci Catholici, Parochianos in villa Racki dicta, cupientes contrahere inter se matrimonium in secundo affinitatis gradu, testamur fore et esse revera pauperes personas, quaeritantes victum ex sudore vultus sui. In quorum fidem, etc.

Datt. Niemieroviae die Lunae 7-a mensis Maii, 1787 anno.

Ad mandatum Excell.mi, Ill.mi, Rev.mi DD. Metropolitanus totius Russiae, Recurrentium loci Ordinarii, praesens testimonium subscribo.

Joannes Lubinski, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Bracaviensis, mp.

## 229.

*Radomyslia, 8 . V . 1787.*

*De provisione Ecclesiarum in Metropolia Kioviensi et de Stephano Lewinskyj eiusque negotiis.*

APF, *Scrirt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 876, an. 1787, fol. 268rv.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 121rv.

Eminentissimi Domini Patroni Colendissimi! <sup>400</sup>

In dubium a quopiam hucusque vocari nemo audivit, quin in Orientali Ecclesia non de Monastico Caetu Pastores Dioecesibus praeficiantur; imo, ab incunabulis Fidei Christianae, mos ille apud Ruthenos firmiter invaluit, Regnique Constitutionibus, Regum Diplomatum, et Synodi Zamoyseianensis Lege comprobatus; uti, occasione ultimo vacantis Leopoli Episcopatus, luculenter Eminentissimis Vestris etiam Vienna patuit. Cum autem, ante aliquot annos, Pater Beatissimus, Monachorum precibus frustra reclamantibus, Caesare tamen vehementius adnitente, R. mum Petrum Bielanski, <sup>401</sup> etsi Presbyterum Saecularem, a Professione Monastica jam dispensaverit, et Leopoliensi Episcopatu tandem praefecerit, non video, cur hodie, quave convenientia, aut dignitate, S. Sedes, meo clementissimo, et de Religione Catholica peroptime merito, ac, ad exemplum Caesaris, similiter Instanti Regi, velit id recusare, ne scilicet R. mus Stephanus Lewinski, Tegoeaneus in Partibus Episcopus, et simul in hac Archi-Dioecesi Suffraganeus, Vir undequaque emeritus, petitam a Professione Monastica Dispensationem obtineat, neve Luceoriensem Episcopatum, via Coadjutoriae, <sup>402</sup> si haec legitime illi inscripta fuerit, de sola Apostolicae Potestatis plenitudine consequatur. Non meum profecto est, super Apostolicis Oraculis disserere, sola tamen mei Officii ratione aductus, peropportune Eminentias Vestras exoro, ut, quoties memoratam Dispensationem, et simul Luceoriensis Ecclesiae Coadjutoriam, praefato R. mo Lewinski placuerit indulgere, non displiceat quoque eidem demandare consuetum Mandiae (f. 268v) et Caputii usum, saltem in Divinis, et Hierarchicis omnino servandum; ne aliter Pontificalia Graecorum, quasi meis studiis, aut incuriis, apud Unitos immutari

<sup>400</sup> Cardinalibus S. Congr. de Prop. Fide.

<sup>401</sup> Episcopus Leopoliensis (1780-1798). Cfr. de hac re plura documenta etiam in praesenti volumine, sub anno 1780.

<sup>402</sup> Erat Episcopus tantummodo titularis. Revera postea eparchiam hanc obtinuit, post resignationem Stadnicki.

videantur,<sup>403</sup> neve tanta apud meos singularitate nova scandali occasio inter Disunitos exoriatur, et validior ad exoptatam Unionem ansa ipsis praebeatur; cum etiamnum durioribus Apostolici ad Polocensem Antistitem Responsi verbis, vehementer eosdem, contra Petri Sedem, Kijoviae exagitari subaudio; quod tamen dulcius et humanius pertractare spes ipsa desideratae Unionis, et praeclare Catholicae Charitatis exempla, omnino suadeant. Haec sunt, quae humanissimis Eminentiarum Vestrarum de 17 Martij Litteris respondendum esse duxi; cujus protectioni Jura Metropolitana, meum Pastoratum, meque ipsum enixissime commendans, omni quo decet cultu, ac summa veneratione permaneo

Eminentiarum Vestrarum devotissimus ac humillimus servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metropolitanus totius Russiae Radomysliae, 8 Maj, 1787 Anno.

## 230.

*Radomyslia, 8 . V . 1787.*

*Transmittit copiam responsi dati ad Sacram Congr. de Prop. Fide.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, t. 149, fol. 119. 121rv.

22 Maggio 1787.

Ill.me, Excel.me et R.me D.ne, Patrone Col.me.

Quod E.mo S.ae Congreg. de Propaganda Fide Praefecto hodie in annexis respondeo, Excellentiae V.rae Ill.mae ac R.mae adjuncta testabitur Copia.<sup>404</sup> Hodie autem Regia hic distentus celebritate, id duntaxat declarare valeo, quod omni cultu, ac summa veneratione sim

Excellentiae V.rae Il.mae ac R.mae obseq.mus et humill.us Servitor

JASON SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Rus.ae. Radomysliae, 8 Maj 1787.

121r - Copia Metrop.ae t. Russiae S. Congreg.i de Propag.a Fide, 8 Maj 1787

(Il testo come in: APF, *Scritture rif. nelle Congregazioni generali*, a. 1787, vol. 876, fol. 268rv).

## 231.

*Radomyslia, 12 . VI . 1787.*

*Iustificat se de obiectis sibi usurpationibus in promotione Stephani Levynskyj.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 156-157.

Ill.me, Excell.me et R.me D.ne, P.rone Col.me

In literis meis ad S. de Prop.a Fide Congreg., sub die 8 Majj datis,<sup>405</sup> cum

<sup>403</sup> Sollicitudo haec inanis remansit, ob incomprehensionem Episcoporum.

<sup>404</sup> Cfr. documentum praecedens, nr. 229.

<sup>405</sup> Cfr. numerum 229.

vestra autem Excellentia Ill.ma et R.ma communicatis, post serium examen, nihil quidquam notare potui, quod aut exprobrationem mereretur, aut petita gratiae offendiculum praerberet.

Requisitus enim a S. Congreg. ut meum in negotio promotionis D. Stephani Lewinski sensum aperirem, innui duntaxat, non vero disserui, quae sit Orientalis Ecclesiae in eligendis Episcopis disciplina, nullus dubitans, quin haec plenissime S.ae Congregationi nota esset. Supremam autem Sedis Apostolicae Auctoritatem in relaxanda sive lege ecclesiastica, sive consuetudine, quantumvis immemorabili, apertissime, jam in laudatis ab Excell.a V.ra meis ad E.mum Garampi<sup>406</sup> literis, jam in novissimis S.ae Congregationi datis asserui.

Neque affirmavi unquam S. Sedem Apostolicam, sine justa causa, solvere a Zamoysciano Canone consvevisse. Instantias vero Serenissimi ac Clementissimi Regis mei justam relaxationis causam intercedere non modo non dubitavi, imo potius (f. 156v) exinde deferendum eis censui, quod in aequo casu Instantiae Caesareae delatum fuisse noscam; ejusmodi vero exemplum non objurgando, quemadmodum mihi exprobratur, sed svadendo allegavi.

Quamvis itaque nihil in meis literis invenerim, quod aut S.ae Sedis Auctoritatem laederet, aut S. Congregationem offenderet, aut meum devotum studium in dubium revocaret, ut tamen specimen existimationis meae erga Excell.m V.ram praerberem, illas obedienter reformatas prioribus substituo, et reverenter hic adnecto, immutata nihilominus de Caputii et Mandiae usu sententia; licet enim D. Lewinski Varsaviae absque ejusmodi habitu Pontificalia sine scandalo exercuit, ibi tamen pauci exstant, qui Ritu Graecu vivunt, pauciores, qui Caeremonias ejus probe noscunt, quod de mea Russia affirmari nequit.<sup>407</sup>

Disunitos sequentibus S.ae Congregationis ad D. Lissowski verbis: — « Quemadmodum Nobis laetandum est, quod ab illis Fidei societate disjungimur ita nihil verendum, quod in quibusdam disciplinae capitibus diversa sectemur » — summo opere exulceratos (f. 157) esse, extra dubium est; id enim relatum habeo ab amica mihi, et undequaque digna Persona, quae ad familiaria primorum Russiae Dynastarum colloquia frequenter Kioviae admittebatur. Haec sunt, quae literis Excell.ae V.rae die 22 Maii respondendum esse duxi, devotissimo permanens cultu.

Excellentiae V.ae Ill.mae ac R.mae obsq. mus et humill. mus Servitor

JASON SMOGORZEWSKI, Arch. pus Kiovien., Halicien.

Metrop. totius Russiae (mp.)

Supplico l'E. V. di perdonarmi l'ardire dell'altro annesso per la S. Cong.e di P. F.

Radomysliae, 1-12 Iunii 1787.

<sup>406</sup> Josephus Garampi, Nuntius Varsaviensis (1772-1776), dein Viennensis (1776-1785). Creatus Cardinalis anno 1785 (14. II). Obiit anno 1792, die 4 maii.

<sup>407</sup> Proh dolor, progressus hic non amplius impediri potuit, praesertim ob difficiles circumstantias politicas, et ob deminutam potestatem Metropolitanarum.

## 232.

Radomyslia, 12 . VI . 1787.

*De promotionibus Episcoporum in Ecclesia Unita, et de vestibus Episcoporum.*ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 326.E.mi et R.mi D.ni, P.ni Cl.mi.<sup>408</sup>

Quae sit Orientalis Ecclesiae in promovendis Ep.is disciplina, non meum est disserere; de hac enim S. Em.tiarum Vestrarum Congregationem perfectissime informatam esse, ne quidem dubitare possum. Cum tamen nulla est Lex, nullave quantumvis memorabilis Ecclesiae consuetudo, quae Pontificia Dispensatione relaxari non valeat, ambigendum non est, B.mum Patrem in praesenti quoque Promotionis R.mi D.ni Stephani Lewinski Praesbyteri Saecularis casu, de plenitudine Potestatis Apostolicae convenienter etiam a Canone Zamosciano solvere posse, maxime, ubi Clementissimi mei, deque religione Catholica peroptime meriti Regis intercedunt officia, et promovendus Vir praeditus sit qualitatibus Episcopo dignis, et B.mus Pater non ita pridem, in Promotione ad Leopoliensem Episcopatum R.mi D.ni Petri Bielanski Praesbyteri etiam Saecularis, pari clementia, ad Caesaris quoque instantiam, uti dignatus fuit. Caeterum arbitrator pernecessarium, ut R.mo D.no Lewinski, a Canone Synodi Zamosciana soluto, distinctissime iniungatur usus et *Mandiae*, et *Caputii*, saltem in Divinis ab Hierarchis omnino servandus, ne aliter nova scandali occasio, inter rudiores praesertim Disunitos exoriatur.<sup>409</sup> Quam meam sententiam cum altissimo iudicio Em.tiarum V.rum (f. 326v) lubens subjicio, non abs re ipsis nunciandum esse censui, relatum huc fuisse elapsis Maii diebus a Viro gravissimo, mihi amico, fide autem dignissimo, ac Magnatibus etiam Russiae familiari, Primores Disunitorum Kioviae admodum exacerbatos esse - praecipue sequentibus, quae S. Congregatio in literis R.mo D.no Archi-Episcopo Polocensi datis expresserat verbis - « Quemadmodum laetandum Nobis est, quod ab illis Fidei societate disiungimur, ita nihil verendum quod in quibusdam disciplinae Capitibus diversa sectemur ».

Hoc ego pro debito muneris mei et fidelitatis erga S.m Sedem Apostolicam refero, ac Me, Jura Metropolitana, commissumque mihi Pastoratum, Protectioni S.ae Congregationis enixissime commendans, profundissimo cultu permaneo

Em.tiarum Vestrarum obg. et humill. servitor

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Archiep.pus Kiovien. et Hallicien.  
Metrop. totius Russiae.

Radomysliae, 1/12 Junii 1787.

<sup>408</sup> Congregationi de Prop. Fide.<sup>409</sup> Quaestio vestium episcopalium usque ad nostra tempora soluta non fuit.



## 233.

Radomyslia, 12 . VI . 1787.

*De causa sac. Thomae Obuch et de incompatibilitate beneficiorum.*APF, *Scritt. orig. rif. nelle Congr. Generali* (1787), vol. 877, fol. 310.ASV, *Arch. Nunz. di Vars.*, 149, fol. 327 (Cop.)Em.mi et R.mi D.ni, Patroni Col.mi.<sup>410</sup>

Antequam super praecibus, quas Theologus meus R. Thomas Ignatius Obuch, Pontificius Alumnus,<sup>411</sup> S.ae Em.tiarum Vestrarum Congregationi nuper obtulit, meum aperiamentum sensum, peropportune praemittendum censeo, videlicet, praestantiori Ruthenae Ecclesiae Populo insolenter, ac scandalose, ad Latinorum Rithus traducto, Decimisque Ritui meo injustissime subtractis, annuos Beneficiorum redditus, in hac Russia, constare duntaxat modica portione Glebae, quam miseri Parochi proprio aere, ut plurimum autem propriis etiam manibus excolere coguntur, et tenuissimis Stolae proventibus, qui vix, aut ne vix quidem, pro sustentandis Mercenariis Domesticisque sufficiunt. Haec cum ita sint, non modo precibus dicti Praesbyteri, ab annis septem meis obsequiis addicti, deferendum esse arbitror, verum etiam Em.tiis Vestris ardentem supplico, si non in perpetuum, saltem durante Beneficiorum tenuitate, impertiri mihi facultatem dispensandi tantum cum Administris Curiae ac Dioecesis meae super retentione duplicis curati Beneficii, quoties ratio et convenientia id svaserit. Caeterum benevolentiae et protectioni Eminentiarum V.rarum me commendo, et summa veneratione permaneo.

EE.tiarum Vestrarum obsequen.mus et humill.mus servitor

JASON JUNOSZA SMOGORZEWSKI, Arch.pus Kjovien.

Halicien. Metr. totius Russiae

Radomysliae, 1/12 Junij, 1787 Anno.

RUTENI (f. 314v)

Mons. Metropolitanus di Russia informa favorevolmente circa l'istanza dell'Obuch, anzi supplica egli medesimo per la grazia. 10. Sept.ris 1787.

Si riassuma il memoriale o Lettera dell'Obuch.

## 234.

Ad 12 . VI . 1787.

*Instantia sac. Thomae Obuch, quam Metropolitanus exaudiendam commendavit.*APF, *Scritt. rif. nelle Congr. Gen.* (1787), vol. 877, fol. 311.

Illustrissimo e Reverendissimo Sig.re, Sig.re Patrono Col.mo!

Dopo un servizio di 7 anni, che hò prestato a questo Monsig.re Metropolitanus

<sup>410</sup> Congregationi de Prop. Fide.<sup>411</sup> Cfr. *Indicem nominum et rerum*: Obuch.

di Russia in qualità di suo Teologo, mi sono ormai determinato a farmi provveder di qualche Benefizio curato nella mia Diocesi di Polocko; ma nel ridur ad esecuzione questo mio disegno, mi vedo adosso delle difficoltà, non solamente difficili, ma eziandio impossibili da superarsi, attesocchè nella porzione ceduta ai Russi è vietato a chi si sia di possedere qualsivoglia carica, chi non abbia prima fatto il prescritto dal Governo Politico Giuramento di fedeltà, la porzione poi rimasta nei Domini della Republica è tanto scarsa de' Benefizi almen mediocri, che appena puol bastare per provvedimento de' Ministri necessari a governarla.

Non mi resta dunque altro, che cercarlo nella Metropolia medesima, avanti però di far qualche passo necessario all'effettuazione delle mie brame, stimai prima di rivolgermi a V. S. Ill.ma e R.ma, mio singolarissimo Protettore, e Benefattore, supplicandola di ottenermi da codesta S. Cong.ne non solamente il necessario al detto effetto permesso, ma eziandio attesa la povertà de' Benefizi nella Diocesi Metropolitana si nel Regno, com'anche nel Ducato di Lituania, avutasi ancora considerazione del mio debole temperamento sottoposto a continue indisposizioni e malattie, a poterne posseder due curati, per così potermi mantener più (f. 311v) decorosamente, atteso chè Monsig. Metropolitanano si è degnato di decorarmi colla Croce vigore facultatum della Santità di Nostro Sig.re concessali; ed aver anche de spendere per i necessarij medicamenti.

Non dubito, che V. S. Ill.ma e R.ma non sia per far questa singolar grazia e beneficenza a chi sempre hà professato la sua addizione verso la V. S. Ill.ma e R.ma, ed eziandio colla presente attesta con qual ossequiosa servitù ed inalterabil stima verso la di lei degnissima Persona si protesta

Di V. S. Ill.ma e R.ma

umiliss.o, dev.o ed obligat.o Servitore

TOMASO IGN. OBUCH, metropolitano Teologo (mp.)

Radomysl in Ucraina, 20 Febbraro 1787.

P. S. - Se V. S. Ill.ma e R.ma si compiacesse di rescrivermi, potrà inviar la lettera nel Piegò di S. E. Monsig. Nunzio di Varsavia.

## 235.

3 . VII . 1787.

*Metropolita Petro Bielanskyj, Episcopo Leopoliensi, de negotio Capituli Leopoliensis (in lingua polonica).*

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Rutenae.* pag. 595-596

Cum ipsa Dominatio Vestra Rev.ma<sup>412</sup> mihi refert de decadentia sui Capituli, non possum amplius de hoc dubitare, sed tantummodo simul cum tota

<sup>412</sup> Episcopo Leopoliensi, Petro Bielanskyj (1780-1798).

posteritate dolere de tam miserrima sorte nostri cleri, ob quorundam personarum inquietudinem, quae res omnibus admirationis est. Nonne erat res possibilis singulorum compescere insolentiam? Inobedientia quorundam sitne causa perennis infortunii omnium? Et tandem conveniebatne fontem ocludere, per tam longum tempus et tantis conatibus effossum, ex quo tam magna beneficia toto statui ecclesiastico saeculari et Dominationi Vestrae Rev.mae feliciter ad Sedem Leopoliensem evectae proveniunt? Pax neque menti meae neque cordi neque animae erit, nisi Dominatio Vestra me informare velis, cuiusnam perturbationibus tam magna damna et dishonorem passi sumus. Et praeterea, cogitandum est nobis adhuc, an non sit possibile ut subleventur in Ritu nostro in terram protrusae dignitates? Hoc modo Dominatio Vestra Rev.ma immortalem sibi procurasset gloriam proprii nominis et Pastoratus, et impedimentum ad ulteriorem incrementum cleri nostri ad aeternam sui memoriam abstulisset. Si possem Dominationi Vestrae hac in re adiutorio esse, expectarem eiusdem voluntatem et consilium.

## 236.

. . . . . 1787.

*Ex litteris Metropolitanae Smogorzewskij ad Episcopum Leopoliensem, Petrum Bielanskyj, in negotio Capituli Leopoliensis (polonice)*

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae* Leopoli, 1862, pag 595.

Dioecesis haec vocibus plena est, Dominationem Vestram non amare Capitulum suum, imo idem persequi, contumeliis afficere et iniuriose agere. Nolo credere huic, et doleo de his vocibus, et ex corde paterno consilio ut respectum habeas. Quis enim alius iis debitum habere potest respectum? Capitularibus relinqui meas resolutiones et insinuationes, quibus omnia possunt in pace fieri...

\* \* \*

*De eodem negotio.*

1787.

IBIDEM.

...Estne hoc verum, quod audio, Capitulum nostrum Leopoliense vitio nullitatis subesse?...

## 237.

(Radomyslia), 16 . VII . 1787.

*Instantia pro dispensatione ab irregularitate sac. Opuckiewicz.*

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1787, vol. 25, ff. 238-41v.1

Udienza 16 luglio 1787.

Jason Junosza Smogorzewski Dei et Apostolicae Sanctae Sedis gratia Archiepiscopus Kioviensis, Haliciensis, et totius Russiae Metropolita, Archiman-

drita Kijowo-Peczarensis et Ouruciensis, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Eques.

Universis quorum interest aut interesse poterit notum facimus, quod cum et postquam Rd.us Petrus Opuckiewicz, anteaetus Parochus Koszoviensis, de causata uxori suae morte ad Officium Nostrum Generale Kioviense delatus fuerit, dictum Officium, instante Fiscali, praefatum Petrum in jus vocavit, receptaque negativa litis contestatione, Inquisitores, qui factum examinarunt, ad locum delicti deputavit. Constito autem per juratorias Testium depositiones ab eodem Petro uxorem suam saepius verberatam, aliquot ante mortem diebus pedibus genibusque conculcatam, et conceisso ligno graviter percussam fuisse, atque post aliquot dies simul cum foetu quem jam animatum in utero gestaverat, mortuam esse, Petrum conventum causam proximam et occasionalem mortis uxoris suae fuisse, et esse pronuntiavit; eundem beneficio Koszoviensi privavit, ab officio deposuit, pro irregulari et incapaci ad obtinenda in post beneficia ecclesiastica declaravit, ac demum ad formales annuos carceres condemnavit. Quia vero is idem Petrus in Ecclesia interdicta divina agere praesumpsit, eum proinde secundo pro Irregulari reputavit, veluti praemissa omnia ex Decreto Definitivo praelaudati Officii Nostri, die 26 Junii anno 1784 emanato constant. Nunc autem cum toties dictus Petrus Opuckiewicz, ad Sanctam Sedem Apostolicam pro gratia dispensationis (f. 238v) et habilitationis recurrere intendens, Nobis supplicaverit, ut ei testimonium de peracta per eum poenitentia extraderemus, Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, eundem per spacium unius anni, ad mentem supracitati Decreti, in formali carcere detentum fuisse attestantes, Gratiae et Benevolentiae Sanctae Sedis Apostolicae ex motivo, ne modo subsistendi, alendique binam prolem, quam ex praefata sua uxore susceperat, destitutus, ad frequens hic schisma deflectat, commendamus. In quorum fidem, etc. Datum Radomysliae, die 13 mensis Octobris, 1786 Anno.

Josephus Wagolowicz Act. Consistorii Generalis Metropolitanus Kioviensis Notarius.

Michael Meleniewski Canonicus Cathedr. Leopoliensis. Vicarius et Officialis Gen.lis Metrop. Kioviensis.

## 238.

. . . . . 21 . VIII . 1787.

*Responsum Metropolitanae ad epistolam Petri Bielanskyj, in negotio Capituli Leopoliensis (ex polonico textu)*

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, pag. 596-597.

Episcopus Petrus Bielanskyj ad Metropolitanam, die 2 Augusti 1787.

Ut documentis ipsis Dominationem Vestram, Benefactorem meum, certiore faciam de sorte Capituli mei, referam Decretum, ex quo facile dignoscitur causa huius sententiae. Etiamsi substantia seu fundum insufficientem recognitum fuit pro Capitularibus, hoc tamen augeri potuit promissis oblationibus piorum hominum, adhuc viventium; non deberent tamen molestiis affici ii, qui polliciti

sunt, ut statim traderent promissa, sed oportuit ut expectaretur congrua aecomodatio; neque Vindobonam frequentes fieri deberent instantiae, praeter scientiam Episcopi, pro confirmatione, quia haec inquietudo irrevocabilem provocavit ruinam, nunquam satis lugendam. Satis fecit nobis in hisce benevolentissimus Monarcha fundatione Consistorii generalis,<sup>413</sup> constantis quatuor Ecclesiasticis et reliquis saecularibus scribis, cum respectiva Cancellaria et Officialibus, usque ad duodecem personas, cum adsignatione 22 millium florenorum Polonicalium pro pensione. Initium sumi debet inde a die 1 Septembris. Hisce cum dispositionibus nullum video modum, ut possumus aliquid expetere ad sublevandum hoc deperditum negotium. Tempori potius relinquendum hoc, forsán Providentia subministrabit circumstantias propitiores.

\* \* \*

Sub die 21 Augusti Metropolita rescripsit Domino Bielanskyj:

Argumentum sinceritatis dedit Dominatio Vestra Rev.ma erga me, quia sub die 2 mensis currentis clare exposuit mihi causas principales ruinae Capituli; magis adhuc confirmasti me in tua fiducia erga me ipsum, dum consilium mihi praebeas secretum, ut communes porrigamus Caesari nostro, Domino nostro Clementissimo, per Gubernium Galiciense preces de convenientia et necessitate restituendarum Clero nostro capitularium dignitatum. Defectus Confirmationis Apostolicae Capituli Leopoliensis impedire hoc non deberet, quia potestas Metropolitana, in ipsis Capituli initiis, secundum morem antiquum et ius, consone ad privilegia imperialia, idem confirmavit et dein, post graecanica infortunia, idem resuscitavit;<sup>414</sup> status vero ecclesiasticae Russiae unionis hodie miserabilior venit, quia schisma, ob ruinam Capituli Leopoliensis, nunc audacter et prompte propalare non omittit omnimodam ruinam Unionis Sanctae, et occasum ob disgratiam caesaream. Male quidem Capitulares fecerunt, quia, praeter consilium et voluntatem Episcopi molestabant Vindobonensem Aulam de confirmatione et Benefactores suos opprimebant, ut possint obtinere promissa beneficia. Hoc etiam minus feliciter successit, quod particularium delinquentium instantiis et violentiis dishonorem et poenam in totum clerum procurarunt, qui aliis modis cohiberi, humiliari et poenis affici deberent. Quatuor penes Cathedram pensionibus gaudentes non possunt iniuriam reparare toto Clero illatam, cui semper dolendum erit contributionem spiritualem alium in finem destinatam fuisse; quam ob rem ianua pro aliis, etiamsi sanctissimis contributis obserata manebit. Si tandem restauratio Capituli integri iam omnino impossibilis evasit, a Dominatione Vestra Rev.ma consilium et auxilium expeto, an non conveniat ut supplicem Caesariae clementiae, ut saltem contributum quoddam adsignetur pro nostro Seminario ex pecunia quam s. m. Of-

---

<sup>413</sup> Josephus II (1780-1790).

<sup>414</sup> Revera pertinebat haec res ad potestatem Episcopi apud Orientales, dum in Ecclesia Latina institutum hoc sensim sine sensu Sedi Apostolicae reservatum fuit, ob varias rationes.



ficialis Prymowicz Capitulo Leopoliensi frustra designavit? Desidero a Dominatione Vestra Rev.ma extractum ex actis Leopoliensibus, saecularibus vel spiritualibus, de hoc legato. Pastor digne, Confrater amantissime, relinquamus saeculis posterioribus nostrae erga clerum saecularem curae vestigia; ut posteritas nobis filialem exhibere possit gratitudinem, non vero maledictionem.

## 239.

. . . . . 23 . X . 1787.

*Metropolita Kioviensis Episcopo Leopoliensi in negotio Capituli Leopoliensis.*

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, pag. 598.

Nondum accepi desideratum responsum Dominationis Vestrae Rev.mae ad meam scripturam de dat. 21 Augusti, quam eo magis expecto, quia dolore perfusus considero ruinam Capituli Dominationis Vestrae; et ex hac ruina Unio Sancta irrisionibus exponitur, in comparatione cum progressu educationis et dignitatum cleri non uniti.

## 240.

Radomyslia, 17 . VI . 1788.

*Opinio Metropolitanae de deferendo Capitulo Basilianorum et de reformatione caeremoniarum ab Archiepiscopo Polocensi proposita.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 149, fol. 166.

Excell.me, Ill.me ac R.me D.ne, D.ne Patrone Col.me! <sup>415</sup>

Humanitatis ac benevolentiae plura erga me Excell.ae Vestrae R.mae iam expertus sum documenta, ac novissimum praebent literae suae de 27 Maii, quibus requisitus sum, ut meum, super deferendo Basilianorum Capitulo, sensum aperirem. Ego sane petitam Capitularis dilationis, ac praefinienda die 8 7.bris juxta vetus facultatem posse ipsis impertiri arbitror, praecipue spectata generali hisce in Oris frumentorum inopia, ast id aegre tamen fero, quod ipsi, me inscio et inconsulto, Excell.ae V.rae R.mae graves ac molesti esse audeant.

Quod attinet reformationem Ceremoniarum a D. Archi-e.po Polocensi propositam, ignoscat, quaeso, Vestra Excellentia, quod, ob praesentem virium mearum infirmitatem, opportunam, super tanti momenti negotio, responsonem adhuc differam; ac interea contestabor duntaxat Excell.ae V.rae R.mae eam debitam venerationem, qua persisto

Excellentissimae, Ill.ae ac R.mae D.nis Vestrae devot.mus ac humill.us  
Servitor

J. SMOGORZEWSKI, A. K. H. Metr. totius Russiae (mp.)

Radomysliae, 17 Iunij, 1788 anno.

---

<sup>415</sup> Nuntio Apostolico, Ferdinando Mariae Saluzzo (1784-1794). Agitur de Capitulo Basilianorum Zydyczynensi an. 1788 celebrato.

## 241.

